image
not
available

INSCRIPTIONES
ANTIQUAE
IN ETRURIAE URBIBUS
Exstantes.

INSCRIPTIONES
ANTIQUAE
IN ETRURIAE URBIBUS EXSTANTES.

REGIAE CELSITUDINI

VIOLANTIS
BEATRICIS

VINDELICORUM ET ETRURIAE

MAGNAE PRINCIPIS

AC SENARUM GUBERNATRICIS.



Ex Ameth. Cimelii Andreinii

FLORENTIAE. CIƆ.IƆ.CC.XXVI.

TYPIS Iosephi Manni sub Signo S. IO: DEI.

SUPERIORUM PERMISSU.

INSCRIPTIONUM ANTIQUARUM GRAECARUM ET ROMANARUM

QUAE EXSTANT IN ETRURIAE URBIBUS

Pars Prima

EAS COMPLECTENS QUAE SUNT

FLORENTIAE.

CUM NOTIS

CL. V. ANTONII MARIAE SALVINII

In Patrio Lyceo Graecarum Literarum
Publici Professoris.

CURA ET STUDIO


ANTONII FRANCISCI GORII

PRESB. FLOR. BAPTISTERII ET ECCLESIAE S. IOHANNIS.

Accedunt LXII. antiquae Gemmae literatae, aliaque plura prisca Monumenta, aere incisa in XX. Tabulis, quae explicantur, & illustrantur.

FLORENTIAE. CIↃ.IↃ.CC.XXVII.

GENIO CLEMENTISSIMO
VIOLANTIS BEATRICIS
VINDELICORUM ET ETRURIAE PRINCIPIS
OPTIMAE MAGNAE AUGUSTAE
CELSISSIMAE SENARUM GUBERNATRICIS
IUSTITIAE PIETATIS PRUDENTIAE CONSTANTIAE
REGIARUMQUE OMNIUM VIRTUTUM
CONSPIRATIONE CONSENSUQUE CLARISSIMAE
BONARUM ARTIUM FAUTRICIS
ANTIQUITATIS ET POLITIORIS LITERATURAE
CULTORUM
PATRONAE BENEFICENTISSIMAE
ANTONIUS FRANCISCUS GORIUS
DEVOTUS NOMINI MAIESTATIQUE EIUS
LABORIS SUI PRIMITIAS
VENERABUNDUS
OFFERT DICAT DEDICAT.



Anaglyphum Sarc. m. Flor. in Mus. March. Nicolinii

REGIA CELSITUDO.

QUOD Saepe precatus ſum a Deo Optimo Maximo, ut ſi quid umquam ingenio, & exercitatione poſſem, amorem meum in Patriam, atque in bonas artes declararem; quum tandem id aliqua ex parte, divino beneficio, ſim conſequutus,

ad Te

ad Te venerabundus accedo , SERENISSIMA MAGNA PRINCEPS , ut pro ea , qua ſtudioſos homines , & interiorum Literarum cultores benignitate complecteris , inconditis hiſce lucubrationibus dignitatem auctoritatemque concilies . Continet hoc Volumen quamplures antiquas Gemmas , ex Florentinis Cimeliis , praeclaro artificio , ac literis inſignes ; veteres item omnes FLORENTINAS INSCRIPTIONES , quas tum ex locupletiſſimis Muſeis , tum ex variis locis, ubique diſperſas , & hactenus incognitas , in unum corpus diligenter collegi , atque ab interitu , & oblivione vindicavi . Accedunt exquiſitiſſimae doctiſſimi Salvinii Notae , meaeque , qualeſcumque ſint, ad eas explicandas, atque illuſtrandas, obſervationes . Exiguum fateor , ac tenue munuſculum , tuaque non ſatis dignum maieſtate ; quae maximorum Regum , & Imperatorum auguſto ſanguine edita es ; quae glorioſiſſimos tuae inclytae Gentis Heroas , quos admirari potius ſilentio poſſum , quam digna laude recenſere , praeſtantiſſimis animi tui dotibus ſolidaque virtute effingis , & exprimis . Verum non omnino ingratum Tibi futurum ſperare poſſum ; quum nemo ignoret , Auguſti , aliorumque Principum exemplo , quanti facias venerandae Antiquitatis reliquias , & priſca monumenta , quae hoc aureo ſeculo , non tenuiorum hominum ſolum, verum etiam ſummorum Regum amorem promerentur . Nam quanto in odio Tibi ſunt , qui turpi otio marceſcunt , & cupiditatibus miſere ſerviunt ,

tanto

tanto in amore sunt qui literarum studiis vacant, & ingenium exornant magnifico disciplinarum apparatu, & eximio splendore doctrinae. Merito igitur tuarum virtutum praestantiam, & in optimas artes amorem celebrant, celebrabuntque semper non solum Florentiae, ac Senae, verum & ipsa Roma; quam superiore anno sacro, tua praesentia, ac nominis splendore ditissimo laetiorem beatioremque reddidisti. Nam illa Urbium Regina, ac Domina, quae nil nisi magnum, augustum, ac paene divinum admirari solita est, Te suspexit, & omni honorum genere est prosequuta. Sed, quia haec cuncta certa, & explorata sunt; oratione, praeconiove alicuius non egent. Vive igitur diu felix, CLEMENTISSIMA MAGNA PRINCEPS, meque ipsum, & haec mea Studia, quae tantopere diligis, regio, quo soles, dignare patrocinio: atque si huic Volumini (quae summa votorum meorum est) benignos oculos admovebis, animum meum, voluntatemque erga Te spectabis; & quid facere voluerim, non quid fecerim cogitabis.

Florentiae XI. Kal. Septembr. CIƆ.IƆ.CC.XXVI.

MAECENATUM

NOMINA

QUIBUS AERE INCISAE TABULAE DICATAE.

SErenissima Violantes Beatrix Vindelicorum, & Etruriae Magna Princeps, ac Senarum Gubernatrix.

Illustris. & Reverendiss. D. D. Ioseph Maria Martelli Archiepiscopus Florent. Pontificii Solii Assistens, necnon Sacri Romani Imperii Princeps.

D. Alexander Strozzi Caroli Thomae F. Patr. Flor.

D. Andreas Baro Franceschi Patr. Flor.

D. Andreas Marchio Alamanni Patr. Flor.

D. Andreas Marchio Del Monte Patr. Flor.

D. Antonius Del Rosso Senator, & Patr. Flor.

D. Augustinus Cerretani Canonicus, & Patr. Flor.

D. Bartholomaeus Marchio Corsini Patr. Flor. Praefectus Stabuli R. C. Magni Ducis Etruriae.

D. Beniamin Crowe Nob. Angl.

D. Caesar Eques Ricasoli Patr. Flor.

D. Camillus Pandolfini Senator, & Patr. Flor.

D. Camillus Comes, & Eques Capponi Patr. Flor.

D. Camillus Antonius Comes Boccadiferro Patr. Bononiensis.

D. Carolus Thomas Strozzi Patr. Flor.

D. Carolus Marchio, & Eques Gerini Patr. Flor.

D. Cerchius Dominicus Eques Cerchi Senator, & Patr. Flor.

D. Conyers Middleton Acad. Cantabr. Proto-Bibliothecarius.

DD. Consules Artis Callismalae Mercatorum Flor. Patr. Flor.

D. Daniel VVray Arm. Angl.

D. Eduardus Gascoigni Angl. Baronettus.

D. Ferrantes Maria Comes, & Eques Capponi Senator, & Patr. Flor.

D. Franciscus Colman Mag. Brit. Regis apud Etruscam Aulam Res.

D. Franciscus Comes Baiulivus Lorenzi, dudum a Negociis Christianissimi Galliarum Regis apud Magnum Etruriae Ducem.

D. Fran-

D. Franciscus Maria Eques Buondelmonti Patr. Flor.
D. Franciscus Comes Strozzi Patr. Flor.
D. Franciscus Comes Guicciardini Patr. Flor.
D. Franciscus Abbas Ginori Patr. Flor.
D. Franciscus Head Angl. Baronettus.
D. Fulcus Marchio Rinuccini Patr. Flor.
D. Gabriel Marchio Abbas Riccardi Patr. Flor.
D. Gregorius Baiulivus Redi Patr. Arretinus.
D. Guglielmus Lock Angl. V. I.
D. Henricus Comes Vatzdorf Eq. Cl. aur. & ab Aul. Conf. Poloniae Regis Aug. apud Italos Principes Minister.
D. Henricus D. Colerene Nob. Angl.
D. Henricus Hovvard Nob. Angl.
D. Iohannes Lucas Marchio, & Eques Albizi Senator, & Patr. Flor.
D. Iohannes Marchio Gerini Patr. Flor.
D. Iohannes Baptista Comes Casotti Plebanus S. Mariae Imprunetae.
D. Iohannes Baptista Recanati Nobilis Venetus.
D. Iohannes Cravvly Arm. Angl.
D. Ioseph Eques Ridolfi Patr. Flor.
D. Ioseph Smith Angl. Venetiis.
D. Iulius Eques Morelli Patr. Flor.
D. Laurentius Abbas Ridolfi Patr. Flor.
D. Leonardus Del Riccio Patr. Flor.
D. Leonardus Buonarroti Patr. Flor. Cl. F.
D. Marius Abbas Guarnacci Patr. Volater.
D. Nerius Marchio Corsini Patr. Flor. Dux Praetorianorum Regiae Etruscae Aulae.
D. Pandolphus Pandolfini Senator & Patr. Flor.
D. Petrus Franciscus Eques Ricci Sen. & Patr. Flor. Sacrae Relig. Equitum D. Stephani Praeses, & Florentini, ac Pisani Athenaei Auditor.
D. Pompeius Abbas Neri Patr. Flor.
D. Paulus Eques Vettori Patr. Flor.
D. Petrus Michael Comes Pierucci Patr. Flor.
D. Petrus Eques Strozzi Caroli Thomae F. Patr. Flor.

D. Phi-

D. Philippus Martelli Patr. Flor.
D. Philippus Eques Corboli Patr. Flor.
D. Petrus Paulus Comes Baiulivus Marcolini.
DD. Praepositi Bibliothecae Roncioniae Pratensi.
D. Rossus Antonius Martini Patr. Flor.
D. Scipio Marchio Maffei a Cubiculo Regis Sardiniae, & ab aurea Clave Electoris Bavarici.
D. Thomas Coke Arm. Angl.
D. Thomas Mostin. Nob. Angl.
D. Thomas Deheram de Deheram Regiae Soc. Socius.





Sarc. in Aed. D. Cerb. Del Nero. long. P. IV. V. III. alt. et lat. P. I.

ANTONIUS FRANCISCUS
G O R I U S

ERUDITO HUMANOQUE

L E C T O R I

S.

URBIUM Etruriae, ac primum Florentiae vetera Monumenta editurus, quod faustum, felix, fortunatumque sit, paucis aperiam consilium meum, optime Lector, rationesque declarabo, quibus potissimum adductus, hanc curam libenter subire, & bene de literaria Rep. hac in parte mereri voluerim. Non enim, quum ad has priscas aevi reliquias sedulo colligendas animum appuli, penitus me fugit, quam arduum opus, & perdifficile hoc esset; non mea sane, sed hominum doctissimorum cura dignissimum. Nam in exscribendis vetustis lapidibus, praeter summam fidem, summamque diligentiam,

 & la-

& laborem omnium aerumnoſiſsimum, optime noveram praecipua quadam opus eſse doctrina, uſu, exercitatione; multa veterum victoris gentium Populi rituum, & inſtitutorum ſcientia, antiquae inſuper orthographiae, variorumque characterum eximia peritia: quae omnia quum in me valde deſiderarem, aegre nimium ferebam, dolebamque ad tam praeclara Vetuſtatis eruditae monumenta ab interitu, & oblivione vindicanda, optatamque iamdiu in lucem aſserenda, minus idoneum ac parem eſse.

Verum ipſe in Patriam amor, quo nihil dulcius, iucundius, ac vehementius eſse poteſt; cui omnes, ut ait Cicero (1.) nati ſumus, ad univerſos labores impigre ſubeundos adeo me excitavit, inflammavitque, ut eius honori, & gloriae, quoquo modo conſulere, curaſque omnes, & incommoda alacri animo amplecti magnopere ſemper optarim. Indignum ſiquidem, nullaque prorſus ratione ferendum mihi videbatur, tot antiqua Romani Imperii inſignia monumenta, quorum ope, ac luce Hiſtoria, teſtis illa temporum, & vitae magiſtra illuſtratur, atque amplificatur, iniuria temporum labefactari, interdum etiam, ut plerumque contigit, fato quodam corruere; in ſolum Muſeorum, ac parietum ornamentum conſpici plurima inedita, atque incognita literario orbi; in hoc praeſertim ſplendidiſſimo Muſarum, & virtutum omnium domicilio; in quo Mediceorum Principum ope optimae artes ab interitu ad vitam revocatae, ac longe lateque feliciter propagatae ſunt. Turpe etiam in patria manere diu, (2.) & nihil inde referre mihi videbatur; parumque aut nihil de eruditis hiſce doctorum virorum deliciis cogitare: tot inſignium monumentorum

(1.) *De Officiis lib. I.*
(2.) *Homerus in Odyſſ.* Αἰσχρόν τοι δηρόν τε μένειν. κενεόν τε νέεσθαι.

torum voces, & querimonias, aſſidue, ut ita dicam, id opus urgentes, non audire: votis hominum literatiſſimorum non commoveri; quos non ex Italia ſolum, verum etiam ex Gallia, Anglia, atque Germania, maximo cum incommodo, & ſumtu in hanc ornatiſſimam Urbem confluere, Muſea avide luſtrare, omnia diligenter obſervare, deſcribere, ſummiſque laudibus efferre, quotidie videmus.

Sed ne in ipſo operis veſtibulo diutius verbis te obtundam, optime Lector, abutarque tua ſingulari in me humanitate, ac patientia, pudebat, & vehementer quidem pudebat ſolam FLORENTIAM, quae ſecundum Romam (1.) vetuſtis hiſce inſcriptis lapidibus, anaglyphis, toreumatis, ſarcophagis, ſignis praeclaro artificio elegantiſſimis, rerumque cognitu digniſſimarum refertiſsimis, copioſior eſt, eorumdem nullum peculiarem collectorem, atque editorem habere; qua quidem laude aliae nobiliſsimae Urbes clarae admodum, & inſignes ſunt. Nam Oxonienſia monumenta edidit atque illuſtravit Prideaux, & Salmaſius, Auguſtana Velſerus, Luſitana Reſendius, & Mendez de Vaſconcellos, Siciliae, & Brutiorum Gualtherius; Neapolitana Capaccius, Veronenſia Torellus Sarayna, ac Panvinius; quibus accedet novum Muſeum Veronenſe doctiſsimi Viri Scipionis Marchionis Maffeii, (2.) anaglyphis, ac Graecis Romaniſque quantivis pretii Inſcriptionibus eleganti ſerie in claſses digeſtis, probe refertum. quo modo & praeclarum illud Athenaei Taurinenſis Muſeum ordinavit; quae magna eruditionis, & doctrinae copia illuſtrata,

(1.) *Id etiam teſtatur Cl. V. Montfauconius Diarii Italici Cap. XXVI. pag.* 381.

(2.) *Celeberrimi ſui Muſei Deſcriptionem, & vetera aliqua monumenta illuſtrata iam edidit Venet.* MDCCXX.

publica luce aliquando ipſe Maffeius donabit. Patavina edidit Scardeonius, & Urſatus, Urbini Fabrettus, Hortana Fontaninus, Felſinea Comes Malvaſia, Novarienſia Galleratus, Bellunenſia Pierius Valerianus, Peruſina Ciattus, Sarſinae Antoninus, Brixienſia Rubeus, Aſculana Andreantonellius, Auximana Onuphrius; ut alios plures praeteream viros praeſtantiſſimos, quorum laboribus, ac vigiliis patriae omnes Antiquitates clariſſima in luce verſantur, totoque terrarum orbe loquuntur; eorumque opera merito dici poteſt non periiſse vetus illud patriae decus, quod olim largita eſt (1.)

Terrarum Dea, Gentiumque Roma,
Cui par eſt nihil, & nihil ſecundum.

Horum igitur praecellentiſſimorum virorum exempla, ut imitarer, qua hortatu, qua precibus, auctoritate denique ſua, quae plurimum apud me valet, diu reluctantem tandem coegit humaniſſimus Praeceptor meus Antonius Maria SALVINIUS, Vir longe Doctiſſimus, idemque Clariſſimus, maximum noſtri ſeculi decus, & ornamentum; cui profecto tantum ipſe potiſſimum debeo, quantum homini fas eſt multis, magniſque beneficiis egregie cumulato. Nam forte, quadam die in Hortis, & Muſeo Nobilium Gaddiorum quum veterem quemdam Graecum lapidem valde difficilem, & perobſcurum mira eruditione explicaſset mihi atque illuſtraſset, (2.) ex eo tempore, tanto captus ſum rerum antiquarum amore; ut revera nihil antiquius habuerim, quam in earumdem ſtudio, & cognitione operae plurimum ſedulitatiſque conſumere. Quare ſummus ille Vir, ad ornanda, at-

que

(1.) *Mart. lib. XII. Epigr. 8.*

(2.) *Vide inf. pag.* 188. *n.* 4.

que amplificanda optimarum artium ſtudia profecto natus, ſtatim me vulgo exemtum venerandae Vetuſtatis ſacris initiavit; & ad ipſam antiquorum marmorum tum intelligendorum, tum deſcribendorum ſcientiam perhumaniter introduxit.

Eo igitur auſpice, ac duce in his praeclariſſimis eruditae Antiquitatis ſtudiis, non exiguo tum labore, tum iucunditate plenis, ſubcaeſivis horis, quas ſurripere potui, totus hactenus fui. Utinam in Patriae meae honorem, ingenuarumque diſciplinarum gloriam, & decus maiora praeſtare potuiſsem! ſed (1.)

In magnis & voluiſſe ſat eſt.

Interim ſincere, atque ex animo illud teſtari poſsum, in his veterrimis inſculptis lapidibus exſcribendis fidem, laborem, diligentiam adhibuiſse longe maximam. Luſtravi plurium annorum ſpatio, aſſidua cura angulos paene omnes; venatum (ut verbis utar Ciceronis in C. Verrem (2.) Antiquitatum undique conquirendarum ſtudio flagrantiſſimum) venatum, inquam, ſemper ivi vetera Monumenta, anaglypha omnia elegantiſſima, atque ad Hiſtoriam, & Ethnicam univerſam Theologiam illuſtrandam antiquoſque ritus elucidandos maxime utilia, quae hactenus incognita, ab oblivione, ſitu, ac ſqualore vindicaſse, & (3.) *collegiſſe iuvat*. Marmora quoque priſcis caelata literis, non inani labore, ſpongia ablui, & exterſi paene omnia, ut veram ſinceramque lectionem accuratius elicerem, & poſteritati longe emendatiſsimam commendarem. Urnas, baſes, aras, cippos, omnes denique tabulas ſuis cum ornamentis, zophoris, epiſtyliis, co-

(1.) *Propertius lib. II. Eleg. VIII.* (2.) *Lib. IV. Orat. IX.*
(3.) *Horatius Carm. lib. I. Ode I.*

coronis, ſignis, parergis, quemadmodum oculis teſtantur quamdiligentiſsime αὐτόπτης, &, ut ita dicam, αὐτοχειρὶ excepi, ac delineavi. Inſcriptiones non paucas in Urbanis Hortis Marchionum Corſiniorum miſere fractas compoſui, & coniunxi; mancas ſaepius integra lectione ſupplevi, puto non infeliciter. Veteris Orthographiae leges, quantum in me fuit, ad marmoris fidem repraeſentare ſatis fideliter ſtudui; neque, ut multi ſolent, ob paginae anguſtiam, unam lineam in duas, duaſve in unam, diſtribui; ſed ubique ſervato verſuum numero, literarumque varietate, quarum aliquas de integro conflari volui, ne latum quidem unguem, ab lapidum auctoritate, ac veritate deſcivi. Cenſui enim mecum ipſe ſemper perditam omnem operam eſse, ſi eos eruditis Viris ſumma fide, ac diligentia deſcriptos non exhibuiſsem, ut ne vel minimum ab archetypa eorumdem ſcriptura variarent. Ut id felicius aſsequerer, numquam amicorum manu, & oculis uti volui, ſed ipſe ſolus omnia vetuſta marmora oculata manu deſcripſi; adeoque nemini, niſi mihi ipſi, ea iterum atque iterum conſulenti, fidem adhibui.

Neque etiam his vigiliis contentus fui; quin ſubmiſso ſtatim praelo opere, novos rurſum labores maioreſque alacriter ſubire operae pretium duxi. quos dum expono, cenſere nollem eruditos viros, me ad gloriam avidius aucupandam verbis plus quam ſatis extollere; quum mehercle nil aliud in animo mihi ſit, quam rei veritati conſulere, qua nihil praeſtantius, & iucundius omnibus eſse poteſt. Primum igitur omnia Typographi alioquin diligentiſſimi ecgrapha, perpetua cura, cum archetypis vetuſtis tabulis accuratiſſime contuli; hac potiſſimum ratione, ut, ſi quae

ſi quae leviores in ea irrepſiſsent maculae, antequam in publicum irent, penitus delerentur, eliminarenturque. AErumnoſam hanc provinciam tam ſolicite aggredi numquam poenituit; quam etiam non ſupervacuam, ſed omnino neceſsariam expertus ſum. Nam, etiamſi vetera marmora maiori quam excogitari poſſit diligentia, & ſedulitate deſcripſerit quiſquam, tamen ſemper aliquid ſupereſt, vel minimum, quod corrigi, & plane nitidius repraeſentari poſſit. Deerit fortaſse aliquod punctum, vel abundabit; ſepulcralis titulus his, vel illis maioribus minoribuſve literis ſculptus erit; hoc vel alio interpunctionis genere, pluribuſve aliis rebus obſervatione dignis, nec levis omnino momenti, ornatus erit pereleganter. Omiſſis his ſecundis, vel tertiis curis, minime mirum eſt, ſi vetera plura ſaxa in lucem edita, tot tantiſque ſcateant naevis, ut de eorum ſinceritate, & veritate penes doctos viros plerumque ambigendi locus eſse videatur. Quare iterum atque iterum conſulenda ſunt, nec ullis umquam laboribus, curiſve parcendum. Quae omnia ſatis cumulate praeſtare non poſsunt exteri docti viri, qui exiguo temporis intervallo, Urbes erudita peregrinatione luſtrantes, eximia literis inſculpta marmora, quae in Muſeis extant, ad maiora ſemper properantes, conantur deſcribere; multoque minus, qui ex aliorum Schedis, ut multi hactenus fecere, in lucem ſtudent proferre. Soli enim Urbium incolae, & cives, vel ipſi etiam exteri, ſi diutius in eiſdem morari velint, accurate id conficere poſsunt; qui maiori otio fruentes, plurimo opere, & quidem abſolutiſſimo, ſuas Schedas cum archetypis tabulis facile, & frequenter conferre poſsunt. Hos igitur,

igitur, ut patrias ſuas Antiquitates ſolerter deſcribant, deſcriptaſque longe emendatiſſimas publici iuris faciant, moneo, obteſtor, etiam atque etiam rogo. Ita enim, ut mihi videtur, praeſtantiſſimo, totoque terrarum orbe celeberrimo Viri Clariſſimi IANI GRUTERI veterum Inſcriptionum Theſauro ſumma accedet manus; copioſior etiam, & emendatior aliquando prodibit, faventibus Muſis, ac doctis Viris, maximo literariae Reipublicae bono; nihilque erit profecto, quod in hoc ſtudiorum genere ab eruditis harum deliciarum cultoribus deſiderari poſſit.

Quod attinet ad hanc FLORENTINARUM INSCRIPTIONUM ſyllogen, principio, ut vera fatear, in lucem proferre poſſe credidi, ſingulari collecta volumine, priſca omnia Monumenta, quae tum in Florentinis Muſeis, tum in aliis Etruriae noſtrae Urbibus extant hoc tempore. Sed vix editis dumtaxat Florentinis omnibus antiquis Inſcriptionibus, ſenſim ad eam molem hic liber venit, ut veteres aliarum Etruriae Urbium reliquias, in aliud volumen, cuius aliquod ſpecimen inferius dabo, reiicere omnino neceſſe fuerit. Quamobrem & operis titulum, ab eo quem dederant incredibili adiuvandi bonas artes ſtudio eruditiſſimi Ephemeridum Literatorum Italiae Veneti auctores, parum variare, ut videre potes, optime Lector, coactus ſum.

Omnes igitur antiquae FLORENTINAE Inſcriptiones, quas haec PRIMA PARS complectitur, ſunt numero mille viginti ſupra tercentas, maxima ex parte nondum publica luce donatae; quae vero editae, paucae ſunt, & paſſim a celeberrimis auctoribus repetuntur. Auctorum

loca

loca, qui eas proferunt, & illuſtrant, ubique hic notare volui, ut ea adeant qui maiorem Inſcriptionum explanationem deſiderant: non enim ubique eadem, quae ipſi perdocte in commentariis dixerunt, repetere optimum viſum eſt. Octavius Falconerius Patricius Florentinus, Vir omnigena eruditione clariſſimus, eas omnes, quae exſtant in Regio Magni Ducis Etruriae Muſeo, ex Africa advectas, primus in lucem produxit, (1.) poſt egregium illud in Athleticas Inſcriptiones Commentarium. Non paucas item vulgavit in Diario Italico Vir Doctiſſimus, ac literariae Reipublicae bono natus R. P. D. Bernardus Montfauconius; qui etiam cum Florentinarum, tum veterum omnium Inſcriptionum, quotquot reperire potuit, editionem ſe quamprimum exhibiturum promiſit; (2.) quam hactenus maiori operum molimine diſtentus, praeſtare non potuit. Protulerunt quoque nonnullas Gruterus, & Reineſius; plures Sponius, & Fabrettus, eximia eruditione, & doctrina viri ſupra omnem laudem praeſtantiſſimi. Verum, pace eorum dixerim, in hoc maxime peccarunt, quod non ex ipſis autographis lapidibus, ſed ex aliorum Schedis eas accipere, & ita edere voluerunt. Gruterus ex Smetio, atque ex aliis pluribus auctoribus, (3) Reineſius ex Langermanno; Sponius, & praeſertim Fabrettus ex Schedis Barberinis hauſerunt. Quare, abſit dicto invidia, ſincere enim, & ingenue loqui omnes decet; tot tantiſque mendis inquinatas in doctorum virorum conſpectum poſuerunt, [quae qui-

c dem

(1.) *Editionis Romanae MDCLXVIII. pag. 157. & ſeqq.*

(2.) *In Praef. Diarii Italici, & Cap. XXV. pag. 359. Edit. Pariſ. MDCCII.*

(3.) *Florentinas omnes Inſcriptiones, quas exhibet Gruterus, contuli cum eiuſdem editione ex Bibliopolio Commeliniano anni MDCXVI.*

dem saepissime recensere volui] ut rursus omnes edere, & nitori suo restituere operaepretium visum fuerit. Schedarum Barberinarum auctor fuit, quod silentio minime praetereundum est, antiquariae rei consultissimus, & disertissimus Iohannes Baptista Donius Patricius Florentinus, qui summo labore antiqua omnia Epigrammata, nondum edita, quotquot sua tempestate invenire potuit, diligenter collegit; quorum apographas Schedas adhuc vivens Bibliothecae Barberinae donavit; autographum vero absolutum exemplar, ex quo interdum nonnulla eruditis amicis communicavit, apud se asservari voluit, in lucem propediem daturus. Ipse ad sex millia fere collegisse testatur, non Ethnicarum modo, sed Christianarum etiam veterum Inscriptionum. (1.) Verum non multo post, magno Musarum doctorumque virorum maerore, fato functus, praeclarum illud opus, quod in omnium votis erat, in publicum emittere minime potuit. Multis laudibus illud ornarunt doctissimi Viri Ugo Grotius, (2.) Reinesius, (3.) Fabricius, (4.) Philippus Thomasinus, (5.) & alii complures. Postmodum eiusdem auctoris filii Franciscus, Alexander, & Angelus Donii, tribus Barberinis S. R. E. Cardinalibus, & Praenestes Principi postumum patris laborem dicantes, (6.) *De restituenda Salubritate Agri Romani*, Urbano VIII. Pontifici

(1.) *Vide eius Opus, quod inscribitur:* De restituenda Salubritate Agri Rom. *edit. Florentiae anni MDCLXVII. pag. 36. Collectaneorum veterum Inscriptionum autographum exstat adhuc in eiusdem Bibliotheca, penes heredes, quod nuper vidi.*

(2.) *In Epist. 2032. anni 1628. die 21. Iulii.*

(3.) *In Praef. Syntagm. antiquar. Inscr. edit. Lips. & Francof. MDCLXXXII.*

(4.) *In Tom. I. Bibliothecae Latinae edit. Amburg. 1721. l. 4. c. 5.*

(5.) *De Donariis, ac Tabellis Votivis pagg. 97. 185. 188. edit. Utinensis MDCXXXIX.*

(6.) *Dedicatoriam Epistolam vide.*

ſici Maximo iampridem ab auctore inſcriptum, Collectanea illa veterum Inſcriptionum opus magni moliminis, ac multiplicis utilitatis, quorum ad perfectionem nihil fere deſiderabatur, in lucem uſumque publicum ſub nominis eorumdem auſpiciis aliquando ſe prolaturos teſtati ſunt. Sed poſtea adverſo quodam, & invido fato, variiſque negotiis diſtenti, promiſſis ſtare non potuerunt.

Bene de literario orbe mereri poſtmodum cogitavit Vir praeclari nominis, & inſignis doctrinae Carolus Datus Patricius Florentinus, qui Collectanea illa veterum Inſcriptionum in publicum quamprimum emittere cupiens, hoc titulo inſcripſit; quem mihi perhumaniter exhibuit Carolus Robertus Datus Canonicus Flor. Caroli ex filio Nepos, optimarum artium ſtudiis, ac laudibus ornatiſſimus. *Inſcriptionum Antiquarum Theſaurus Cl. V. & praeſertim eruditiſſimi, atque omni aevo celeberrimi Io: Baptiſtae DONI Florentini laboribus recentiſſime effoſsus. Cura, vigiliis, ingenio Caroli DATI Florentini digeſtus, auctus, illuſtratus, & Auguſtiſs. Chriſtinae Svecorum &c. Reginae poten. dicatus. Accedunt Indices XXX. Appendix Etruſca, & Notae.* Sed, ut Horatius ait, (1.) *truditur dies die*; & ipſe Carolus Datus praematura morte raptus Theſaurum illum recludere, & eruditis donare, ut optaverat, minime potuit. Igitur ineditas illas Donii Schedas quum in Bibliotheca Barberina reperiſset Cl. V. Raphael Fabrettus, (2.) plurimas ex eis exſcripſit veteres Inſcriptiones, quibus Opus ſuum praeclariſſimum Antiquarum Inſcriptionum

(1.) *Carm. lib. II. Ode 8.*
(2.) *Extare in Bibliotheca Barberina has Iohannis Baptiſtae Donii Schedas monuit Carolum Senatorem Strozium per epiſtolam doctiſſimus Ioſeph Maria Suareſius Epiſcopus Vaſionenſis, quam legi in Codice 204. plutei inferioris Bibliothecae Strozianae pag. 146.*

(1.) exornavit; quin etiam nonnullas ex eisdem communicavit Illustrissimo Viro Carolo Caesari Comiti Malvasiae, qui edidit (2.) inter Marmora Felsinea. Sponius quoque reliquiarum morientis Graeciae inspector, & illustrator eximius, paucas ex iisdem Schedis antea excerpsit, quas protulit (2.) in Miscellaneis eruditae Antiquitatis. Florentinas igitur Inscriptiones, quas ipsi ex laudatis Barberinis Schedis exhibent, quia legentibus indicare necessarium putabam, ne editas pro ineditis afferrem, peculiares quosdam Indices Sponio, & Fabretto feci, quibus carent; ut facilius menda, in quae ipsi inciderunt, veterum autographorum lapidum cum editis accurata collatione, deprehenderem; & hoc modo auctoris, qui descripsit, nomen, quod ipsi tacent, & loca, ubi exstent, ab eis non indicata, ostenderem.

Mirabitur fortasse aliquis, cur sine ullo ordine, nec in tot Classes distributas, ut magni illi Viri Gruterus, Reinesius, Sponius, ac Fabrettus fecerunt, has omnes Inscriptiones evulgarim. Id hac potissimum de caussa a me factum dicam; quia, non repugnante paginae commodo, eum solummodo ordinem servare heic volui, quem in Museis habent, in quorum parietibus eleganti serie collocatae, ac dispositae sunt; ad hoc etiam ut facili negotio eas reperire possent, & cum archetypis lapidibus conferre, qui animi, studiive caussa Florentina Musea lustrare vellent. Praeterquamquod supervacuum, & grave nimis videbatur unicuique lapidi sub propria Classe ponendo, loci nomen ubi exstet apponere, & non semel, sed centies illud repetere. Curabo tamen in secunda harum Antiquarum In-

(1.) *Edit. Romanae MDCCII.* (2.) *Edit. Bononiensis MDCXC.*
(3.) *Edit. Lugdunensis MDCLXXXV.*

Inſcriptionum Parte, pluribus ad calcem libri adiectis Indicibus, Gruterianum in morem, votivos lapides cum Deorum nominibus, & cognomentis, Honorificos, Imperatorios, Conſulares, Militares, Sepulcrales, eos etiam, in quibus Officia Domus Auguſtae, Artes, Profeſſiones, Negotiationes, aliaque huiuſmodi notatu digna recenſentur, adiecto inſuper rerum memorabilium Indice, quoad potero, lucidius diſtinguere.

Adnotationes, quae *rotundo*, ut aiunt Typographi, charactere omnibus Inſcriptionibus ſubiiciuntur, laudatum Cl. Virum Antonium Mariam Salvinium auctorem habent; quae vero charactere, ut iidem aiunt, *curſivo* apponuntur, ad adoleſcentium praeclarae Antiquitatis cultorum intelligentiam, & ſtudium accommodatae, tenues quaedam ſunt exigui mei ingenii lucubrationes; quae ſi a doctis humaniſque viris non contemnentur, magnum erit huiuſce laboris praemium, nec leve, fortaſſis ad maiora aliquando praeſtanda, incitamentum. Sane vetera explanare, atque illuſtrare monumenta non mediocris eſt opus ingenii, ſed viri in omni diſciplinarum genere conſummati atque perfecti, & in Hiſtoriae ſtudio, & cognitione verſati quamdiutiſſime. Nullo enim fine circumcluditur utiliſſimum, atque iucundiſſimum rerum antiquarum ſtudium; quod, ut ait Cl. V. Laurentius Pignorius, (1.) *qui non novit, ille vero puer dici iure merito poteſt*; nova enim ſemper ſcitu digna in earumdem inveſtigatione notanda, atque obſervanda occurrunt; quae non niſi multiplicis lectionis ope, & fructu cumulate explicari poſſunt. Hanc spartam implevit doctiſſimus Antonius Maria Salvinius, cuius hoc praecipuum fuit con-

(1.) *In Praefatione Commentarii* De Servis *in principio, edit. Patav. MDCLVI.*

consilium , adnotationibus suis ostendere , quantum in vetustis inscriptis marmoribus explicandis necessaria pariter sit Graecae linguae peritia ; tum ad ipsa marmora probe , & cum voluptate intelligenda , tum etiam ad veteris , & iustae Orthographiae rationem omnem optime percipiendam ; quam qui vel ignorat , vel negligit , ille vero rudis , & alienus a musis , & elegantiis omnibus esse videtur . Nec est ipsa res minima , vel contemnenda , vel inanis , ut vulgo quidam fortasse putant ; nam in ea plurimum momenti est , & adiumenti ad bonos auctores intelligendos , & maculas quibus nonnumquam scatent , eluendas , & recte scribendi ratio , quae ex lapidibus maxime eruitur , scriptionibus lucem addit atque nitorem . Quamobrem propria nomina , atque cognomina omnia , quae ex Graeco fonte sunt , Latina interpretatione donavit (nam semper aliquid , ut notum est , significant) earumdemque vocum originem , pluribus adiectis observationibus , egregie illustravit ; & veterum tum Graecorum , tum Latinorum Poetarum divitiis cumulavit . Huic Antiquariae Scientiae parti , haud plane ultimae , de qua alii docti Viri parum , aut nihil cogitarunt , summam ipse manum imponere voluit . Critice enim est potissima horum studiorum fax , atque omnino necessaria in veterum prisci aevi reliquiarum elucidatione ; verum sine Graecae Linguae peritia , haberi ea satis perfecte , & cumulate non potest . Hanc enim mirifice adiuvat ipsa Latinorum nominum e Graeco fonte manantium , vel certe Graecorum origo probe expensa ; quae quidem non minuta , & tenuia quaedam sunt , sed ad pretiosa numismata , gemmas , veteres codices , ad Geographiam , ad omnem denique tum sacram , cum profanam Historiam illustrandam maxime utilia , ac pluris facienda . Pau-

Pauca nunc de SECUNDA Antiquarum Inſcriptionum PARTE, quae hanc mox ſubſequetur, praemittenda ſunt. Vetera omnia noſtrarum Etruriae Urbium exhibebit Monumenta, quae ad hoc tempus exſtant, Piſana, Senenſia, Arretina, Cluſina, Volaterrana, Feſulana, Cortonenſia, Piſtorienſia, Pratenſia, Montis Politiani, ceterarumque Urbium, & Locorum, perpetuis adnotationibus illuſtrata. Accedet etiam veterum Inſcriptionum, quae, ut arbitror, interciderunt, eximia manus, Grutero, Reineſio, Sponio, ac Fabretto incognitarum; quas multo labore erui ex pluribus vetuſtis mss. Codicibus celeberrimae praeſertim Bibliothecae Caroli Thomae Strozii Viri Nobiliſſimi, qui inſignia Maiorum ſuorum decora, virtutum ſuarum cumulo, ac luce commendat.

Spicilegium hoc antiquorum Epigrammatum ſequentur XL. aeneae Tabulae, quae iamdiu omnes accurate ſculptae ſunt; nilque, praeter eruditas Obſervationes, ac Notas, quibus illuſtrentur, deſiderant. In his eleganter caelata vetera inſigniora monumenta, Toreumata antiqua, & Sarcophagi, opere anaglypho ornati, qui in Florentinis Muſeis, & in Nobilium Virorum AEdibus, ac Villis, nec non in praecipuis Etruriae Urbibus viſuntur. Toreumata, & Anaglypha erunt numero viginti, Sarcophagi vero triginta. Tabulae omnes Maecenatum, qui genere, & virtutum ſplendore nobiliſſimi, ac praeſtantiſſimi ſunt, praeclaro nomine erunt inſignitae; quorum auſpiciis hoc opus confectum eſt. Nihil proferam in aeneis Tabulis, quod ad rectam Critices regulam prope ſelectum, expenſum; delineatumve non ſit accurate. Non ſemel enim contuli cum archetypis elegantiſſimis ſculpturis prima pictoris exemplaria;

ria; quae quum optime cum iisdem convenirent, singulari manu omnia aere incidi diligenter curavi. Insignia haec vetustatis monumenta, ut e temporis edacissimis faucibus [multa enim sub dio sunt] eriperem, & nunc primum luce donata huic operi iungerem, auctor mihi fuit, quum Florentiae paucis ab hinc annis versaretur, supralaudatus Scipio Marchio Maffeius, Vir de re literaria optime meritus, cumulataeque doctrinae, & excellentis ingenii magnitudine supra omnem laudem clarissimus; quam curam antequam aggrederer, putabam me genio meo facturum satis, si paucas Tabulas eruditis viris exhibere potuissem. Verum faustis excitatus auspiciis [nullo enim desunt tempore, qui optimarum disciplinarum studia mirifice colant, ac promovere studeant] permagnam antiquorum monimentorum copiam parare mihi contigit; quae, ut supra dixi, propter libri molem, in hac Prima Parte locum minime habere potuerunt.

Cogitanti igitur mihi quibusnam aliis eximiis ornamentis, hanc Primam Partem, ne a secunda omnino dissimilem ederem, condecorare, atque illustrare possem; rem instituto meo consonam, & convenientem, doctisque viris admodum gratam me facturum putavi, si antiquas Gemmas praeclaro artificio, ac literis insignitas, praemisissem; quas paucis ab hinc mensibus collegi, favore atque humanitate propemodum singulari adiutus Sebastiani Blanchii Praefecti Medicei Magni Ducis Etruriae Thesauri, lectissimae eruditionis laude summoque bonas artes iuvandi desiderio ornatissimi. Eas igitur omnes diligenter expressas heic habes, erudite Lector; non ad ectyporum, ut optime docti viri hactenus fecere, sed ad ipsarum gemmarum fidem,

ac

ac veritatem exſculptas , ut dum eas in his ſequentibus XVIII. aeneis Tabulis caelatas cernis, ipſas Gemmas ob oculos habere, & manibus contrectare tibi videaris. Id optimum factu putarunt perdocti aliqui viri; quibus & in hac re, ſubmiſſa eorum iudicio mea voluntate, ſatius illis, quam mihi parere iudicavi; quod heic declarare volui, neſcius ne eſſes, optime Lector. Singulas Gemmas illuſtravit ſaepe laudatus Antonius Maria Salvinius V. Cl. in quas etiam mearum obſervationum ſymbolam, veluti parergon, dare volui, diverſo, ut aiunt Typographi, *curſivo* charactere.

Nonnullas etiam alias Antiquitatis veneres addere poſt ipſas non abs re viſum eſt, inſtante Clar. V. Petro Andrea Andreinio Patricio Florentino, multae in Re Antiquaria doctrinae, integrae fidei exquiſitique iudicii, cum paucis comparando; cui non parere nefas omnino eſse duxi; nam ad haec ſtudia totis viribus proſequenda ſaepe ſaepius acriter me inflammavit, omneſque locupletiſſimi ſui Muſei divitias recluſit, & in conſpectum humaniſsime poſuit. Ea enim eſt huius ſummi Viri in amplificanda optimarum artium dignitate voluntas, & ſtudium, ut, quo vehementius ferveat opus, maiuſque in dies incrementum accipiat, omnibus eruditae Antiquitatis cultoribus prodeſse velit. Quare, quum ab amiciſsimo Viro veteris Columbarii, ſive Monumenti Libertorum Caeſaris Auguſti, & Liviae Auguſtae, hoc ipſo anno Romae detecti in Via Appia, ſepulcrales perelegantes Titulos, Cippos, Sarcophagos ad eorum fidem accuratiſsime delineatos in XVIII. Tabulis habuerit, una cum Ichnographia, & Scenographia eiuſdem Columbarii, ne diutius tantae eruditionis ſupellectile careret literarius orbis, typis evul-

d gandos

gandos mihi perhumaniter exhibuit; qui etiam eruditis Notis illustrati, cum descriptione Columbarii, & Observationibus in antiqua monumenta in eo reperta, quamprimum, Deo favente, in lucem prodibunt.

Sed, ut ad rem redeam, cetera quae heic in Operis parergon, & ornamentum variis in locis sparsa vides vetera monumenta, & anaglypha, commodius explicabuntur in antiquorum Sarcophagorum Observationibus, quae in secunda Parte ponentur.

Post eximios laudatos viros, quorum consilio atque auctoritate maxime usus sum, (1.) quoniam *benignum est, & plenum ingenui pudoris*, teste Plinio, *fateri per quos profeceris*, alios quoque, qui me ad hos conatus erexerunt, digna laude recensere operae pretium est. Eminet inter hos inclytus Vir, ac Senator amplissimus, nec non Comes, & Eques, Ferrantes Capponius, qui pluribus me ornavit beneficiis; ac non solum Florentiae, verum etiam Romae quum in omnium oculis & admiratione esset ob praeclaras animi sui virtutes, quas optime referunt Comites eius filii, egregiae indolis, ac spei adolescentes, Camillus Eques D. Stephani, & Ferdinandus Carolus Sac. Hierosolymitani Ordinis Eques, & Commendator D. Petri ad Quarachium, quos instituo; has ingenii mei primitias amicis commendavit. Principem quoque locum sibi vindicant laudatus Carolus Thomas Strozius, & Franciscus Guicciardinius, Patricii Florentini, bonarum artium promovendarum studio flagrantissimi; qui ut has meas lucubrationes praelo committerem, omni favore omnibusque adiumentis effecerunt. Praecipuo quoque hono-

(1.) *Epist. ad Nat. Historiam.*

honore colendus a me eſt Salvinus Salvinius Antonii Mariae frater optimus, Canonicus Florentinus, praeſtantiſſimi ingenii, & eruditionis Vir, rerumque reconditarum ad Florentinam Hiſtoriam ſpectantium notitia inſignis; qui mihi plura quae latebant vetera monumenta opportune indicavit. Item Iohannes Baptiſta Comes Caſottius, Canonicus Pratenſis, ingenii ſublimitate, morum elegantia, ſcriptorumque laude clariſſimus, qui me conſilio, & hortatu ſuo ad patrias Antiquitates illuſtrandas ſummopere excitavit. His etiam addendi R. P. Alexander Politi a S. Sigiſmundo ex Cler. Regular. Matris Dei, cuius olim in Theologicis diſciplinis auditor fui, qui ingens ac praeclarum Opus propediem editurus eſt, Euſtathii videlicet inſignis Homeri interpretis Commentarium, latine redditum, lectiſſimiſque Notis ſumma eruditione refertis, illuſtratum; alter eſt Nicolaus Bargiacchius, Patriarum Antiquitatum aeſtimator eruditiſſimus; quibus omnibus, pro ſummis erga me meritis, pares omnino gratias referre non poſſum.

Conſentaneum poſtremo videtur, ut nonnulla dicamus de praecipuis Florentinorum Muſeorum auctoribus, qui tot inſignibus Antiquitatis monimentis hanc Urbem omnium ornatiſſimam reddiderunt, Romanaque magnitudine, ac maieſtate impleverunt. Hi enim ſaevam praeteritorum temporum labem ſedula antiquarum rerum conquiſitione expulerunt; maiorumque noſtrorum in has Vetuſtatis reliquias incuriam, ac barbariem, contemtum etiam dicam ſane pudendum, nova monumentorum copia, & luce beatiſſima, penitus extinxerunt. Conſtat enim priſcis temporibus hanc Urbem ſtatuis, ſignis, templis, theatro, amphiteatro, thermis, arcubus, nympheis, balneis, capitolio, ſarcophagis,

 ana-

anaglypho opere egregie insculptis, omni denique Antiquitatis supellectile, locupletissimam fuisse Romanorum Coloniam, Romanaeque magnificentiae, & maiestatis exemplar absolutissimum: nunc vero, iniquo quodam fato, exceptis paucis sarcophagis, (1.) duobus arcubus veteris aquaeductus, (2.) paucis item sepulcralibus titulis, ac statuis, (3.) quae in optimatum aedibus servantur, pauca admodum, ac paene dixerim nulla priorum veterum monumentorum vestigia supersunt. Primus omnium, qui singulari Antiquitatis studio, & amore mirifice accensus, insignem tabularum statuarumque thesaurum Florentiam Roma advehi iusserit, tantamque nostrorum veterum monumentorum iacturam quodammodo instaurarit, fuit Riccardus Riccardius, Vir generis nobilitate, eruditione, & elegantis Poetae laude sua tempestate clarissimus, (4.) aeternoque nomine dignus; quem merito summis laudibus ornarunt doctissimus, ac praestantissimus Petrus Victorius, (5) Io: Baptista Ubaldinius, (6.) & Scipio Ammiratus. (7.) Veteres omnes inscriptas mensas ab eo collectas, ex (8.) Urbanis Profundae

(1.) *Hos aeneis Tabulis incisos dabimus in secunda Antiquarum Inscriptionum Parte.*

(2.) *De his fusius Cl. V. Vincentius Borghinius in libro de Origine Urbis Florentiae pag.* 130. *qui prope inferiorem Arcem S. Iohannis sunt, extra Portam vernacule* al Prato; *trans fluvium Munionem.*

(3.) *In aedibus Philippi Senatoris Bonarotii sunt duae statuae Consulum, fortassis Duumvirum, vel Decurionum nostrae Coloniae, quae erutae fuere prope Portam vulgo* a S. Gallo, *ubi antiquitus erat alveus Fluvii Munionis. Item in aedibus* Nob. *V. Angeli Gondii, quae inventae sunt in ruderibus veteris Amphitheatri, de quibus vide laudatum Vinc. Borghinium pag.* 187.

(4) *Florentinis typis apud Iunctas anno* 1609. *edita est eiusdem Tragoedia super Conversionem D. Mariae Magdalenae, cum quibusdam aliis Poematis in laudem B. M. Virginis.*

(5.) *In Opere Variarum Lectionum lib. VIII. cap. 9. editionis Flor. anno* 1568.

(6.) *In Historia suae Familiae pag.* 11. *edit. Flor. anno* 1588.

(7.) *In Opusculis pag.* 194. *edit. Flor.* 1583.

(8.) *Nos vernaculo sermone* [dal Giardino di Gualfonda.]

fundae Vallis Hortis, (1.) ne ſub dio iacentes temporum clade perirent, Franciſcus Marchio Riccardius tranſtulit in AEdes ſuas, plane omnis eruditionis, quae ibidem revixit, nutrices; quas etiam Sacello ſacris Reliquiis referto, Bibliotheca, Muſeo, ſignis, ſculptis caelatiſque gemmis, veteribus numis, anaglyphis, picturis inſtruxit, atque ornavit. Tranſlationis veterum monumentorum tempus, binis hiſce inſcriptionibus candido marmore inſculptis, indicari voluit, cura, & ingenio Cl. V. Antonii Mariae Salvinii.

COLLECTA A RICCARDO IOANNIS F. RICCARDI
OMNIUM ELEGANTIARUM ARBITRO
A. S. CIↃ. IↃ. C.
VETERUM MONUMENTORUM SUPELLEX
AB URBANIS VALLIS PROFUNDAE HORTIS
AD FOVENDA
HAEC VENERANDAE ANTIQUITATIS STUDIA
HUC OPPORTUNE TRANSLATA.

COSMO III.
MAG. ETR. DUCE AUCTORE ET AUSPICE
FRANCISCUS MARCH. RICCARDIUS
CONSILIO ET INSTINCTU SUO
PRETIOSAS ANTIQUITATIS ERUDITAE RELIQUIAS
HOC IN ATRIO ET ALIIS AEDIUM HARUM LOCIS DISPOSUIT
TUM CIVIUM TUM EXTERORUM COMMODO ET UTILITATI
A. S. CIↃ. IↃ.CC. XVIII. AETATIS SUAE XXIXC.

Multo

(1.) *Ibidem eas vidit Cl. V. Montfauconius, qui Graecum lapidem edidit Cap. XXV. pag. 361. Diar. Ital. Ego quoque ibidem omnes deſcripſi.*

Multo antea veteres nonnullas inſcriptas Tabulas idem Franciſcus Marchio Riccardius donaverat Apollonio Baſſetto Laurentianae Baſilicae Canonico, quem valde colebat, viro graviſſimo, atque omnium Antiquitatum conquiſitori praeſtantiſſimo (1.) quae poſtea, COSMO III. Magno Duce Etruriae, cuius ab occultis epiſtolarum notis erat, herede ex aſſe inſtituto, Regio Muſeo Mediceo additae ſunt; quod indicare volui, propterea quod plures apud Riccardios exſtare dicat Reineſius, quae modo in laudato Mediceo Muſeo reperiuntur. Neque etiam ſine laude praetermitti poteſt ingens veterum inſcriptorum marmorum, & titulorum ſupellex, quae exſtat in Urbanis Marchionum Corſiniorum Hortis, cuius auctorem ferunt Eminentiſſimum S. R. E. Cardinalem Nereum Corſinium, Philippi Senatoris Filium, qui poſt egregios ſacros labores, in patriam reverſus, in iiſdem AEdibus fato functus eſt XIII. Kal. Octobris MDCLXXVIII.

Muſeum Nobilium Gaddiorum toto orbe literario, cimeliis, antiquis ſignis, anaglyphis, marmoreis iconibus, picturis, Inſcriptionibus, numiſmatis, Bibliotheca optimis codicibus probe referta celeberrimum, maximo ſumtu, regiaque propemodum magnificentia exſtruxit, elegantiiſque omnibus cumulavit Nicolaus Eques, ac Senator Gaddius, (2.) virtutum omnium ſplendore, animique magnitudine tum patriae, tum exteris nationibus longe clariſſimus. (3.) Plura quoque in eo ſunt, mirae vetuſtatis AEgyptia monu-

(1.) *Cuius Muſeum celebravit doctiſſimus Henricus Noriſius in celeberrimo Opere de Epochis Syro-Macedonum Diſsert. III. Cap. IV. pag. 135. Flor. edit. 1689.*
(2.) *Vide Iacobi Gaddii Elogia pag. 56. & 57. Edit. Flor. ann. 1636.*
(3.) *Laudat hoc Muſeum Cl. V. Montfauconius in Diario Italico pag. 359.*

numenta, quorum aliqua aere caelata vulgavit Clar. V. Iohannes Nardius Medicae Artis in Pisano Athenaeo Professor, post eruditissimum Commentarium (1.) in libros VI. Titi (2.) Lucretii Cari de Rerum Natura; ubi AEgyptias quoque plures Antiquitates, quae insigne suum Museum ornabant, vulgavit; quae postea ad alia Musea migravere. Visitur apud Nobiles Viros Vecchiettios praealtus Obeliscus, quem edidit in omni AEgyptiorum sapientia eruditissimus Pater Athanasius Kircherius e Societate Iesu. (3.) Hunc ex AEgypto Florentiam advehi iussit Clar. V. Hieronymus Vecchiettius, cui ab AEgypto cognomen fuit, (4.) quod AEgypti regionem ultra quadraginta totos integros annos una cum fratre Iohanne Baptista incoluerit, Nonnulla alia AEgyptia monumenta extant in Regio Mediceo Thesauro, & in elegantissimo Marchionum Guadagniorum Museo. Quae vero in Cimeliarchiis Clarissimorum Virorum Philippi Senatoris Bonarotii, & Petri Andreae Andreinii spectantur, infra in hoc volumine exhibemus.

Museum Marchionum Nicoliniorum plane ditissimum statuis, iconibus, signis, numis, sarcophagis, inscriptionibus, summa tum civium, tum exterorum laude, & admiratione dignum est. (5.) Ornavit illud Marchio, ac Senator Iohannes

nes

(1.) *Edit. Florentiae anno MDCLXX. vide Tab. II. num. 2.3.4.5.*

(2.) *Laudavit hoc opus Cl. V. Iohannes Ciampinius in prima Parte veterum monumentorum p. 164. qui etiam ex Nardio aeneam Tabulam exhibuit; quarum Tabularum delineationem, ait, a Nardio factam, iussu Ferdinandi II. M. D. Etr.*

(3.) *In OEdipi Tom. III.*

(4.) *Hunc virum summis laudibus celebrant Ianus Nicius Erythraeus in Pinacotheca pag. 196. edit. Lips. 1722. R. P. Negri in Catal. Scriptorum Florentinorum, & Cl. V. Fortunius Licetus de reconditis antiquorum Lucernis lib. I. cap. XIII. pag. 23.*

(5.) *Hoc Museum laudat Cl. V. Montfauconius in Diar. Ital. Cap. XXVI. pag. 381.*

nes Nicolinius Marchionis Angeli, qui S. R. E. poſtmodum Cardinalis fuit, inclytus filius, legationibus Romae, rebuſque geſtis ſumma cum prudentia, & animi magnitudine, admodum inſignis.

Nulla fere Florentiae procerum domus, quae ornata, atque exculta non ſit Statuis, & antiquis operibus elegantiſsimis; quae etiam magna copia occurrunt in eorum Villis; adeo ut nullus ubique locus ſit, in quo praeclara eruditae Vetuſtatis ſtudia coli, ac ſuſpici non poſsint. Secuti ſunt Veterum exempla maiores noſtri, qui itidem ornatis Villis (1.) egregiorum veterum ſculptorum ſignis, ruris delicias, & otium, cum virtute certare voluerunt.

Celeberrimum omnium eſt, inſcriptis veteribus Tabulis, urnis, ac cippis locupletiſſimum Muſeum ſuburbanum Strozium. (2.) Huius auctor fuit Carolus Senator Strozius, Palatinus Comes, Vir omni laude, & immortalitate digniſſimus; qui merito Rei Antiquariae magnus inveſtigator, & Pater appellatus eſt. Is etiam inſignem omni aevo Bibliothecam optimis Codicibus non ſolum inſtruxit, verum etiam, quidquid rarum, & notatu dignum, & ad Hiſtorias Urbium illuſtrandas, condendaſque apprime utile, ex veteribus omnium Archivorum membranis, ac tabulis erui poteſt, ingenti, & perpetuo labore manu ſua plurimis exaratis Codicibus, ſummo Patriae, ac literariae Reipublicae bono collegit, & ab oblivione, ac temporum clade vindicavit. Genio ſuo poſtmodum faciens ſatis Aloyſius Strozius,

(1.) *Vide Ciceronem in C. Verrem lib. IV. Orat. IX. & Plinium lib. XXXVI cap. 15.*

(2.) *Huius Muſei Inſcriptiones exſcripſit Cl. V. Montfauconius, ut ipſe ait in Diario Ital. Cap. XXV. pag. 361. idque rigidiſſima hyemis tempeſtate.*

zius, Caroli Senatoris Filius, Archidiaconus Florentinus, virtutum omnium genere excultissimus, ex Urbe, in Villae decus adduci voluit; atque externos omnes parietes insignivit. Verum, ne ullo umquam tempore labefactari, atque intercidere possent, Carolus Thomas Strozius, egregio consilio, in Porticum transtulit, concinnaque serie dispositos picturis undequaque ornavit; quod posteris constare voluit hac pereleganti epigraphe, cuius auctor fuit Clarissimus Philippus Senator Bonarotius, Vir nostra aetate penitioris Antiquitatis scientissimus, ac consultissimus; qui me in omnibus favore suo egregie adiuvit.

MONUMENTA HAEC ANTIQUITATIS
A CAROLO STROZA SENATORE COLLECTA
ET AB ALOYSIO ARCHIDIACONO FLORENTINO EIUS FILIO
IN RURIS SUBURBANI ORNAMENTUM DICATA
CAROLUS THOMAS ALEXANDRI SENATORIS F. CAROLI N.
AD ARCENDAM PLUVIAE ET FRIGORIS INIURIAM
EX COMPLUVIO IN PORTICUM TRANSTULIT
ANNO CIƆ · IƆ · CC.XVIII.

Binis quoque epigrammatis, marmore insculptis, idem optimi Avi sui manibus honoris caussa litandum censuit, opera Cl. V. Antonii Mariae Salvinii, quae ita se habent.

HAEC QUAE TU CERNIS SECLI FRAGMENTA VETUSTI
CAROLUS ETRUSCO MURICE CONSPICUUS
STROZIUS IN VILLAE DECUS ET DOCUMENTA NEPOTUM
TEMPORIS E DURIS FAUCIBUS ERIPUIT.

RELLIQUIAS DANAUM ET VETERUM MONUMENTA QURITUIM
DULCIS COLLIGERE EST UTILIS ATQUE LABOR
MOS BONUS ANTIQUOS VENERARI ET MORIBUS UTI
ANTIQUIS. QUID NON SECULA PRISCA DOCENT?

Supereſt igitur, Lector, ut ea, qua ſoles, animi benevolentia hos meos labores excipere atque amplecti velis; & ſi minus tuo in praeclaras artes genio fecerim ſatis, aequi bonique conſulere. Spero tamen tua, & eruditorum virorum fretus humanitate, hoc meum ſtudium non iniucundum fore, ac fortaſſe perutile; quum theſaurum noſtrarum Antiquitatum aperuerim, in quo tam multa latebant quod olim, ut ab Italis fieret, optavit Cl. V. Reineſius Claſs. V. n. xix. Nil enim iucundius gratiuſque omnibus eſse poteſt, quam literarium orbem, praeclara veterum monumentorum luce augere, eruditionem amplificare, omnium ſtudiis atque utilitati inſervire, hoc praeſertim ſeculo vere aureo, ac beatiſſimo, in quo uti de priſcis bene auſpicatis temporibus teſtatum reliquit Satyricus; *Vigent bonae artes, ſummumque certamen inter homines eſt, ne quid profuturum ſeculis diu lateat.* Igitur, ſi vis, hac interim antiquarum Inſcriptionum Etruriae Urbium Prima Parte, & quamprimum, Deo dante, Secunda, vetuſtis Anaglyphis, & elegantiorum Sarcophagorum ſculpturis longe ornatiſſima, utere felix, ac vale.

OBSERVATIONES
IN ANTIQUAS GEMMAS
ET ALIA
VETERA MONUMENTA.

TABULA I.

GEMMA I. *Musa*, Cronii *opus*. *Ex Ectypis Gemmae antiquae, Cimelii Cl. V. Abb. Petri Andreae Andreinii*. Scalptoris nomen hactenus ineditum praefert ΚΡΟΝΙΟϹ. ЄΠ. idest, Κρόνιος ἐποίει. *Cronius faciebat*. Κρόνιος, i. *Saturnius*.

Cronius a Plinio celebratur his verbis: (1.) Confirmat hanc eamdem opinionem edictum Alexandri Magni, quo vetuit, in Gemma se ab alio scalpi, quam a Pyrgotele, non dubie clarissimo artis eius. Post eum Apollonides, & CRONIUS in gloria fuere: quique Divi Augusti imaginem similem expressit, qua postea Principes signabant, Dioscorides.

Musa stans, & ad canendum se praeparans; capillorum plexibus, uno super alium, in orbem dispositis, & in nodum in vertice finientibus, defluente ad talos palla; dextrum brachium exertum, ac nudum, quo expeditior sit, lyrae iugo admovet, & vi septem cordas eiusdem ad canendum aptat, & tendit: e dextro lyrae cornu, in ornamentum, pendet taenia superne circumvoluta. Innititur humeris quadratae praealtae basi, supra quam imposita virilis icuncula; quae fortassis Heroem aliquem repraesentat ab ea celebrandum.

Comae cultum in hac Musa Pindarus Graecorum Poetarum Princeps illustrat, qui Musas appellat ἰοστεφάνους. *violaceis coronis redimitas*, idest *nigris crinibus ornatas* circa caput,

(1.) *Lib. XXXVII. c. 1.*

put, instar florum plexis, ac compositis; & Homerus ἰοειδέα πόντον dixit *nigrum mare*; quamvis, ut alii interpretantur, non negem, Musas *violis intextas coronas capite ferre*. Homerus in Iliade.

Οὐλὰς δ' εἶχε κόμας ὑακινθίνῳ ἄνθει ὁμοίας

Crispas habebat comas hyacinthino flori similes.

Eadem phrasi utitur Anacreon, loquens de nigra coma.

Virginum mos fuit gestare crines in nodum collectos, supra caput, teste Pausania, qui ita comtam Polyxenam descripsit (1.) Ἡ μὲν δὴ Ἀνδρομάχη καὶ ἡ Μηδεσικάστη καλύμματά εἰσιν ἐπικείμεναι. Πολυξένη δὲ κατὰ τὰ εἰθισμένα παρθένοις ἀναπέπλεκται τὰς ἐν τῇ κεφαλῇ τρίχας. Andromache, & Medesicaste velato sunt capite: Polyxena, virginum more, collecto in nodum crine. *Fabrettus id observavit ad Tabellam Iliadis,* (2.) *& Cap. V. Antiquarum Inscriptionum* (3.) *quem vide. Addi etiam potest Horatii testimonium* (4.) *qui Lacaenas feminas eodem modo ornatas, crinibus in unum collectis, & religatis, descripsit*

eburna, dic age, cum lyra
Maturet in comtum Lacaenae
More comam religata nodum.

Et alibi (5.) cui flavam religas comam. *Nam religare, pluries ligare est. Huiusmodi crinium plexus clarius apparent in duabus Gemmis, quas in praeclarissimo suo Opere edidit V. Cl. Philippus Stoskius, Tab. VII. & Tab. XLV. in quibus scalptae Musae, statu, atque habitu omnino huic nostrae similes, quarum prima* Allionis, *altera* Onesae *opus.*

Lyra, qua Deorum hymni, & Heroum gesta cantantur taenia, seu vitta ornatur, quia sacra, & ipsis dicata. Bacchantium quoque thyrsus, quod Baccho sacer sit, taeniolis sub cuspide circumligatur; ut infra in Gemma I. Musei Medicei Tab. V. Id non tantum a Graecis, verum etiam ab Etruscis factum ostendit Etruscum vas, Baccho

(1.) *In Phocius sive Lib. X. cap. 25. pag. 862. Edit. Lips. 1696.*
(2.) *Pag. 356.*
(3.) *Pag. 360. num. XII.*
(4.) *Lib. II. Ed. XI.*
(5.) *Carm. lib. I. Od. 3.*

cho sacrum, Tab. XVII. in praeclaro Dempsteriano Opere. In Romanis antiquis monumentis, quae Musas exhibent cum suis musicis instrumentis, lyram taeniis insignem hactenus non observavi; verum tum in Latinis, tum in Graecis, Etruscisque sculpturis non raro ea est quadratae figurae. (1.)

Gemmarum, quas afferimus, magnitudo, in quolibet parergo subiicitur; & locus ubi exstent, & qualitates indicantur.

GEMMA II. *Apollo Citharoedus*, Cleonis *opus*. *Ex Carneola Cimelii Andreinii.*

Graeca epigraphe praestantissimi scalptoris nomen exhibet. ΚΛΕΟΝΟϹ. supplendum ἔργον. *Cleonis opus*.

Apollo nudus, veste in humeros reiecta, brevissimo capillo, perpetua decorus iuventa, posita pharetra utrimque tecta (Homerus, ἀμφιρεφέα τε φαρέτρην appellat) dextra citharam meditabundus tenet; sinistra, aram cum hypobasi, laureis encarpis ornatam, tangit; super quam tripus impositus, oraculorum, & divinitatis suae symbolum.

Cleonis gemmarum scalptoris nullam apud scriptores mentionem invenire mihi contigit. Cleonem Sicyonium insignem statuarium commendat Pausanias pluribus in locis. (2.) *Similem huic Gemmam exhibet eruditissimus Paulus Alexander Eques Maffeius* (3.)

Citharam Catullus (4.) *appellat* decus Phoebi; *nam eius inventum est* (5.) *eaque Musarum choro praecinit. Apud Aristidem Apollo* φορμίγγων ἄναξ, Rex cithararum *dicitur*. Dii Ἄνακτες *appellantur* Artium, *quibus praeesse putabantur. Ita Vulcanus in numo rarissimo, quem illustravit nobilissimus Spanhemius* (6.) Rex Artis *dicitur*. Ut pictori Anacreon (7.) Ροδέης κοίρανε τέχνης: *Roseae Rex artis*: Sic apud Pindarum Αναξιφόρμιγγες ὕμνοι, *Lyrae Reges hymni*.

Sini-

(1.) *Vide infra pag. 1. Anaglyphum marmoreum Musei Medicei; in quo Musa lyram quadratae figurae tenet.*
(2.) *In Eliacis l. V. c. 17. c. 21. & in Eliacis l. VI. c. 1.*
(3.) *Gemme Antiche Par. II. n. 47.*
(4.) *Carm. LIV.*
(5.) *Pausanias in Eliacis l. lib. V. c. 14. pag. 413.*
(6.) *De usu, & praest. Vet. Numism. Cap. III.*
(7.) *Num. 28. edit Henrici Steph.*

Siniſtra manu aram, iuramentorum ſedem, tangit; quaſi iuramento aſserens ſuorum oraculorum veritatem.

Deorum aras qui tangebant, & amplexabantur ſecuri, atque inviolabiles erant. Horatius (1.)

Immunis, aram ſi tetigit manus.

Arae cum hypobaſibus inter Deorum donaria numerabantur, ut liquet ex Inſcriptione Gruteriani Theſauri (2.)

GEMMA III. *Caput ignotum*, Agathopodis *opus*, *Beryllo* (*Italis* aqua marina) *inſcalptum*. *Ex Dactyliotheca Andreinia.*

Graeca epigraphe. ΑΓΛΟΟΠΟΥΙ ЄΠΟΙЄΙ. ideſt ΑΓΑΘΟΠΟΥΣ ЄΠΟΙЄΙ. *Agathopus faciebat*. Αγαθόπους. i. *homo bonis pedibus praeditus*.

Caput virile, brevi capillitio, criſpata fronte, ſeveritatem, gravitatemque ſummo viro dignam, praeſeferens.

Nobiliſſimam hanc Gemmam edidit Vir Cl. Cauſeus in Muſeo Romano (3.) *putavitque Pompeium Magnum referre; nonnulli poſtea fortaſſis M. Brutum Caeſaris interfectorem. Deinde vulgarunt Eques Maffeius*, (4.) *& Philippus De Stosck* (5.) *Rurſus & hic quoque prodit; ſed, ad Gemmae fidem, accuratius edito praeſtantiſsimi artificis nomine, quod ita ſcriptum eſt:*

ΑΓΛΟΟΠΟΥΙ
ЄΠΟΙЄΙ

Prima, tertia, & quarta litera tranſverſis lineis deſtitutae ſunt; ſane priſco more tum in numis, tum in vetuſtis lapidibus uſitato, quod praeſertim beryllus, ut periti obſervarunt, tranſverſas lineas aegre patiatur. Nona vero litera, ob iniquum ſpatium, ita ſculpta, ut potius Iota, quam Sigma quadratum referat.

GEM-

(1.) *Carm. lib. I. Ode* *Vide Dempſterum in Paralipomenis ad Roſinum lib. I. ad cap. 13. qui de hoc fuſius.*
(2.) *Pag. X. 2.*
(3.) *Sect. I. Tab. n. 21.*
(4.) *Part. III.*
(5.) *Tab. V.*

GEMMA IV. *Minerva Bellatrix*, Antiochi *opus*, *Carneolae insculptum*, *ex Dactyliotheca Andreinia*.

Graeca epigraphe : ANTIOXOΥ, *i. Antiochi* ἔργον *opus*.

Minerva soluto de more crine, capite fert galeam, comantibus e cono cristis, & equina cauda defluente, horrificam ; Gorgonei angues e squameo thorace huc illuc serpunt ; dextrorsum elata hasta, lato ferro.

Minervam ornatam metuendis armis ita descripsit Statius. (1.)

Diva ferox, magni decus ingeniumque Parentis
Bellipotens, cui torva genas, horrore decoro,
Cassis, & asperso crudescit sanguine Gorgon.

Homerus fortissimorum Graecorum galeas non semel describens cristatas, & longis equinis caudis insignes facit ; ad terrorem hostium animis iniciendum. Etruscos quoque milites cassides, ita ornatas ferre consuevisse, plura Etrusca monumenta in Dempsteriano Opere ostendunt Tab. XLVI. & LIII. Par. I.

Haec Gemma, & alia in hac Tabula n. II. *allata non extant in Dactyliotheca Cl. V. Petri Andreae Andreinii ; furto sibi ablatas cum aliis pluribus rarissimis, & quanti vis pretii Gemmis, merito dolet summus Vir. Nullus siquidem Regum, ac Principum, tot Gemmas praeclaro artificio, & artificum nomine insignes inter sua Cimelia, quot ipse, umquam habuit ; qui etiam primus omnium, sculptum in ipsis artificum nomen, eruditis viris detexit, quum antea incognita esset tanta eruditionis seges.*

GEMMA V. *In medio Tabulae posita Amethisto insculpta, ex Dactyliotheca Andreinia ; quamvis nulla epigraphe, neque artificis nomine sit insignita, tamen ob eius pulchritudinem, ac praestantiam, luce donatam, hoc in loco, exponere non abs re visum est. Eruditis observationibus eam illustravit Andreinius, quas dedit amico suo optimo Iohanni Mabillonio, quarum cum laude meminit in Itinere Italico.*

Maris viam aperiente Delphine, laeti una incedunt Nereus Oceani, ac Thetyos filius a quo Nereides Nymphae, pal-

(1.) *Lib. II. Theb.*

palmulam in humeris ferens ; & Doris coniux , Nympharum mater , corporis utrorumque inferiori parte in piscem desinente , sinuosa , & squamosa cauda . Circum stant tres pueri , marinorum Deorum festiva soboles ; quorum unum in piscis itidem caudam desinentem, sinistrae mammae admotum tenet , ac pleno ubere lactat Doris ; alterum dextra attollit, ut ex undis emergat ; Delphinis capiti alter adblanditur .

Felicem coniugum amorem declarat [*ni fallor*] *haec Gemma ; vel etiam Oceani fecunditatem , quem Patrem Deorum immortalium appellat Homerus.*[1.] *Idem Homerus , teste Pausania ,*[2.] *Oceani filias ludentes fecit cum Proserpina ; quarum nomina longa serie recenset .*[3.]

In huius Tabulae corollarium addimus quoque explicationem , & observationes in antiquam eximiam Gemmam ex Dactyliotheca numquam satis laudati Cl. Viri Andreinii , cuius schema , supra in limine , ac fronte huius libri , ornamenti causa , praemisimus . Scalptum in ea est Herculis Tollentis , Invicti caput , leonina pelle tectum , quemadmodum describit Theocritus , [4.] *cum hac epigraphe :*

ΗΦΑΙΣΤΙΩΝ ΑΠΟΛΛΟΔΩΡΟΥ
ΑΓΟΝΟΘΕΤΗΣ ΘΥΑΤΕΙΡΗΝΩΝ
ΑΝΕΘΗΚΗΝ

idest : Hephaestio Apollodori F. Agonotheta Thyatirenorum dedicavit . *Munere suo feliciter functus Hephaestio Thyatirenorum Agonotheta , hanc Gemmam magnitudine , & artificio insignem , χαριςήριον , perenne grati animi monimentum , Herculi Athletarum Deo , voti reus dedicavit , fortassis in eius aede .*

Gemmas Deorum sigillis inscalptas inter donaria , & anathemata Numinum enumerat Plinius , [5.] *quibus frequenter eorum templa veteres ornarunt . Pompeius Magnus Dactyliothecam , quae Mithridatis regis fuerat , inter dona in Capitolio dicavit.* [6.] *Caius Caesar*

(1.) *Iliad. lib.* ξ. *v.* 201. & 302.
(2.) *In Messenic. lib. IV.*
(3.) *Iliad. lib. XVIII. in princ.*
(4.) *In Idillo xxxii.*
(5.) *Hist. Nat. lib. IX. c.* 35. *Videndus quoque Thomasinus de Donariis cap. IV. pag.* 39.
(6.) *Idem Plinius lib. xxxvii. c.* 1.

ſar Dictator, hoc exemplo, ſex Dactyliothecas in AEde Veneris Genitricis conſecravit. (1.)

Sed ne ſilentio praeteream, quae in hac Gemma obſervanda ſunt, Thyatira, (una ex ſeptem Eccleſiis Aſiae, ad quam iuſſus eſt ſcribere Evangeliſta Iohannes) Urbs fuit Lydiae, alluente Lyco flumine, celeberrima, (2.) *ac clariſſima;* λαμπροτάτη πόλις, *appellatur in vetuſto marmore Thyatirae exſtante, quod deſcripſit, & edidit Sponius.* (3.) *Concordia iuncta fuit cum Smyrnaeorum Urbe.* (4.) *In Thyatirenorum Agone celeberrima Certamina celebrata fuiſſe conſtat, Sacra, Olympia, Pythia, Auguſtea Optima, ex pluribus Graecis numis; in quorum etiam antica ſaepe viſuntur ſuper menſam, certaminum praemia, urnae, e quibus palmae erumpunt. Inter plura numiſmata, quae id teſtantur, haec memoratu digna ſunt. In antica numiſmatis maximi moduli Elagabali Imperatoris, quod explicavit Vir Cl. Philippus Senator Bonarrotius* (5.) *legitur:* ЄΠΙ CTPA KA CTPATONЄIKIANOY ΠΥΘΙΑ ΘΥΑΤЄΙΡΗΝΩΝ. *i.* ſub Praetore Caio (6.) Stratoniciano Pythia Thyatirenorum. *In numo Severi Alexandri apud V. Cl. Vaillantium* (7.) *legitur:* ЄΠ CTP........ ΑΡΤΕΜΑΓωΡΟΥ ΘΥΑΤЄΙΡΗΝΩΝ ΙЄΡЄΙΑ ΑΓΩΝ ΟΛΥΜ. *i.* ſub Praetore............... Artemagora Thyatirenorum Sacra Certamina Olympia; & *Valeriani Senioris numiſma* (8.) *hanc inſcriptionem praefert:* ЄΠ. CTP. OKT. APTЄΜΙΔωΡΟΥ ΘΥΑΤЄΙΡЄΝωΝ ΑΥΓΟΥCΤЄΙΑ ΑΡΙCΤΑ ΟΛΥΜΠ. *ſcilicet:* Sub Praetore Octavio Artemidoro Thyatirenorum Auguſtea, Optima Olympia. *Smyrnaeorum Civitas, ut habet Graecum marmor Oxonienſe* (9.) *L. Septimium Aurelium Stephanum Thyatirenum, & Smyrnaeum Pancratiaſten honoravit.*

f Ago-

(1.) *Plin. ibidem.*
(2.) *Steph. de Urbib. Plin. lib. V. c. 30.*
(3.) *Tom. III. Itiner. Gallice ſcripto pag. 100. 111. & 112. in qua etiam* Agonothetae, *cuius nomen vetuſtate detritum, fit mentio.*
(4.) *Vide Cl. V. Iohannem Vaillantium in Grae. Imper. Numiſm. edit. Amſtel. an.* 1700.
(5.) *In Numiſm. max. mod. Tab. IX. 9. pag. 207.*
(6.) *Vaillantius quoque edidit, & pro* KA *ſcripſit* ΚΛ, *ideſt Claudio.*
(7.) *Pag.* 136.
(8.) *Apud eumdem Vaillantium pag.* 176.
(9.) *In Append. marmor. Oxon. pag. 296. n. 15. vide etiam pag. 277. n. 143.*

Agonotheta Ludorum Praeses, qui vel certamina constituebat, vel praemia victoribus dabat, sorte ducebatur e magistratuum numero, teste Vaillantio (1.) *purpurea veste insignis erat, sceptrum manu gerebat, corona etiam redimitus, ac peculiari sella donatus.*

Agonothetam variis ludis, quos Genii exercent, praesidem, ac praemia donantem repraesentat, ut arbitror, vetustum marmoris anaglyphum, quod edidit (2.) *Sponius in Miscellaneis.*

T A B U L A I I.

GEMMA I. *Ex Carneola ex Dactyliotheca Andreinia, cum Inscr.* PHILETIMS. *i.* PHILETIMVS; *leg.* PHILOTIMUS.

Philotimus, athletico certamine victor, honoris & gloriae praemia accepturus, nudo corpore (3.) adstat ante mensam, supra quam vas positum, e quo erumpit ramusculus, vel *nobilis palma*, quae victores, ut ait Horatius, (4.)

Terrarum dominos evehit ad Deos.

GEMMA II. *Ex Achate ex Dactyliotheca Marchionis Riccardii, praeclaro antiquo opere inscalpta, sed posteriori imperita manu Graeca epigraphe, ut in nonnullis aliis gemmis, quae nil concludit, corrupta.*

Duae Musae pereleganter caelatae sunt, quarum una praealtae quadratae columnae innixa, *columnam* non mento, ut ait Plautus, *sed capite suffulsit suo*; altera in conspectu eius stat lyram trichordem demissam dextra gerens, laeva aperta, atque extensa. Ante eas flexo genu, adorantium more, προσκυνούντων, dextra manu elata, atque aperta, quasi a Musis opem imploraturus, adstat vir capite velato, ac vittato.

Fortassis hic vir adorabundus ante Musas, Ophialten, vel Otum repraesentat, quos in Helicone primos omnium Sacra fecisse Musis, eis-

(1.) *In Graec. Impr. Nam. pag.* 309.
(2.) *Sponius in Miscell. Sect. VI. pag.* 228.
(3.) *Vide Bened. Averanium Dissert. VI. in Anthol. n.* 12. *& Diss. XV. in Thucid. num.* 10.
(4.) *Carm. lib. I. Ode I.*

eisque eum montem consecrasse narrat Pausanias. (1.) *Musa in quiete columellae innixa*, Μελέτην, *seu* Poeticam Meditationem *exprimit; quam Horatius* (2.) *Poemati praeviam esse debere docet.*

Verbaque praevisam rem non invita sequentur.

Nam Μελέτη τὸ πᾶν, Meditatio omnia facit, *ut unus ex septem Graeciae Sapientum dixit. Musam scopulo inhaerentem in marmoreo Medicei Musei Anaglypho, quod inferius damus pag.* 1. *Poeticam Meditationem fortassis referre me monuit Cl. V. Philip. Sen. Bonarotius. Ita quoque in elegantissima Tabula, quae Homeri Apotheosin, seu Consecrationem exhibet apud Cl. V. Cuperum,* (3.) *Meditationem Poeticam fortassis designat Musarum una, quae ante os antri, dextro cubito, saxo innititur, pallio suo tecta, & involuta. Coram stat alia Musa ad canendum cithara parata, quae Meditatio mente conceperit.*

GEMMA III. *Caput ignotum, calvum, protuberanti torva fronte*, Solonis *opus; Sardae insculptum; cum inscriptione* COΛωNOC, i. Solonis ἔργον opus; *ex laudato Cimeliarchio Marchionis Riccardii.*

Plures Gemmas Solonis nomine inscriptas edidit Cl. V. Stosckius in Opere ornatissimo de Antiquis Gemmis, scalptorum nominibus insignitis. (4.) *Ex Dactyliotheca Boncompagnia Lodovisia Romae Gemmam protulit,* (5.) *Maecenatis, ut ipse existimat, imaginem referentem, quae ad amussim huic nostrae respondet. Verum fortassis potius Domitianus, quam Maecenas in his expressus; quod, Svetonio teste,* (6.) *Domitianus calvaster admodum fuerit, & cusa numismata cum his vultus lineamentis probe conveniunt.* (7.)

GEMMA IV. *Ex Iaspide nigro, ex Dactyliotheca Marchionis Riccardii. Caput virile diadematum; quod omnigena eruditione ornatissimus Andreinius referre putat Rhoemetalcem Thracum Regem,*

f 2 qui

(1.) *In Boeot. l.* IX. *c.* 29. *pag.* 765.
(2.) *In Arte Poetica.*
(3.) *Pag.* 27.
(4.) *Tab. LXI. Tab. LXIII. Tab. LXIV.*
(5.) *Tab. LXII.*
(6.) *In Domit. c.* 12.
(7.) *Similem Gemmam edidit inter Imagines Virorum Illustrium Fulvius Ursinus n.* 135. *in qua ex inscript. Solonem legumlatorem expressum putavit.*

qui ab Antonii partibus ad Augustum descivit.[1.] *Vide infra marmoream Tabulam Musei Nobilium Gaddiorum, in qua legitur;*[2.] *Iulia Tyndaris C. Iulii Regis Rhoemetalcis Liberta Sepulcrum condidisse sibi, & suis &c. Ex qua Inscriptione Fabrettus*[3.] *id quod in historia latebat, deducit; Augustum Seniori scilicet Rhoemethalci Thracum Regi, amico, & socio Civitatem, & cum ea nomen praenomenque communicasse.*

Graecae literae ΑΜΦΟ, *praestantissimi Artificis, qui aureo Augusti aevo floruit nomen, ut coniicimus, indicant; ut in pluribus aliis Gemmis legitur, non integrum, sed dimidiatum; fortassis* ΑΜΦΟΤЄΡΟϹ, Amphoterus, *supple* ἐποίει faciebat.

GEMMA V. *Heliotropio insculpta, in medio Tabulae posita; ex Dactyliotheca Andreinia.*

Exprimit haec Gemma rarissima, & eximii operis, nullis licet caelata literis, clare atque aperte Romanorum Heroum fortissimum M. Sergium Silum, qui egregia bellicae laudis monumenta reliquit, quae a Plinio,[4.] *& Solino*[5.] *referuntur; quorum verba hic subiicere supervacuum non erit. Ita de eo Plinius:* M. Sergio, ut quidem arbitror, nemo quemquam hominum iure praetulerit; licet pronepos Catilina gratiam nomini deroget. Secundo stipendio dexteram manum perdidit: stipendiis duobus ter, & vicies vulneratus est; ob id neutra manu, neutro pede satis utilis; uno tantum servo,[6.] plurimis postea stipendiis debilis miles. Bis ab Hannibale captus (neque enim cum quolibet hoste res fuit) bis vinculorum eius profugus: viginti mensibus nullo non die in catenis, aut compedibus non custoditus: sinistra manu sola quater pugnavit, duobus equis, insidente eo, suffossis. Dexteram sibi ferream fecit, eaque religata proeliatus, Cremonam obsidione exemit, Placentiam tutatus est, duodena castra hostium in Gallia cepit; quae omnia ex oratione eius apparent,

(1.) *Plutarchus In Apophth. & in Vita Romuli.*
(2.) *Pag.* 211. *n.* 52.
(3.) *Inscr. Antiq. Cap. VI. pag.* 439. 440.
(4.) *Hist. Nat. lib. VII. c.* 28.
(5.) *Cap. IV.*
(6.) Servo, *forte* servato.

rent, habita, cum in Praetura Sacris arceretur a Collegio, ut debilis. Quos hic coronarum acervos constructurus hoste mutato? etenim plurimum refert in quae cuiusque virtus tempora inciderit. Quas Trebia, Ticinusve, aut Thrasimenus civicas dedere? quae Cannis corona merita? unde fugisse virtutis summum opus fuit. Ceteri profecto victores hostium fuere, Sergius vicit etiam Fortunam. *Solini verba sunt ex eadem Sergii oratione descripta. Cap.* IV. Post hunc, *inquit*, M. Sergius duobus stipendiis, primo adverso corpore ter, & vicies vulneratus; Secundo stipendio in proelio dextram perdidit; qua de caussa ferream sibi manum fecit; & quum neutra paene idonea ad proeliandam valeret, una die quater pugnavit, & vicit sinistra, duobus equis, eo insidente, confossis. Ab Hannibale bis captus, refugit; quum viginti mensibus, quibus captivitatis sortem perferebat, nullo momento, sine compedibus fuerit, & catenis. Omnibus asperrimis proeliis, quae tempestate illa Romani experti sunt, insignitus donis militaribus, a Thrasimeno, Trebia, Ticinoque coronas civicas retulit. Cannensi quoque proelio, de quo refugisse eximium opus virtutis fuit, solus accepit coronam. Beatus profecto tot suffragiis gloriarum, ni heres in posteritatis eius successione Catilina, tantas adoreas odio damnati nominis obumbrasset.

Iure igitur in hac singulari Gemma Victoria M. Sergio Silo, & quidem super eius dextrum brachium palmam offert, ut eo quoque perdito, victorem fuisse ostendat; qui gaudet militaribus donis exornatus hasta pura, & clypeo. (1.)

T A B U L A III.

GEMMA. I. *Chalcedonio insculpta ex Dactyliotheca Magni Ducis Etruriae. Epigraphe Latina* MICHAEL; *hoc est:* Quis sicut Deus?

Mer-

(1.) *Vide Reinesium Cl. VI. n. CVI. Gruterum LXI. 4. CCCL. 1. &c. & Fulvium Ursinum in Familia Sergia; qui M. Sergii Sili argenteum denarium profert.*

L

Mercurius supra saxorum struem sedens, cum caduceo, & Astronomico suo signo caduceum referente, & duabus notis. Adstat gallus, vigilantiae symbolum.

Antiqua haec Gemma inscripta fuit a Basilidianis Haereticis, vel Priscillianistis, qui impuris Deorum simulacris, Iovis, Dianae, Mercurii, Serapidis, Sanctorum Angelorum nomina adscripsere; ut videre est apud Cl. V. Chifletium Tab. XXI. qui inter Abraxaas Gemmas hanc quoque protulit. [1] *Quum in hac Gemma Mercurius, non* ὄρθος, recto statu, *ut frequenter in Nummis, Gemmis, & antiquis signis, repraesentetur; sed* καθήμενος, sedens *super congestos lapides, puto Mercurium Vialem, sive viarum Praesidem referre; qualem descripsit Pausanias* [2] *ex aere, sedentem apud Corinthios in via, qua Lechaeum recta iter est; assistente ariete, quod unus prae ceteris Mercurius greges tueri, & augere crederetur. In viis Mercurium lucrorum negotiorumque potentem Deum collocabant veteres;* [3] *ut itu, ac reditu prospero in negotiis potirentur; qui etiam, quum per viam irent, lapides in acervum mittere solebant,* [4] *& coronas addere; quod his versibus testatus est Tibullus.* [5]

Nam veneror, seu stipes habet desertus in agris,
Seu vetus in trivio florea serta lapis.

Herculem quoque, Mercurii comitem [6] *viarum ducem, ac praesidem memorant vetera monumenta.* [7] *Exstat Florentiae in Museo Nobilium Gaddiorum marmoreum Signum Herculis sedentis super lapidum cumulum, qui sinistra manu pomum, dextera vero clavam tenet.*

GEMMA II. *Sardonyche insculpta. Ex Dactyliotheca Medicea.* Graeca epigraphe: ΑΡΗΟΣ ΝΙΚΗΘΕΝΤΟΣ; hoc est: *Marte devicto.*

Venus galeata super arma sedens, dextra hastam puram

ram

(1.) *Vide quae inferius notavimus pag. 456. n. 1.*
(2.) *In Corinthiac. Lib. II. c. 3.*
(3.) *Phornutus de nat. Deor. c. 16.*
(4.) *Proverb. c. 26. v. 8.*
(5.) *Lib. I. Eleg. 1. v. 17.*
(6.) *Vide Fabrettum de Col. Traian. 174. 175.*
(7.) *Vide Leonidae Epigramma in Anthologia l. I.*

ram tenens, laeva lusitantem Cupidinem, cum ramo palmae a tergo, in signum victoriae. Cupido gestu brachii elati, & capitis in humeros recidentis, admirationem indicat, & terrorem; quemadmodum apud Homerum Astyanax puer Hectorem patrem conspiciens galeatum; cuius galea καθύπερθεν ἔνευεν *superne nutabat*. Lucretius ad Venerem: (1.)

Nam tu sola potes tranquilla pace iuvare
Mortaleis, quoniam belli fera munera Mavors
Armipotens regit, in gremium qui saepe tuum se
Reiicit, aeterno devictus vulnere Amoris.

Aliger Amor inermis est; quasi Venus sibi Martis victoriam tribui velit.

GEMMA III. *Ex Cimeliarchio Mediceo, Sardae inscalpta, cum epigraphe* ἀδηλω, *ex Basilidianorum figmentis*. Feminae, fortassis Nymphae, caput cincinnatum, calamistratumque; foliacea ornatum corona, pomis referta, e qua defluit vitta. Ante frontem conspicua visitur gemma, aliaque supra caput.

Feminae gemmis ornabant non solum manus, pedes, collum, verum etiam caput, ut ait Propertius. (2.)

Sive vagi crines puris in frontibus errent,
Indica quos medio vertice gemma tenet.

GEMMA IV. *Ex Cimeliotheca Medicea, Sardae incisa. Cum Abraxea epigraphe, Latinis literis concepta.*

Medusae caput, anguibus crinitum, & alatum; favorabile Veterum amuletum; ad securitatem, ut existimabant, in rebus praestandam, atque ad abigenda pericula; ut narrat Lucianus in Dialogo, qui inscribitur Φιλόπατρις. *Nonnulli Perseum in Gemmis huic similibus repraesentatum putant.* (3.)

GEM-

(1.) *Lib. I. v. 32.*
(2.) *Lib. II. Eleg. 16. n. 9.*
(3.) *Vide Equ. Maffeium Gem. Ant. Par. II. Tab. 69. & Philippum Stoschium Tab. LXV. pag. 88.*

GEMMA V. *In medio Tabulae; ex Sarda Regii Musei Medicei. Singulares tres literae* M T C, *Domini praenomen, nomen, & cognomen, ut puto, indicant, nobis ignotum, qui scalptam hanc Gemmam in annulo gerebat.*

Visitur Faunus, seu Pastor, capite pellibus circumtecto, quibus uti solebant ad arcendam vel frigoris, vel aestus iniuriam (1.) cum pastorali pedo in humeris, caprum ad Bacchi aram sacrificandum vi trahens; quemadmodum in Bacchi pompa descripsit Plutarchus. (2.) *In sacris Liberalibus Bacchi caper ad aram caedebatur, quod eius Dei vites arroderet; quare Ovidius in Fastis.* (3.)

Rode, Caper, vitem, tamen hinc, quum stabis ad aram,
In tua, quod fundi cornua possit, erit.

T A B U L A IV.

GEMMA I. *Ex Iaspide nigro Regiae Dactyliothecae Mediceae. Epigraphe*, F. TEMES. Λ, *recentem manum olet; caelatura est operis plane exquisiti, & antiqui.*

Scalptus in hac praeclara Gemma Hercules Μουσαγέτης, *Musarum Dux.*

Herculem Musagetem praeferunt quoque numi Petroniae Gentis. (4.) *Citharam pulsat sedens, instrata rupe leoninae pellis exuviis. Vultum in coelum conversum, & elatum tenet; quasi coelestem orbium musicam aemulaturus, vel ex ea modos auditurus. Ita quoque oculis in coelum defixis sculptus Hercules a Scylace in eximia Gemma apud Stoskium Tab. LIX. & Achilles in duabus Gemmis Tab. XLVII. & XLVIII. quae sunt egregia Pamphili opera. Musica Heroes delectabantur, quam etiam senex Socrates didicit;* (5.) *quod ad animum componendum non inutilem esse arbitraretur. Quare etiam*

(1.) *Vide Coniecturas additas Dempsteriano Operi pag. 55.*

(2.) *Lib. de Cupiditate opum. Virgilius Georg. lib. II. v. 389. Vide Saubertum de Sacrificiis Veterum c. VI.*

(3.) *Lib. I.*

(4.) *Vide Fulvium Ursinum, & Patinum in Famil. Rom. in Gente Petronia. Vide etiam Thomasinum de Donariis Cap. XXI. qui ex vetustis monumentis, Musarum cum Hercule unionem ostendit.*

(5.) *Plato in Menexen. & Diogenes Laert. in Vita Socratis.*

am Minervam Musicam coluere Veteres, teste Plinio (1.) *Herculem stantem, scalptum vidi in Carneola apud Cl. V. Andreinium, veterum elegantiarum arbitrum, cuius caput quatuor ornant stellae; quae indicant Astronomiae quoque ac caelestis harmoniae, cum longe peritissimum fuisse.*

GEMMA II. *Ex Chalcedonio Cimelii Magni Ducis Etruriae; cum Graeca epigraphe:* ΑΛΚΙΒΙΑΔΗϹ ЄΡΑϹΜΙΟϹ: *idest* Alcibiades amabilis. *Alcibiades pulcherrimus, & forma princeps fuit, ut ait Plinius.* (2.) *Ita quoque Gratiae pulchritudinis, ac venustatis Deae,* ἐράσμιαι, amabiles *appellantur in Hymno, qui Orpheo tribuitur. Gemma est praeclaro antiquo opere faberrime caelata.*

Miles in saxo sedens, reiecta in humeros chlamyde, e qua flocculi pendent, capite radiata galea tecto, gladio accinctus, scutum duabus stellis insigne tenet.

Galea dentibus, seu cornibus ferarum munita est; qua tum Graeci, tum Etrusci milites uti consuevere. (3.) *Huic adsimilem galeam Ulyssi dedit Meriones, quam ita accurate descripsit Homerus Iliad. lib. X. v. 266.*

Μηριόνης δ' Ὀδυσῆϊ δίδου βιὸν ἠδὲ φαρέτρην,
Καὶ ξίφος, ἀμφὶ δέ οἱ κυνέην κεφαλῆφιν ἔθηκε,
Ῥινοῦ ποιητήν. πολέσιν δ' ἔντοσθεν ἱμᾶσιν
Ἐντέτατο στερεῶς. ἔκτοσθε δὲ λευκοὶ ὀδόντες
Ἀργιόδοντος ὑὸς, θαμέες δ' ἔχον ἔνθα καὶ ἔνθα,
Εὖ καὶ ἐπισταμένως, μέσσῃ δ' ἐνὶ πῖλος ἀρήρει.

Quae ita reddidi:

Meriones pharetram, arcum, ensem donavit Ulyssi,
Ex corio galeam, loris pendentibus intus,
Imposuit capiti; dentes extrinsecus apri
Illam cingebant albi, firmique, frequentes;
Pileus & galeam mediam circumdabat unus.

AEneum quoque seu Martis, seu Militis sigillum observavi in Regio Muse Mediceo, altitudine fere unciarum IX. cum galea cornibus,

(2.) *Lib. XXXIV. c. 8.*
(2.) *Lib. XXXVI. c. 5.*
(3.) *Vide Tab. LXXVII. in Tom. 1. Dempsteriani Operis; & additas Coniecturas, & Explicationes Cl. V. Senatoris Bonarrotii pag. 46.*

bus , sive ferinis dentibus radiata . (1.) *Pila visitur ad pedes ; quo ludi genere milites quoque se exercebant .*

GEMMA III. *Sardae incisa , ex Cimeliarchio Mediceo . Latina epigraphe* : LIB. ÆL. AUR. FOR , *forsitan ita interpretanda :* LIBIVS , *i.* Livius , AELIANVS. AVRELIANVS.FORTIS .

Insignis Athletae caput , leoninae pellis exuviis opertum .

Athletae , certaminum victores , leoninis pellibus , pateris , tripodibus , palmis , coronis , argenteis aureisque vasibus , aliisque praemiis , virtutis ergo , donabantur . Virgilius hanc gemmam ita illustrat : (2.)

Tum pater AEneas , vestra , inquit , munera vobis
Certa manent pueri , & palmam movet ordine nemo;
Me liceat casus miserari insontis amici .
Sic fatus tergum Getuli immane leonis
Dat Salio , villis onerosum atque unguibus aureis.

GEMMA IV. *Sardae caelata , ex Medicea Dactyliotheca . In Graeca epigraphe , hae tantum supersunt literae :* ΠΑ...... ΒΑ .... *reliquae vetustate detritae .*

Caput barbatum , galea , & scuto munitum ; exquisito artificio expressum .

An Pyrrhum , vel Pallantem Arcadiae Regem , de quo Virgilius , (3.) *vel alium Heroem referat , affirmare non ausim ; quum ex inscriptione labefactata non constet .*

GEMMA V. *Posita in medio Tabulae ; Amethysto inscalpta , ibidem , cum inscriptione ,* MEROE ,

Iunctae dexterae ; concordiae , amicitiae , fidei , constantiae , amoris , & hospitii symbolum .

Dextera fidei sacra habebatur , ut Livius (4.) *testatur ; & apud Taci-*

(1.) *Vide Eq. Maffeium Par. I. Tab. 96.*
(2.) *AEneid. Lib. V. v. 348.*
(3.) *AEneid. Lib. VIII.*
(4.) *Lib. I.*

Tacitum renovare dexteras, *legimus*. (1.) *Inter erotica*, *sive amatoria monumenta*, *ad fidem in amore servandam*, *libet hanc Gemmam recensere*. (2.) MEROE, *nomen fortassis amatae puellae*; *ab insula magna AEthiopiae*, *huius nominis*; *de qua Plinius*, (3.) & *Lucanus*. (4.)

T A B U L A V.

GEMMA I. *Ex Diaglypho*, *in Pasta*, *ut aiunt*, *antiqua*. *Graeca epigraphe*, ΓΕΙΓΜΟ...*idest*, ΠΕΙΓΜΟΝΟϹ ἔργον, Pigmonis opus.

Bacchans furens, ac saltans; caput iacit in humeros, nebride pendente e sinistro brachio, quo Bacchi cantharum ex ansa pendentem tenet; dextra thyrsum intorquet, proiecto ad pedes vinario vase, ut vino se ingurgitasse ostendat.

Eadem corporis, & capitis agitatione in vetustis Anaglyphis, & Gemmis Bacchae, seu Maenades conspiciuntur, (5.) quas ita describit Catullus. (6.)

Ubi capita Maenades vi iaciunt hederigerae.

Quum inscriptio huius Gemmae longe minutissimis literis caelata sit, *ansam dedit doctis viris*, *ut diversimode legerent*. *Leonardus Augustinius*, & *Eques Maffeius*, (7.) *Viri de Antiquitate optime meriti*, *referre putarunt*, ΠΕΜΑΛΛΙΟ, *vel* ΓΕΜΑΛΛΙΟ; & *legendum esse* ΜΙΜΑΛΛΙΟ; *Bacchantis nomen*. *Aliter postea visum Cl. V. Philippo Stoskio*, *qui Tab. XLIX. se legisse ait*, ΠΕΡΓΑΜΟΥ. *Verum quum non semel*, *multa diligentia*, *una cum doctis viris*, *observarim hanc Gemmam*, *has literas* ΠΕΙΓΜΟ ... *idest* ΠΕΙΓΜΟΝΟϹ *praeferre*, *compertum est*.

 GEM-

(1.) *Lib. II. Annal. Hom. Iliad. Lib. III. Vide Ben. Averanium Dissert. XXVI. in Thuc. n.* 3. 4. 5.
(2.) *Vide inferius pag.* 455. & 457. *n.* 3. & 9. *alias similes Gemmas*.
(3.) *Lib. I c.* 37.
(4.) *Lib. X. v.* 203.
(5.) *Vide Sponium in Miscell. sect. II. Artic. V. pag.* 29. *Vide Tabulam*, *quam inferius exhibemus n. XV.*
(6.) *Carm. LXII. v.* 23.
(7.) *Gemm. Ant. Par. I. n.* 135. *Tom. III. n.* 55.

GEMMA II. *Ex Achate Sardonyche Regii Cimelii Medicei.* *Graeca inscriptio*, BЄICITAΛOC, Besitalos; *Graeci Artificis fortasſis nomen denotat.*

Cupido alatus, duabus manibus, arundini, quam ostentat, innititur; ut omnia sibi cedere indicet, & potentia sua quocumque voluerit inclinare; Virgilius: (1.)

Omnia vincit Amor, & nos cedamus Amori.

GEMMA III. *Ex Carneola ibidem. Graeca epigraphe*: ΦΙΛ ΚΑΛΟΥ, *ideſt* ΦΙΛΟΚΑΛΟΥ; *ſcilicet*, Elegantis, *vel* Pulchritudinis amici. *Virgilius*: (2.)

Gratior & pulchro veniens in corpore virtus.

Caput iuvenile, laurea redimitum, cum chlamyde, quam fibula ſubnectit.

Imaginem Athletae Victoris in Pythiis Ludis, Apollini Sacris; praefert haec Gemma. Nam in his certaminibus praemia erant, teſte Pauſania, (3.) laureae coronae.

GEMMA IV. *Sardae inſcalpta, ibidem cum inſcriptione*, ΦΙΛΙΠ-ΠΟΥ. *i. Philippi.*

Herculis caput; oleaſtro redimitum (4.) torvo vultu; hiſpida barba, & mento rictu veluti prominente.

Exſtant in Medicea Gaza plures Numi, quos vidi, ex omni aere, cum Herculis capite, Philippi Macedonum Regis nomine inſcripti. Herculis ſimulacrum ex aere in templo Agrigentinorum deſcribit Cicero; (5.) cuius rictum, ac mentum paullo erat attritius, quod in precibus, & gratulationibus non ſolum id venerari, verum etiam oſculari ſolerent.

GEMMA V. *In medio. Ex Amethyſto Medicei Theſauri, Graecis literis inſignito*, ΦΥΛΑΞΑΙ; *ideſt*, Cave.

Figura ſenis barbati, & tunicati, fortaſſis alicuius Philoſophi,

(1.) *Elog. X. v. 69.*
(2.) *AEneid. Lib. V. v. 344.*
(3.) *In Phoenic. lib. X. cap. 7. pag. 815.*
(4.) *De Herculis oleaginea corona vide inferius pag. 185.*
(5.) *In C. Verrem l. IV. Orat. IX. n. 43. pag. 255. Ed. Amſtel. 1695.*

phi, vel Socratis, cuius imaginem, ut ad virtutem, & ſapientiae amorem excitarentur, in annulis expreſsam veteres geſtare ſolebant. (1.) Nodoſo baculo innititur dextera; ac laeva manu veluti ſilentium indicit.

Socratem Philoſophiae ſummum parentem in arundine aliquando equitantem Alcibiades irriſit. (2.)

T A B U L A VI.

GEMMA I. *Ex Sarda Gazae Mediceae.* AEſculapius imberbis, petaſatus, cum baculo, & ſerpente, qui baculo advolvitur, & Hygeian AEſculapii filiam, hoc eſt Salutem, ſeu Sanitatem notat. ÆSCV, i. AESCVLAPIVS, Ἀσκλήπιος.

Barbatum illum communiter efficiunt; unde tyrannicus Dionyſii Siciliae Regis iocus, barbam eius auream tondentis, & aſportantis; non debere patrem Apollinem imberbem eſſe; filium vero barbatum. (3.)

Iuxta AEſculapium eſt arbor arida, ſine foliis, quae indicat ipſum ab Iove fulmine tactum, ac poſtea immortalitate donatum, quum medendi artis peritia, nonnullis defunctis, ut ferunt, vitam reſtituiſſet. Pileum geſtat, non tam artis, & ſapientiae inſigne; verum etiam capitis tutamen, in variis itineribus ſuſceptis ob aegrotorum ſalutem. (4.) *Additum eſt ſuperne aſtrum;* (5.) *ut oſtendat Aſtronomiae quoque ſcientiam Medicis eſſe neceſſariam,* (6.) *vel Phoebi, hoc eſt Solis inventum eſſe Medicinam.*

GEMMA II. *Ex Achate vario, ibidem. Singularia* C. C. F *nomen Gemmae Domini indicant.* Aliger

(1.) *Vide Chifletium in Socraticis Gemmis, qui de hac re fuſius.*
(2.) *Valerius Max. lib. VIII. c. 8.*
(3.) *Vide Ciceronem III. de Natura Deor. c. 22.*
(4.) *V. Phil. Sen. Bonarrotium in Obſerv in Numos max. mod. pag. 124.*
(5.) *Aſtrum ante pectus AEſculapii viſitur etiam in Numis quibuſdam a Smyrnaeis in Medicorum honorem percuſſis; quos collegit, & illuſtravit Cl. V. Richardus Mead.*
(6.) *Aſtronomiae cum Medicina ſocietatem erudite oſtendit Antonius Mizaldus Mons-Lucianus Vide Plinium Lib. XXIX. cap. I.*

Aliger Amor Iovis arma confringens; ut vim, ac potestatem suam omnia formidare ostendat.

Mirifice hanc Gemmam illustrat Oppianus,[1] *qui Amorem, cui & ipsa Iovis fulmina cedere dicit, ita commendat:*

Ὀμβριμ᾽ Ἔρως πόσος ἐσσὶ, πόση σέθεν ἄπλετος ἀλκή.
Πόσσα νοεῖς, πόσα κοιρανέεις, πόσα δᾶμον ἀθύρεις. &c.
Σῷ δὲ μένει καὶ τῆλε πέρας, ὅσον οὔποτε λεύσσει
Ἠέλιος φαέθων. σῷ δ᾽ αὖ πυρὶ καὶ φάος εἴκει
Δειμαῖον, καὶ ὅμως εἴκουσι κεραυνοί. &c.

Valide Amor, quantus es! quanta *est* tua infinita potestas!
Quanta cogitas, quantum imperitas, quanta dive, ludis! &c.
Tua autem potentia etiam procul penetras, quantum umquam aspicit
Sol lucidus. Tuo denique igni etiam lumen *astrorum* concedit
Metuens, & Iovis una cedunt fulmina. &c.

GEMMA III. *Ex Sarda, ibidem. Inscriptio:* CAIVS. BIBIVS. FAVSTVS. Bibius, *idest*, Vibius, *ex Vibia Familia.*

Porca mammis parvulos sues lactans; boni ominis symbolum.[2]

Animalia vel in numis, vel in marmoribus expressa, quemadmodum Buteo, Aper, Taurus, Vitulus, non raro Familiarum cognominibus alludunt.[3]

GEMMA IV. *Ex Achate vario, ibidem. Inscriptio:* Q. NA. FIR. *forte*. Quinctus Nasonius Firmus. *Praenomen* Quincti *occurrit in Nasonia Familia; ut liquet ex inscriptione Sepulcri Nasoniae Gentis, in Via Flaminia.*[4]

Taurus

(1.) *Lib. II. Cyneg. v. 411. Oppianus quamprimum e Florentinis Typis in lucem prodibit, Etrusco Carmine elegantissime redditus, & doctissimis Adnotationibus illustratus ab Clarissimo omni aevo Antonio Maria Salvinio.*

(2.) *Virgil. AEneid. Lib.*

(3.) *Vide Fabrettum Inscr. Antiquar. Cap. III. pag.* 186. & 187.

(4.) *Fabrettus Inscr. Ant. Cap. III. pag.* 209. *n.* 522.

Taurus furens, pede incurvo, minaci ad feriendum capite. Virg. III. Georg. *& sparsa ad pugnam proludit arena.*

Taurus, Manilio auctore, Signum coeleste indicat. Coelestia Signa in annulis scalpta gestabant veteres, vel ad Horoscopum suum indicandum, vel boni ominis gratia. (1.)

GEMMA V. *In medio eiusdem Tabulae. Ex Sarda Cimeliothecae Mediceae. Inscriptio :* L XI C P F. *idest :* Legio Undecima, Claudia, Pia, Fidelis.

Literae inferius scalptae, Q. E T T Q. *quomodo interpretandae sint, plane mihi latet : fortassis nomen indicant Praetoris, vel Legati Hispaniae, & Africae, & eiusdem Legionis, ad quem, ut arbitror, haec Gemma pertinebat.*

Visitur in medio Lupa sub ruminali ficu, gemellos parvulos Romulum, & Remum lupinis uberibus inhiantes, lactans ; (2.) *deductae Coloniae frequens symbolum.* (3.) *Iuxta sunt eiusdem Legionis insignia, & in medio Aquiliferi vexillum. Dextra parte caput muliebre turritum, supra quod scalptum trisulcum fulmen, Genium Hispaniae denotat ; infra statutum tropaeum, cuniculo circumstante ; a Catullo* (4.) cuniculosa Celtiberia *dicitur.*

Ex alia parte muliebre caput tectum elephanti promuscide, quae e capite eminet, Africam dubio procul significat, (5.) *sub quo additus Scorpio, maximi aestus eiusdem regionis signum.* (6.) *Inde caput virile, barbatum, elatis superne, cancri branchiis, Nilum repraesentans.* (7.)

Huius Legionis XI. Claudiae, Piae, Fidelis, fit mentio in duobus vetustis lapidibus Gruteriani Thesauri (8.) *Ex Moesia, auctore Panvinio,* (9.) *in Dalmatiam sub Claudio, & ex Dalmatia,*

bello

(1.) *Vide Paulum Alex. Equitem Maffeium in Gemm. Ant. P. IV. Tab. LX.*
(2.) *Vide Panvinium in Descriptione Urbis Rom.*
(3.) *V. Maffeium Gemm. Ant. P. IV. Tab. 6.*
(4.) *Carm. XXXVII. v. 18.*
(5.) *Vide Causeum, in Museo Rom. Sect. I. Tab. 14. pag. 9. 10.*
(6.) *Plinius Lib. VIII. c. 11. Lib. XI. c. 25. Lib. XXVIII. c. 2.*
(7.) *Vide Fabrettum de Col. Traiani Cap. IX. pag. 304. 305.*
(8.) *Pag. CIX. 1. & CCCCXLVI. 4.*
(9.) *De Rom. Imperio pag. mihi 829.*

bello civili Vitelliano pro Othone, in Italiam contra Vitellium transducta fuit. Othone victo suis castris reddita, occiso Vitellio iterum in Italiam venit, & paullo post ad sua hyberna remissa. Haec, auctore Dione, una cum VII Legione, Claudia ideo appellata est, quod Camillum Scribonianum, qui bellum civile Claudio Imperatori intulerat, primae deservierint. Ex hac praeclara Gemma videtur etiam in Hispaniam & Africam Legio XI. Claudia Pia Fidelis, transducta, ibique stativa habuisse: Lucem affert Tacitus: (1.) Primus, *inquit*, Othoni fiduciam addidit ex Illyrco nuncius, iurasse in eum Dalmatiae, ac Pannoniae, & Moesiae Legiones. Idem ex Hispania allatum, laudatusque per edictum Cluvius Rufus, & statim cognitum est, conversam ad Vitellium Hispaniam. *De Africa nil habeo in promtu. Docti Viri accuratius hanc nobilissimam Gemmam expendent, & illustrabunt.*

Eamdem imaginem Africae impressam observavi in interiori orbe veteris Sigilli, ex Officina figlina, quod exstat in Museo Andreinio, in quo hoc Consulum par adnotandum est:

IVVENTIO II ET MARCELLO II COS EX PR
Q SER PVD CVR HEDYN

Idest: Iuventio II, & Marcello II Consulibus ex Praediis &c.

Vide Fabrettum, qui edidit ex Museo Ciampinio, Inscr. Antiquarum Cap. VII. pag. 506. n. 127.

T A B U L A VII.

GEMMA I. *Sardonyche insculpta, ex Regio Thesauro Magni Ducis Etruriae, cum Abraxea inscriptione.*

Miles reiecta in humeros veste, galeatus, & accinctus gladio, post quadratam columnam, supra quam posita galea, bellicae virtutis praemium, in genua proiectus, pedibus caligatis; scuto se protegit, velut in insidiis lateat.

Observandum duplex scuti lorum, annuli forma, quod insertorium

(1.) *Annal. lib. XVII. pag. 290. edit. Frobenianae.*

rium dicebatur ; eo quod per ipsum , in scutum milites brachium insertarent ; quod Virgilii locus illustrat : (1.)

Hic ferro accingor rursus , clypeoque sinistram
Insertabam aptans .

GEMMA II. *Ex Carneola , ibidem . Inscriptio* DIV. IVL. *idest :* Divos Iulius , *imperitam sequiorem manum redolet ; quamvis caelatura antiqua sit .*

Imperator , seu Rex paludatus , in suggestu in sella sedens , cum sceptro in sinistra , & dextro brachio extenso , quod senex apprehendit ; ad laevam femina brachii gestu minaci ; ostentante puero , seu servulo , flexis genibus , barbatum virile caput recisum .

Recisum caput , quum sit barbatum , Pompeium referre non potest ; a cuius etiam aspectu abhorruit C. Iulius Caesar ; ut narrat Plutarchus in Pompeii Vita , & consentit Appianus . (2.)

GEMMA III. *Ex Sarda , ibidem .* Caput virile , *cum epigraphe* P. POMPONI. ARPOCRES. *idest .* Publii Pomponii Arpocres ......

GEMMA IV. *Ex Iaspide viridi , ibidem , cum Graeca epigraphe ,* ΠΤΩΟΣ , *subsequente Signi coelestis nota* ♉ , *in quo Sol est mense Aprili , Veneri dicato .* (3.)

Feminae caput , capillis retro taeniola circumligatis , fibula vestem in humero subnectente .

Ex annulo prisci omen aliquod captare solebant , & scalptis signis malum omen , & malum Genium depellere . (4.) *Saepissime in annulis expressa sunt Signa coelestia , & Planetae , quos sibi beneficos esse cupiebant .*

h

(1.) *AEneid. Lib. II. v. 671. V. Coelium Rhodiginum Lib. X. c. 4. item Explicationes , & Coniecturas ad Monumenta Etrusca Operi Dempsteriano addita pag. 47.*

(2.) *Lib. II. de Bello Civ. Rom. Similem Gemmam produxit Petrus Stephanonius , & illustravit Licetus de Gemmis Annul.*

(3.) *Macrobius Saturnal. Lib. I. c. 21. Vide Saubertum de Sacrificiis Vet. Cap. XXII.*

(4.) *Vide Ioh. Kirchmannum de Annulis Vet. Cap. XXI. & XXIII.*

piebant . In Veronensi vetusto lapide in memoriam Glauconis Mutinensis Athletae , Pugnarum septem , legitur : [1] PLANETAM SVVM PROCVRARE VOS MONEO . IN NEMESE NE FIDEM HABEATIS SIC SVM DECEPTVS . *Deam Nemesim , vel Adrasteam putabant nimiae hominum felicitati esse infensam .* [2]

GEMMA V. *In medio Tabulae . Ex Sarda , ibidem ; cum Latinis singularibus literis* , L . R . A . *quae , ut diximus , viri nomen , qui annulum gestabat indicant , nobis ignotum .*

Iuvenis δισκόβολος, *disci iaculator*, certaminis victor , gradiens cum oleae ramo in laevo humero ; dextra ferens missilem discum , qui lapideus , ferreus , vel plumbeus esse solebat . [3] Ad pedes merita virtutis praemia ; laeva , vas ansatum , pluribus discis superpositum ; dextra , arula vittata , imposita corona amentata , cum ramusculo palmae.

Notandus discus non planae formae , sed corpulentae , & in medio prominentis ; quem Homerus [4] δίσκον Μείζονα, καὶ πάχετον, στιβαρώτερον discum maiorem, crassiorem, & graviorem *appellat ; quem forti manu ait Ulyssem iaculasse , & omnes superasse . Notandum quoque dextrum brachium armilla exornatum , praeter cetera virtutis praemia ; quare liquet certaminum Victores armillis insuper donatos.*

T A B U L A VIII.

GEMMA I. [5] *Sardae insculpta , ex Regio Museo Mediceo ; cum inscriptione* MAR. HERE . *i.* Mars Here.

Gladiator barbatus , galeatus , cum scuto in sinistra , gladio nudato in dextera ; & Sagittarius athleta ad pedes arcum intentans .

In

(1.) *Apud Fabrettum Inscr. Ant. Cap. X. pag. 709. n. 307.*
(2.) *V. Bened. Averanium Diss. XVIII. in Euripidem n. 3. 7.*
(3.) *Vide Hieronym. Mercurialem de Arte Gymn. Lib. II. c. 12.*
(4.) *Odyss. Lib. VIII. v. 186.*
(5.) *Corrigendi sunt numeri Gemmarum in hac Tabula, oscitanter scalpti.*

In votivo lapide Gruteriani Thesauri Mars Dominus *nuncupatur*. (1.)

GEMMA II. *Ex Onyche*, *ibidem*, *inscriptis singularibus literis*, P. AP.

Rudiarius, rudem ostentans, e qua pendent lora.

Gladiatores, *impetrata missione artis suae*, *rude donabantur*. *Horatius ad Maecenatem*:

Spectatum satis, & donatum iam rude quaeris,
Maecenas, iterum antiquo me includere ludo.

GEMMA III. *Ex Achate Sardonyche*, *ibidem*; *cum epigraphe* HERCV. *idest*, HERCVLES, *vel*, HERCVLEVS, HERCVLANVS.

Athletae caput exornatum leoninae pellis exuviis.

Athletae, *Herculani*, *&* *Herculei vocitantur in Athleticis Inscriptionibus*, *quas erudite illustravit Cl. V. Octavius Falconerius Patricius Florentinus*. *Item qui robore corporis*, *aut animi fortitudine praestabat*, *Milonis Crotoniensis voce*, ἄλλος οὗτος Ἡρακλῆς, (2.) hic est Hercules alter *celebrabatur*. *Quemadmodum apud Homerum aliquis Heros bellicae virtutis laude insignis* βροτολοιγῷ ἶσος Ἄρηϊ, homicidae Marti similis *dicitur*.

GEMMA IV. *Ex Sarda*, *ibidem*, *cum Abraxea nobis incognita inscriptione*. *Cl. V. Montfauconius legit*, ΔΑΜΟΝΟϹ. (3.)

Serapidis caput, cum Sole, & Luna, & modio, sive calatho in capite, qui fecunditatem, & abundantiam denotat.

Serapis in vetustis lapidibus Sanctus, *Invictus Augustus*, *Deus magnus*, *&* *Servator appellatur* (4.) *Cum Diis salutaribus AEsculapio praesertim*, *&* *Iside saepissime iungitur*, *a quo etiam per somnium moni-*

(1.) *Pag. LVII. v.* 14.
(2.) *Vide Suidam in hac voce*.
(3.) *Diar. Ital. Cap. XXIV. pag.* 356.
(4.) *Apud Gruterum* LXXXV. 3. 4. 7. 8. *Fabrettum Inscr. Antiq. Cap. VI. pag.* 469. *n.* 106.

moniti curationem valetudinis accipiebant. (1.) *Vetus inscriptio votiva hanc Gemmam illustrat, quae haec habet;* IOVI SOLI SERAPI ΔΙΙ ΗΛΙΩΙ CΕΡΑΠΙΔΙ C. OPPIVS IRENION V. S. L. M. *i.* votum solvit libens merito. *In alia Serapis ceteris Deis* συνναόις, *vel* συνβώμοις *iungitur, Isidi, Anubidi, Harpocrati, Dioscuris, qui cum eo commune templum vel aram habebant.*

Serapidis imaginem, veluti efficax amuletum averruncandis malis, gestabant veteres in annulis; quod alia declarat Gemma antiqua Onyche inscalpta, olim Florentiae apud Celandrios aurifices, quae in antica Serapidem, in postica hanc Inscriptionem habebat: ΝΙΚΑ Ο ΣΑΡΑΠΙΣ ΤΟΝ ΦΘΟΝΟΝ. *i.* Vincit Serapis invidiam.

GEMMA V. *In medio. Ex Sarda, ibidem; cum inscriptione* VICTO THES MINOT. *idest;* Victoria Thesei Minotauri.

Victoria seminuda, gladium intentans iugulo Tauri, cui inequitat.

Victoria tenet tauri caput superne elatum, ut coelum intueatur: nam in sacrificiis maiorum hostiarum in honorem Deorum superum, & immortalium, caput hostiae a popis extollebatur; in sacris vero Deorum inferorum supprimebatur. (2.)

Victimas, putat Servius dictas a Victoria; Hostias vero, quod devictis hostibus, victores immolarent. Consentit Ovidius Fastorum Libro I.

Victima, quae dextra cecidit victrice, vocatur;
Hostibus a domitis hostia nomen habet.

T A B U L A IX.

GEMMA I. *Ex Iaspide Viridi Regii Cimeliarchii Medicei.*

Vir sedens, seminudus, cogitabundus, manu elata oratorium in morem; cum duabus literis A B.

Haec Gemma alicuius insignis Philosophi, seu Oratoris imaginem

(1.) *Cicero Lib. II. de Divinatione. Vide Iacobum Phil. Thomasinum de Donariis Cap. XXXIII. Fabrettum Inscr. Ant. Cap. VI. pag. 467. & 469. n. 107.*

(2.) *Vide Saubertum de Sacrificiis veterum Cap. XIX.*

nem praefert; qui saepe inter loquendum, agente id orationis vehementia, iactare digitos solebant; ut de Socrate scribit Diogenes Laertius in eius vita. De Oratorum gestu diserte Quintilianus Institutionum Oratoriarum Lib. XI. cap. 3. (1.)

GEMMA II. *Ex Sarda, ibidem, cum hac inscriptione:* SOLI INVICT FLAV TITIA. *idest.* Soli Invicto Flavius Titianus (2.).

Phoebus, sive Apollo, qui idem est ac Sol, sedens in rupe, cum pileolo Phrygio, seu mitra infulis ornata, citharam pulsans.

In vetustis inscriptis Tabulis Sol ἀνίκητος invictus, sanctissimus, Deus omnipotens, & Mithras *dicitur, quae vox* Dominum *significat.* (3.) *Hanc Gemmam Soli invicto Mithrae [ita enim hunc Deum tiara, seu Phrygio pileo ornatum exhibent vetera monumenta] a Flavio Titiano dicatam existimo,* (4.) *vel gestatam in annulo, postquam sacris Mithrae initiatus fuisset, vel Taurobolium, & Criobolium fecisset.* (5.)

GEMMA III. *Ex Sarda, ibidem; cum Graeca inscriptione,* MNHCΘH ΟΛΥΜΠΙΑC.

Caput laureatum Ολυμπιονίκȣ, seu Olympicorum Ludorum Victoris; praemium laurus erat, cuius folia non sursum, sed deorsum versa sunt.

Lego MNHCΘHTI ΟΛΥΜΠΙΑC *Memento Olympiae*, in qua Urbe Olympiorum Ludorum victoriam reportasti, quae Romanorum triumphis aequalis apud Graecos censebatur, ut Cicero habet in Oratione pro L. Flacco. Horatius (6.)

Sunt

(1.) *Vide Leonardum Augustinium Gemm. Ant. Tab.* 166. *& Eq. Maffeium qui hanc Gemmam ediderunt.*

(2.) *Aliter legit, & explicavit hanc Gemmam Cl. V. Montfauconius Diar. Ital. Cap. XXXV. pag.* 356. *quem vide.*

(3.) *Iosephus Scaliger de em. temp. lib. VI. Brissonius de R. P. lib. I. & II. Vide inferius pag.* 112. *&* 283.

(4.) *T. Flavii Titiani meminit vetusta Inscriptio apud Gruterum* CCCXIII. I.

(5.) *Vide Saubertum de Sacrificiis Vet. Cap.* XXII.

(6.) *Lib. I. Carm. Ode* 1.

Sunt quos curriculo pulverem Olympicum
Collegisse iuvat, metaque fervidis
Evitata rotis, palmaque nobilis
Terrarum dominos evehit ad Deos.

Ὀλυμπιονίκας ἰσοθέους ποιεῖ *Olympiae Victores aequales Diis facit.* Eos igitur, qui victores Olympiae praeconis voce citabantur, atque coronabantur, meminisse hic lapis hortatur dignitatis suae; ut illud verbum sapientis Regis auribus quotidie mane insusurratum: Μέμνησο τῆς βασιλείας, *Memento Regni:* officii sui illum admonens, ne temere quicquam aut indecenter ageret, & ut Regem se esse meminerit, & maiori probro obnoxium, quanto maior qui peccat habetur.

Sigma, & Theta literae heic sunt quadratae; Omicron quod sequitur, non est quadratum, rhombo simile, sed rotundum. Μνήσθη, pro Μνήσθητι mirum non est, quum in Pandectis Florentinis, passim syllabae eiusdem soni, earumdemque literarum minime repetantur.

Olympicorum Ludorum Victor donari etiam fortassis potuit hac Gemma ab Agonotheta Ludorum munerario, ac Praeside, cum sua imagine, & fausta acclamatione, in perennem spectatae virtutis memoriam.

GEMMA IV. *Ex Sarda, ibidem; cum Graeca inscriptione,* ΦΙΛΟΚΑΛΟΥ *idest*; Elegantis. *Similem supra dedimus.*

Caput iuvenile laureatum, cum chlamyde, (1.) ut ait Ovidius.

Rasilis huic summam mordebat fibula vestem. In Sarda Cimelii Andreinii, caelata iuvenis imago, cum inscriptione, CALLISTENES. *idest*: Pulchitudine potens. *In Museo DD. Comitum e Gherardesca Florentiae, scalptis Gemmis, Deorum signis, & optima Numismatum serie locupletissimo, aeneum obsignatorium sigillum observavi, longitudine fere unciarum septem, & duarum altitudine, ornatum Delphino, & hac Graeca Inscriptione, quam heic opportune nolui praetermittere.*

MAP-

(1.) *Ovidius Metam. lib. VIII. Tab. 4. v. 319.*

ΜΑΡΚΟΥ ΑΥΡΗΛΙΟΥ
ΦΙΛΟΜΗΛΟΥ *Delphinus*

Ideſt : Marci Aurelii Philomeli.

GEMMA V. *In medio. Ex Sarda; ibidem; cum Graeca Inſcriptione*. ΝΥΜΦΕΡΩϹ. Nympheros. (1.)

Miles, ſive Athleta cum oleae ramo in ſiniſtra, & galea ſcuto innixa in dextera.

ΝΥΜΦΕΡΩϹ, nomen compoſitum ex Nympha, & Cupidine. Sic Hermeros, Hermaphroditus, Hermeracla; Hermathena, ex Mercurio, & Amore; ex Mercurio, & Venere; ex Mercurio, & Hercule; ex Mercurio, & Minerva. (2.)

T A B U L A X.

GEMMA I. *Ex Iaſpide rubro Dactyliothecae Andreiniae*. Fortuna alata, galeata, ruſtice ſuccincta cum ſpica in ſiniſtra, cui navis gubernaculum iunctum, & copiae cornu in dextera. Literas hac illac ſparſas, ad hunc modum colligo; ΔΗ ideſt, ΔΗμητήρ ΕΥΕΛΠΙϹ, *Ceres Bonae Spei*. Tibullus. (3.)

Spes alit agricolas, Spes ſulcis credit aratis
Semina, quae magno fœnore reddat ager.

Fortunae dederunt, veteres gubernaculum, & alas ad eius inconſtantiam, & inſtabilitatem oſtendendam. (4.)

GEM-

(1.) *Leonardus Auguſtinius Tab.* 166. *Gemm. Ant.* ΝΑΜΦΕΡΟϹ *pro* ΝΥΜΦΕΡΟϹ *edidit. Vide etiam Equit. Maffeium. Gemm. Ant. Par. II. Tab....*

(2.) *Vide etiam Sponium in Miſcell. pag.* 14. & 15.

(3.) *Lib. II. Eleg. VII. v.* 3.

(4.) *De Diis alatis vide Cl. V. Giſbertum Cuperum in Apoth. Homeri pag.* 45. *Vide Ben. Averanium Diſſert. LXXXI. n.* 5. 6. *in Anthol.*

GEMMA II. *Ex Onyche, ibidem; cum Latina epigraphe*, BON EVEN. *idest* Bono Eventui. *Gr.* ΑΓΑΘΗ ΤΥΧΗ. *Bono Genio, Bonae Fortunae.*

Iuvenis ſeminudus, cum copiae cornu ſpicis referto in dextera, & patera in ſiniſtra, ut Cereris, & Bacchi munera hominibus neceſſaria deſignet. Duplex modius ſupra caput, quem etiam Fortunae dederunt, felicitatis ſymbolum eſt.

Laudat Plinius (1.) *Euphranoris praeſtantis artificis ſimulacrum Boni Eventus, dextera pateram, ſiniſtra ſpicam, & papaver tenens. Socculos praeterea habet haec imago Boni Eventus; fortaſſis ad bonum omen, vel felicitatem ſignificandam. Soccos, boni ominis gratia, Hymenaeo tribuit Catullus in Epithalamio* (2.)

Cinge tempora floribus
Suaveolentis amaraci;
Flammeum cape. Laetus huc
Huc veni, niveo gerens
Luteum pede ſoccum.

Et paullo inferius:

Transfer omine cum bono
Limen aureolos pedes,
Raſilemque ſubi forem.

M. Varro, de cultura agri ſcripturus, initio libri primi, duodecim Deos invocat, cum his etiam Bonum Eventum. Gruterus edidit duos votivos lapides Bono Eventui *dicatos*, (3.) *& in alio apud ipſum legitur*: GENIO LOCI FORTUNAE ET FATO BONO.

GEMMA III. *Ex Iaſpide viridi, ibidem. Literae* UT. Utere; FX, *prima, & ultima litera*, Felix *interpretantur.*

Sponſus, & ſponſa iunctis manibus in fidei coniugalis indicium.

Verba Utere felix, *fauſtae acclamationis bonique ominis gratia, dici ſolebant quum Sponſae Sponſis nuptui traderentur.* (4.) *Dici quo-*

(1.) *Lib.* XXXIV. *c.* 19. *Vide etiam lib.* XXXVI. *c.* 5.
(2.) *Carm. LX. v.* 6.
(3.) *Pag. CI.* 7. *&* 8. *& MXVII.* 7.
(4.) *Vide Obſervationes in Vaſa Vitr. Coemet. pag.* 208.

ci quoque solebant cum domesticae supellectilis custodia traderetur, quae in aeneis sigillis, quibus res domi obsignabantur, leguntur; (1.) *vel cum artifices opera sua dominis venderent.* (2.) *In elegantissima Gemma Regiae Dactyliothecae Mediceae ornata delphine, & papilione legitur:* ΕΥΤΥΧΕΙ; *idest*; Sis Felix.

GEMMA IV. *Ex Sarda; ibidem, cum Graeca Inscriptione*, ΚΑΛΛΙΜΟΡΦΟΣ. *idest*; Pulchra forma; *ut* Καλλιτέχνας *Anacreonti dicitur* Pictor, *idest* pulchro artificio donatus.

Femina amicta veste segmentata, solutis crinibus, capite ornato diademate, seu bicorni galericulo; dextra thyrsum, sinistra larvam, sive oscillum tenet, corona e myrto redimitum, defluentibus vittis; quae fortassis Melpomenen Tragoediae inventricem repraesentat, vel aliquem ex Dionysiacis Artificibus, vel thymelicis Histrionibus, qui in Bacchi tutela erant. Horatius:

Pastorem saltaret uti Cyclopa rogabat
Nil illi larva, aut tragicis opus esse cothurnis.

GEMMA V. *In medio Tabulae. Ex Sarda, ibidem, ornata his literis*: **C L CAES AVG.** *idest*: Caius & Lucius Caesares Augusti, *supplendum* Nepotes, *vel* Filii, *ex lege adoptionis.*

Caius, & Lucius iuvenes, togati, manus imponentes hastis, & scutis, sive ancilibus, διοπετέων e coelo delapsis. Supra lituus, & sympuvium, insignia Pontificalia, Imperatorum Romanorum propria, qui & Pontifices Maximi audiebant.

Similis huic Gemmae est postica numismatis, quod edidit, & illustravit Vir. Cl. Norisius in Cenotaphiis Pisanis, ad quem Lectorem libenter remittimus. (3.) *In hoc vero differt, quod Caius, & Lucius hastas puras argenteas tenent, quibus donati fuere, velatumque habent caput toga praetexta; quo habitu sacris operabantur,*

(1.) *Vide infra pag. 458. n. 18. Plinium lib. XXXIII. c. 1. & Pignorium de Servis*

(2.) *Vide Observat. Sen. Bonarrotii in Numism. max. mod. pag. XIX.*

(3.) *Differt. II. Cap. V. pag. 119.*

tur; nam Caius Pontifex fuit, Lucius Augur, utrisque etiam Sacerdotium concessum, & inter Augures, & in Collegium Pontificum adsciti.

T A B U L A XI.

GEMMA I. *Sardae inscalpta.* (1.) *Ex Dactyliotheca Andreinia, cum literis mihi ignotis.*

AEgyptiorum aliquod Numen repraesentat; cum variis Hieroglyphicis, Upupa, vel Accipitre super quadam nota, qui ad Solem refertur, teste Eusebio, (2.) quum ea avis lucis, & spiritus AEgyptiis symbolum sit, tum ob alarum pernicitatem, tum ob vim in altiora tendendi. Duae quoque virgae scalptae, quae sacrae erant, & regnum, & potestatem indicabant, cum oculo superne posito. Hieremias Cap. I. v. 11. *Virgam vigilantem ego video.* Homerus:

Οὐ χρὴ παννύχιον εὕδειν βυληφόρον ἄνδρα
Ωι λαοί τ' ἐπιτετράφαται. κὶ τόσσα μέμηλεν.
Non oportet per totam noctem dormire consiliarium virum,
Cui populi commissi fuere, & tot negotia curae sunt.

Scalpta est haec rarissima Gemma, quemadmodum vetusta AEgyptiorum monumenta, lineari caelatura omnium antiquissima. Scalpendi artem ab AEgyptiis Graeci didicerunt, (3.) *apud quos etiam viguit pictura linearis, quam, teste Plinio, a Philocle AEgyptio, vel a Cleanthe Corinthio aiunt inventam.* (4.) *Idem Plinius testatur, suo tempore Romanos ferre cepisse in digitis Harpocratem, statuasque AEgyptiorum Numinum.* (5.)

GEMMA II. *Ex Magnete, ibidem; cum Abraxeis notis, quibus Basilidiani haeretici arcana sua commenta exprimebant.*

Vir brevi pallio segmentato indutus. Fortassis aliquis Grae-

(1.) *Emendandum scalptoris erratum in hac AEnea Tabula.*
(2.) *De Praepar. Ev. c. 3. V. Pignorium in Isiacam mensam pag. mihi 62. & 72.*
(3.) *Plinius lib. XXXV. c. 3.*
(4.) *Ibidem & lib. XXXV. c. 7.*
(5.) *Lib. XXXIII. c. 3. & lib. XXX. c. 11.*

Graecus Histrio fabularum Palliatarum, vel Telesphorus, receptae valetudinis Deus, qui tamen in numis semper cucullatus inducitur.

GEMMA III. *Ex Sarda, ibidem, cum Inscriptione* STRA. *idest*, Syra.

Effigies Faustinae Augustae, uxoris Antonini Pii, Imperatoris Augusti, Annii Veri filiae, AElii Caesaris sororis.

Solebant Augustae, adulationis caussa, Dearum appellationibus nuncupari: Syria Dea vocatur Faustina, quae est Astarte Syriorum Dea; quam Cicero (1.) *vult fuisse Venerem quartam, quae Adonidi nupsit. Eadem inscriptio legitur in numismate, cuius postica pars lucernam exhibet; antica vero muliebre caput, crinibus vitta devinctis, quod explicat Fortunius Licetus.* (2.)

GEMMA IV. *Ex Sarda, ibidem cum his literis*, POBĀ; *idest*, POBLICOLA, Ποπλικόλας; *Populi cultor.*

Imago P. Valerii Poblicolae; qui cum L. Iunio Bruto Consulatum gessit anno Urb. cond. CCXLII. & ob leges populares promulgatas, cognomen Publicolae, sive potius, ut eo tempore scribebant, Poplicolae, a populo tulit. Defunctum integro anno matronae luxerunt.

P. Valerii Poblicolae imaginem hactenus incognitam, quam docti viri temporum iniuria ad nos non pervenisse aegre ferebant, Literario orbi proferimus ex celeberrimo Museo Andreinio. Quadratum Hermam capite mutilum, cum nomine P. Valesii Poplicolae, apud Fulvium Ursinum illustravit Iohannes Faber in Imaginibus Virorum Illustrium. (3.)

GEMMA V. *In medio Tabulae. Ex Iaspide rubro; cum rudi admodum caelatura, & Abraxeis occultis notis.*

Duo capita exhibet, unum virile, muliebre alterum, mutuo se respicientia; cum Victoria alata quae mulieri, quasi

 Viri

(1.) *III. de Natura Deorum.*

(2.) *Lib. VI. de reconditis Antiquorum Lucernis Cap. XXIII. pag. 734. Vide etiam Gruterum MXLIII. 11.*

(3.) *Tab. 147. Ed. ex Officina Plantiniana anno MDCVI.*

Viri victrici diadema aptat. Ex altera parte Fortuna navis clavum, & gubernacula gerens, cum modiolo in capite; cui animal, sive Chimera ad pedes adblanditur.

In femore Victoriae scalptae literae NI, *forte* NIKH Victoria. *Usus scribendi, vel inserendi literas quibusdam tesseris in vestibus, fuit antiquissimus, & valde a Graecis, & ab Etruscis usitatus.* (1.)

T A B U L A XII.

GEMMA I. *Ex Carneola Dactyliothecae Andreiniae; cum Inscriptione* STEPHANI.

Pegasus; ἀπὸ τῆς πηγῆς, *a fonte*, quem ab eius ungula manasse ferunt, unde Hippocrene, Persio dictus in Prologo *Fons Caballinus*; sed revera *fons maior*, ut ἱππομάραθρον, quod feniculum equestre dicunt, vere feniculum maius valet. Pegasus ob velocitatem alatus, *qui anteit cursibus auras*, equus est, cui Poetae insident, quorum sermo excelsus atque sublimis, a pedestri oratione seiunctus, equestris appellatur. Οἶνος τοι μέγας ἵππος ἀοιδῷ: *Vinum certe equus ingens poetae*; cuius est in sublime inscendere, & in oratione sublimi sedere: Virgilius Georg. lib. III. ultimo versu.

Et iam tempus equùm fumantia solvere colla;

Idest, carminibus finem imponere. Pegasus itaque, ut de Alpheo Hieronis equo cecinit Pindarus, κράτει προσέμιξε δεσπόταν *victoriae herum immiscuit*; &, ut alatus, sideribus Poetam inserit, & *sublimi ferire* facit sidera vertice.

STEPHANI *potest esse artificis nomen, supplendum opus; vel potius nomen agitatoris, vel domini equi cursoris, nomine Pegasi, per quem gloria palmae parta fuit. Vetus inscriptio apud Fabrettum Inscr. Antiq. Cap. IV. pag. 277. n. 169.* VICIT. SCORPVS. EQVIS. HIS. PEGAVS. ELATES. ANDRAGMO. COTYNVS.

GEM-

(1.) *Plin. Lib. XXXV. c. 9. Vide Expl. add. Dempst. Operi p. 92.*

GEMMA II. *Ex Sarda*, *ibidem*, *cum epigraphe*, CASTORI.

Equus infraenis, indomitus, *equi generosi pullus* in arvis; quae arva designantur virgulto prae pedibus posito. Crura agglomerat, & *persultat pabula laeta*, ut de teneris animantibus Lucretius. Verbum est vetus; ἵππον ἐς πεδίον: *Equum ad campum*, idest, invitas, provocas; quo maxime equi pullus delectatur, & gaudet. Titulus est CASTORI; quasi votum solutum Castori. Horatius Lib. I. Carminum, Ode tertia.

Dicam & Alcidem, pueroſque Ledae,
Hunc equis; illum superare pugnis
Nobilem —

Pollux pugilatu insignis, qui cum Amyco Bebricum Rege pugnavit; quam pugnam mirifice describit Theocritus in Dioscuris. Castori equestris ars tribuitur. In Hymnis qui Homero attribuuntur, Castor ἱππόδαμος vocitatur, *Castor equum domitor*; quamvis duos hosce pueros Iovis ex Leda Tyndari filia, in fine Hymni, equites simul faciat, quemadmodum & in numis, inscalptis gemmis, & vetustis anaglyphis passim repraesentantur.

Χαίρετε Τυνδαρίδαι ταχέων ἐπιβήτορες ἵππων.

Tyndaridae salvete [quod verbum solenne, & rituale omnium Hymnorum est] *velocium inscensores equorum*.

GEMMA III. *Ex Onyche*, *ibidem*. *Latina inscriptio*: P. CLOD POMP. *fortassis*; P. CLODIVS POMPONIANVS.

Caput Apollinis laureatum. In aversa parte lyra tribus chordis praedita; lyrae superposita duo symbola Astronomica Veneris, & Martis; speculum rotundum cum manubrio, & hasta tricuspis. Torvitatem Martis, & Veneris lenitatem in oculis Bathylli considerat Anacreon.

GEMMA IV. *Ex Carneola eiusdem Cimelii Andreinii*;

Cammarus piscis; cum literis. ЄΡΜΗϹ ΠΟΝΤΙΚΗ. *Mercurius*. *Pontica*; idest *Marina*: forte supplendum Καρὶς, Lat. *Squilla*, piscis cammaro similis.

GEM-

GEMMA V. *Ex Carneola eiusdem Dactyliothecae Andreiniae.*

Serpens cristatus, vel potius cornutus κεραςής, qui caudam suam ore prehendens, nota est apud AEgyptios in se recurrentis anni. Literae interius, & exterius Graecae, sed incognitae; Basilidianis similes, quibus barbara nomina Graecis characteribus exprimuntur.

GEMMA VI. *Ex Chalcedonio Sapphirino. Cum Inscriptione* L. PLAVTIVS.

Subiecta utrum Larva, an Medusa? Medusam arguunt crinibus infra immixti utrinque angues. Equidem libens accepissem pro larva, seu persona, quae Dionysiacis convenit artificibus in Comoediis; quum Aulus Gellius Noct. Atticarum libro tertio, capite tertio, Varronis auctoritate dicat: *Plautium fuisse quempiam Poetam Comoediarum, cuius quoniam fabulae Plauti nomine* (Plauti, idest Plautii; ut Pompei, Tulli, in numis pro Pompeii, Tullii, & similes genitivi casus passim) *inscriptae forent, acceptas esse quasi Plautinas, quum essent non a Plauto Plautinae, sed a Plautio Plautianae.* Plurimum haec mihi coniectura arridebat, & Plautianum illum Poetam Comicum heic designatum interpretabar; quando Antonius Franciscus Gorius huius Libri Parens, commodum admonuit, esse hoc Familiae Plautiae in Numis insigne. Verum quid si ab hoc comico Poeta? cuius famam scriptis suis Varro doctissimus Romanorum consignavit.

GEMMA VII. *Ex Onyche nigro, ibidem. Inscriptio*, Q. VERIANI. SVAVIS. Veriania *Familia hactenus incognita ex hac Gemma prodit in lucem.*

Caput calvum Sileni. Ennius in versibus mirificis de dotibus probi viri, & boni amici; titulum hominis suavis inter ceteros usurpat:

— Suavis homo, facundu', suoque
Contentus.

Anacreon de se ipso:

Ος τῷ

Ὡς τῷ γέροντι μᾶλλον
Πρέπει τὰ τερπνὰ παίζειν
Ὅσῳ πέλας τὰ μοίρης.
Nam senem magis decet
Suave ludere
Quo prope est mors.
Ita docebat insaniens Ethnicorum sapientia:

T A B U L A XIII.

EXimium sane; sed explicatu valde difficile est hoc Cimelium, quod doctorum Virorum declarationem libentius amplexurus, in lucem emitto. Si coniecturis indulgere liceat, crederem a praeclaro Artifice in femina sedente, quae sinistra Palladium, Palladis videlicet galeatae simulacrum tricubitale e coelo lapsum, fatale Ilii pignus tenet, dextera inversam quassamque facem, moestitiae signum, Theanum Antenoris uxorem repraesentatam esse; cui, ut Homerus, (1.) Stesicorus, & Euphorio tradidere, utpote Palladis Sacerdoti, Palladium custodiendum traditum fuerat. Respicit post se virum suum Antenorem sedis suae columnae innixum, lacrymantem, cogitabundum, sinistra mento supposita; dubium, tradendum sit, nec ne, Palladium Ulyssi, vel potius Diomedi, quem, ut narrat Homerus (2.) apud se hospitio excepit. Diomedes sedet in scopulo, & hastam tenet, quem praecipuum Palladii raptorem plures auctores faciunt, (3.) eosque hilari vultu intuetur. Visitur etiam alia figura brevi capillo vitta revincto, veste pariter e sinistro brachio in terga reiecto, ventilante; quae aliquem filium Antenoris refert, vel Glaucum, vel Eurymachum; vel si femina sit, ut nonnullis videtur, Crinonem; quos memorat Pausanias, (4.) eo vultu gestuque, qui adversis percussis casibus esse consuevit. Conspicuum in medio est Palladis Templum eleganti epistylio, ornatum festis pendentibus encarpis,

(1.) *Iliad. lib. VI. Vide Panvinium de Civit. Rom. pag. mihi 401. aliosque auctores quos recenset Cl. V. Pitischius in Voce*, Palladium.
(2.) *Iliad. lib. III. v. 204.*
(3.) *Vide Fabrettum ad Tab. Iliadis pag. 364. 365.*
(4.) *In Phocic. lib. X. c. 27. pag. mihi 865.*

carpis , inter quatuor columnas ordinis compositi , ex Ionico , & Corinthio , strigibus elaboratas , cum zophoro capitibus bubulis , ac pateris distincto ; qui ζωφόρος *ideo dictus , quia capita animalium gestabat .*

T A B U L A XIV.

TRia elementa , Terra , Aer , Aqua , quae praecipua ad hominem , tribus feminis repraesentantur in hoc marmoreo Anaglypho pulcherrimo , & elegantissimo ; quod , ni fallor , donarium fuit , & in alicuius Numinis , fortasse Cereris templo dicatum . Sedet in medio Tellus , quae Deorum omnium prima dicitur a Virgilio ; quae etiam Vesta appellata est , quod in medio stet sola , ceteris eius partibus in mobilitate perpetua constitutis . Eadem quoque credita Dea Ops , seu Cybele , Isis frugifera , & Ceres , quae mammosa a Lucretio , & alma a Virgilio vocitatur , quod eius munere omnes homines cunctaque animalia vescantur , & vivant . Homines , qui a Terra omnium matre nutriuntur , duo infantes , ut in Numis Commodi , & Faustinae , repraesentant ; quos fovet in gremio frugibus referto . Infantium unus uberibus inhiat , alter pomum ridens ostentat . Cuncta Terrae animalia referunt bos saturus recumbens , & ovis pascens ad eius pedes . E scopulo erumpunt spicae , flores , herbae , papavera , quae eius fecunditatem designant . Eadem caput habet velatum , quemadmodum Diana Ephesia , de qua consulendus V. Cl. Claudius Menetrerius . Praeclaram Gemmam , Sardae inscalptam , supra vulgavimus pag. VII. ex Museo Andreinio , in qua Dea Cybele seu Ops , seu Ceres sedet cum copiae cornu , munusculum , seu pateram puerulo praebens , pendentibus in aere hinc inde alatis Geniis , qui eam coronant ; eo prorsus modo , (liceat , eruditionis gratia , sacrum morem cum profano pervetusto conferre) ut in sacris Christianorum Picturis , Beata Virgo ab Angelis supra eius caput stantibus coronatur .

Dextra visitur femina , inferiori corporis parte velata , volucri insidens , ac panno supra caput velificans , ad motus celeritatem significandam , quae AErem repraesentat . Iacet infra urna proiecta , e

qua

qua manat aqua ; ut pluviae indicentur ; quibus terra fecundatur. Socrates apud Aristophanem , Nubes invocans , ait vel e Nili faucibus aquas aurea urna haurire , vel in Hortis Oceani Patris cum Nymphis ludere , & choreas agere .

Sinistra alia similis femina conspicitur , marino monstro insidens , positis pedibus super maris , vel fluminum undis , quae Aquam designat . Variae fuere Philosophorum antiquorum sententiae circa numerum elementorum , quae heic referre supervacuum est . (1.) *Minervam creditam fuisse Aerem testatur Divus Augustinus ,* (2.) *& alii auctores : Mare vero , sive Aquam Venus refert , quae e maris spuma genita est , & a Poetis* θαλασσία *Marina saepius vocitatur.*

T A B U L A XV.

MArmoreum hoc Vas elegantissimum , Libero Patri sacrum , dicatumve fortassis in aliquo Templo , Penthei Tyranni facinus exhibet ; qui ne Bacchi sacra colerentur , ipsum puerum Dionysum occidere ausus est , ut hic ostenditur , dum Orgia celebrabantur : sed actis Numinis furore Bacchis , vivens laceratus est , & membratim discerptus ; quod diserte , & luculenter narrant Pausanias , (3.) *Ovidius ,* (4.) *& Oppianus ,* (5.) *& Theocritus .*

Baccharum nomina , quae puerum Bacchum nutrierunt , & educarunt , haec sunt ; Ino , Autonoe , & Agave . Baccha , quae Dionysum heic amplectitur , eiusque arae advolvitur , ut a Penthei gladium intentantis furore , ac caede liberet , est Agave , ut colligitur ex Oppiano . (6.) *Circa puerum Bacchum visuntur aliae Bacchae , & Bacchantes fluxis crinibus cum thyrso , cantharo , & ferula , vi capita ante se iacientes , ac retro quatientes ; & inconcinne , ut solebant , in eius honorem saltantes strophen , & antistrophen ad imita-*

(1.) *Consulendus doctissimus Cassendus , qui de hac re fusius .*
(2.) *De Civit. Dei Lib. VII. c. 16. Macrob. Saturn. Lib. III. c. 20. & Diodor. Lib. I. c. 2.*
(3.) *In Corinth. sive Lib. II. c. 2.*
(4.) *Metamorph. Lib. III. Fab. VII. v. 514.*
(5.) *Cyneget. Lib. IV. a v. 228. usque ad v. 313.*
(6.) *Cyneget. Lib. IV. v. 287. Vide etiam Theocritum Idyll. XXXIII.*

imitationem motuum stellarum. Per strophen motum huius universi, per antistrophen singulorum planetarum motiones significabant. (1.)

Sculpta est Ceres in dextera Vasis ansa, in laeva Cybele magna Dea, adstante leone; quae Numina simul cum Baccho in Orgiis celebrabantur. (2.)

TABULA XVI.

TRes aeneas pateras primus in lucem profero ex Museo Andreinio, inscalptis sigillis insignes; quas Etruscas esse delineationis, & caelaturae linearis ratio suadet. In Prima sculpta est Medea, alatis pedibus, AEsonem exanimem ferens una cum alia muliere, cuius caput, effusis crinibus, diademate redimitum est. Medeae caput, brevis capillamenti, exornatum est non solum diademate, verum etiam duplici, ut nonnulli dicunt, nimbo, in sphaerulae modum rotundo; quo venerationis, & maiestatis insigni usi sunt, ut quos coli volebant, supra fastigium mortalitatis elatos indicarent. Pignorius suspicatur Romanos, qui praeter radiatam coronam, nimbum quoque, adulationis causa, Augustis dedere, hunc morem accepisse ab AEgyptiis, qui sua numina radiato orbe insigniebant. Verum huius quoque eximii monumenti testimonio ab AEgyptiis ad Etruscos, ab Etruscis ad Romanos derivasse deduci potest; quos Christianae Religionis cultores imitati sunt, qui Dei praecipue sanctorumque virorum capitibus imposuerunt, ut beatissimae aeternitatis hieroglyphicum esset. (3.)

II. Patera, lata ex diametro uncias novem cum dimidia, manubrium habens longum uncias quatuor, saltatrices tres feminas exhibet cum calceis, & curioso capitis tegumento, personarum more; quae crotala, seu his similia musica instrumenta, demissis elatisque brachiis personant, hilari vultu, ac mimico gestu; quarum media, de-

(1.) *Vide Saubertum de Sacrif. vet. Cap. XXVII. & doctissimas notas in Tacitum Annal. Lib. XI. pag. 203. ad usum Delphini.*

(2.) *Propertius Lib. III. Eleg. 16.*

(3.) *Consulendus V. Cl. Philippus Senator Bonarrotius in Fragm. Vas. Vitreor. Coemeter. pag. 60. 61. & V. Cl. Ioh. Ciampinus Veter. Monum. Par. I. Cap. XIV. qui de Coronis, aliisque capitis ornamentis, fusius.*

defluente retro veste ; quae dextrum crus circumvolvit , nuda est ; & inauribus ornata ; aliae succinctas habent vestes , quas fibulae , nudis brachiis , in humero subnectunt . De Musica , & Ludis Etruscorum consulendus V. Cl. Philippus Senator Bonarrotius in doctissimis Explicationibus , & Coniecturis ad Monumenta Etrusca addita Dempsteriano Operi pag. 67.

III. Patera quae Ulyssis , & Circes historiam exhibet , affabre caelata est , ac variis feris , venaticisque animalibus circumquaque ornata ; ad indicandos forsan Ulyssis socios magicis artibus in belluas conversos . Uncias IX. ex diametro colligit . In medio visitur Circe sedens in magnifico , & pulchre elaborato throno , seu lecto , ornata tiara oblonga ; & in vertice parum inflexa , inauribus , unionibus , armillis , pericarpiis in utroque brachio , pedibus caligatis ὑποποδίῳ suppedaneo *impositis ; sub quo varii pisces in aquis natantes conspiciuntur . Vario manuum gestu Ulyssi , [ni potius Eurylochus sit] persuadere videtur , ut ex poculo pharmacum bibat ; quod tamen Mercurii cura , qui ei moly herbam dederat , quae circa ipsum delineata est , non nocuit , neque attonitum reddidit , contra eius votum , ut narrat Homerus in Odysseae Lib. X. Iuxta Circem adstat femina seminuda , monili , inauribus , & calceis ornata , quae , ut puto , una est ex ancillis Circes , quas dicit Homerus , ex fontibus ac nemoribus venisse , ut studiosius res domesticas curarent . In manubrio , quod altum est uncias quatuor , cernitur mulier alata , in volucris alicuius caudam pedesque desinens , & manibus coronam , sive stroppum disrumpens ; quam credere fas est Tempestatem repraesentare .*

IV. Ex celeberrimo Cl. V. Philippi Senatoris Bonarrotii Museo nunc primum in lucem mittimus praeclarum aeneum Signum Amoris Panthei , fere huiusce moduli , in cuius antica parte cernitur Amor , cui omnia cedunt , & Deos , & homines ei subiectos esse fabulabantur ; qui cum pharetra , & arcu stat supra loti florem , cui Harpocrates , & alia AEgyptiorum Numina insident , ut videre est in scalptis antiquis Gemmis . Summum eius imperium , & de Deorum omnium potentia triumphus ut indicetur , varia Numinum instrumenta , ac symbola ei subiecta sunt , tympana , & crotalum Cybeles , seu Bacchi , fistula Panis , Isidis sistrum , Hymenaei vel Cereris fax , Dianae arcus , & Apollinis pharetra

tra, *clava Herculis*, *delphinus Neptuni*, *gubernaculum Fortunae*; *quae symbola*, *quum illustraverint Clarissimi Viri Antonius Maria Salvinius in Etruscis Sermonibus*, *Serm.* XXX. & *Iohannes Baptista Casalius de antiquis Romanorum Ritibus Cap. V. qui aliud simile signum exhibet*; *eorumdem eruditissimis observationibus nil addendum videtur*. *Huic signo quum in Amoris dextro cubito*, & *extremitate gubernaculi aliqua aeris fragmenta conspiciantur*, *videtur ex una parte*, *quemadmodum in eo*, *quod edidit Casalius*, *iunctum fortassis fuisse Veneris*, *ex alia Anterotis quoque simulacra*.

V. Sequitur aeneum signum ex locupletissimo Museo Andreinio, *quod aliquod Numen marinum*, *vel aquatile repraesentat*. *Auritum habet caput*, & *marino quodam conchylio tectum*. *Dextra praefert anguillam*, *sinistra pomum*. *Aureos oculos*, *vel argenteos*, *vel gemmeos olim habuisse credimus*, *quum cavi oculi sint*. *Aliud signum huic omnino simile exstat in Regio Museo Mediceo*, *quod feminam raepraesentat*; & *paene eamdem artificis manum redolere videtur*.

TABULA XVII.

VEtusta duo AEgyptiorum Deorum Μεσιτικὰ *simulacra proferimus in hac Tabula*. *Primum ex silice*, *seu lapide subnigro durissimo*, *Fesulis reperto*, *quod exstat in Museo Bonarrotio*. Mesitica *haec simulacra*, *Chrysippi auctoritate*, *qui meminit in libro de antro Mithrae*, *appellat optimus P. Kircherius*; *qui duo alia integra refert in OEdipo Syntagm. XVII. de Diis Averruncis Cap.* 3. *propterea quod maioris ordinis Numina ab inferioris ordinis Numinibus*, *vel stantibus*, *vel sedentibus*, *ingeniculatisve ante se posita*, *manibus teneantur*; *quasi supremam Mentem solicitatura pro bonorum quae optabant largitione*, *vel malorum averruncatione*; *quare in adytis*, *in delubris*, & *in aedibus statuebantur*.

I. *Visitur in quadrato loculo Isis bene aurita*, *quae inferius pag.* 81. *n.* 1. *in vetusto marmore dicitur* ἐπήκοος, *idest*, Audiens, Obsequens, *quae audit supplicum vota*, & *exaudit*; *caputque habet velatum*, & *pro maiori corporis dignitate*, *ac pulchritudine exornatum praealto quadrato modio*, *seu tutulo*, *utrimque ansato*, &

per-

persicae folio in fronte, cuius folia linguae, poma cordi sunt similia, veritatis, & silentii symbolo; quo AEgyptia Numina frequenter insigniuntur, vel ante pectus ferunt. Loculi extimus limbus circumquaque sacris, & arcanis AEgyptiorum notis distinctus est, loto, sistro, oculis, serpenticulis bicornibus vario statu, lunae orbibus deorsum invergentibus, sacris avibus, ibide, upupa, cornicibus, ac duobus aliis assectis Numinibus sedentibus. Per has notas, & animalium figuras, ut ait Tacitus Annalium XI. primi AEgyptii sensus mentis effinxerunt; postea vero Phoenices primi literas invenere.

II. Simulacrum hoc Mesticum *rotundum in plura segmenta divisum, cum Hieroglyphicis undique inscalptis, constat ex Iaspide AEthiopico durissimo, viridantibus maculis, ex quo ignem possis excutere. Polymorphum AEgyptiorum Daemonem Apotropaeum, malorum Averruncum masculino ac feminino sexu praeditum repraesentat; qui dextra leporem seu cuniculum, & volucris pennam, laeva leonem cauda sustinet, & recurvum sceptrum; cuius capiti, temporum iniuria fracto, & copiae cornu fortassis ornato, imminet Leoninum caput: Medius consistit inter duo sacra sceptra, seu baculos, quorum uterque in loti florem desinit; horum primus accipitrem, solaris virtutis symbolum cum tutulo sustinet; alter plantam, quam AEgyptii* Monmuti *dicunt. Aliud simile Simulacrum exhibet P. Kircherius in Oed. de Diis Averruncis Cap. XIV. pag. 502.*

III. Sequitur ex Museo Bonarrotio Scarabaeus ex Ophite, hac magnitudine nondum visa insignis; quem AEgyptii inter Numina coluere, ac veteres pro amuleto, ac virtutis signo, filo traiectum, collo, vel brachiis circumligatum, ferre consuevere: In eo quoque sua Numina adiectis Hieroglyphicis arcanis notis sculpsere; quae etiam in hoc observantur; situla in sacris adhibita, dextra manus, vas ansatum, lanx, pennae, &c. & plures Dii ἀλεξίκακοι *malorum expulsores. Soli sacrum voluere, quod eius imago sit, & eiusdem in cursu aemulus, & in exuenda senecta Lunae exemplar; de quo post ea quae docti viri scripserunt, nil dicendum superesse videtur. Alium quoque Scarabaeum magnitudine sua, & Hieroglyphicis memoratu dignum vidi in laudato Museo Nobilium Comitum e Gherardesca.*

IV. Pro corollario huius Tabulae eximium Canopi aeneum sigil-

lum hactenus ineditum exhibemus, cum antica, & postica parte, ex archetypo Regii Musei Medicei delineatum. Canopum refert apud AEgyptios Genium humidi elementi, Deorumque omnium potentissimum, qui hydria clausus, humana, & iuenili facie assurgit basique innititur, in qua conspicitur aquae alueus, & epistomium in medio, ad colligendam Niloticam aquam defluentem, quae Ignem Caldeorum Deum extinxit; quod iucundum miraculum refert Ruffinus Libro II. Hist. Eccl. c. 26. Suidas, & alii. In superiori, & inferiori ordine comites habet Harpocrates calathiformes, digitum ori admoventes, qui silentium & mysteriorum arcanorum maiestatem non evulgandam indicant; scuticam, sive flagellum tenent, tanquam malorum depulsores; post eos alii Genii conspiciuntur elatis atque apertis manibus, in faustitatis symbolum. In medio super aram vultures, seu accipitres e vasculo propinant; sub ea globus aspidibus circumvolutus, qui indicant apud AEgyptios vim quamdam igneam universum penetrantem, & fecundantem. Infra sedent super crocodilos Anubides, quorum unus canino vultu, alter felis specie conspicuus, Genium Lunarem designant. In medio visitur Scarabaeus alatus, qui solem, & mundum, aliaque multa significabat, quae recenset Horus Lib. I. Hierogl. 10. In postica cernitur igneae vis solis symbolum accipiter subvolans, cum ala in capite ad motus velocitatem indicandam, & cum hastis hinc inde elatis, ac decussatis. Exstat in Mediceo Museo aliud signum Canopi unciarum IX. e Chalcedonio huic adsimile, cum stella insculpta in dextro ac sinistro latere. Aliud quoque exhibet V. Cl. Causeus in Museo Romano Sect. II. n. 32. 33. 34. 35. & eruditissime illustrat, quem si consules operae pretium facies.

T A B U L A XVIII.

EXimia aliquot Monumenta, quae Florentiae reperiuntur in Museo Excellentissimi Ducis Salviati in lucem damus. Marmoreum primum vetustum Anaglyphum, superiori parte mutilum, ac postea suppletum Uraniam Musam refert, Astrologiae praesidem, praealtae urnae innixam, coelestem globum contemplantem, quem

Athlas

Athlas alatus humeris sustinet . In Urna sculptus fortassis Hercules cum Antaeo .

Secundum marmoreum Anaglypham exquisito artificio pulcherrimum, & elegantissimum refert Bacchum barbatum , tenui oblonga veste amictum , (1.) dextra cantharum utrimque ansatum , sinistra thyrsum tenentem , vere , ut ait Horatius , metuendum Numen ; hederacea corona redimitum , quam , ut ait Plinius Libro XVII. c. 4. ferunt primam omnium imposuisse capiti suo ; quod vinum , quemadmodum hedera , φρένας ἀμφικαλύπτει , velat praecordia circum , ut de Amore dixit Homerus . Facile etiam crederem referre aliquem Liberi Patris Sacerdotem , sacrificantem ante aram rotundam ignitam ; quem comitatur Baccha saltans , ut in Orgiis fieri solebat ; non passis crinibus , ut supra vidimus , sed in nodum religatis supra caput ; quae fert in humeris capreolum , ut mos erat , a Bacchis furore percitis discerpendum .

III. Ex nigerrimo lapide Simulacrum conspicitur Isidis mammosae , quae apud AEegyptios eadem erat ac Luna . Oculos habet repositos ex Chalcedonio , quem morem Deorum simulacris gemmeos oculos reponendi (de quo infra pag. 406. vetus inscriptio Musei Suburbani Strozii) ab AEgyptiis alias gentes accepisse coniicimus . Limis , & ad terrorem iniiciendum obtortis oculis Isis fingebatur , quod ferire periurios crederetur , & illos maxime non servantes fidem per eam iuratam , de quibus Ovidius in Ponto Lib. I. Eleg. I. Infra in sepulcrali urna legitur ; S. Q. H. A. L. H. I. I. idest . Si quis hanc aram laeserit habeat Isidem iratam . Caput habet tectum velo , imposito parvo calatho , ornatumque comis calamistratis , religato persicae folio in medio Isidi sacro , silentii , ac veritatis typo , vel ni fallor Scarabaeo , de quo supra nonnulla notavimus . Linea arcta veste , quam invenit , cincta est usque ad pedes super basim inter se connatos , & compositos ; quo statu Deorum simulacra apud AEgyptios finguntur , ut Heliodorus Libro III. Ethiop. testatur . Dextra ma-

nu

(1.) Cur Bacchum Barbatum effinxerit veteres differit Macrobius Saturnalium Lib. I. cap. 18. Vid. Diodorum Lib. III. & IV. pag. mihi 149. Pausaniam Lib. V. pag. mihi 324. & Lib. II. pag. 140. Bacchum Barbatum huic nostro similem edidit topatio excalptum ex Museo Card. e Carpinea Cl. V. Phil. Sen. Bonarrotius in Observ. in Numism. max. mod. pag. 440.

nu gestat sacram AEgyptiorum notam, tauticum characterem, ansatam videlicet crucem, quae salutis, & fecunditatis symbolum est; cuius circulo coelestes orbes, & per crucis lineas elementa indicantur.

IV. Simulacrum ex atro lapide AEgyptium Numen refert, ex eorum certe numero, qui Ἀποτροπαῖοι Apotropaei, & Averrunci, *idest malorum expulsores appellantur; scuticam, sive flagellum dextra tenet, malorum aversionis symbolum; sinistra aduncum sceptrum, ut in contrarios Daemones noxiosque Genios imperium, & potestatem significet. In postica parte scalptae notae AEgyptiae, & Hieroglyphica, quae diligenter excepta, & delineata sunt, & aliis interpretanda relinquimus.*

T A B U L A XIX.

R*Arum admodum tantae magnitudinis Abraxeum monumentum prodit ex Museo Bonarrotio, Obeliscus scilicet quadrilaterus, ut in proposito schemate, numero* I. II. III. IV. *ex Ophite Thebaeo, sive Thebano, ut ait Lucanus Lib. IX. viridantibus, ac nigricantibus crebris maculis distincto; quem in Clanis erutum tradunt, prope Clusium. Ad Basilidianos, Valentinianos, Triscillianistas, Gnosticos, aliosve huius generis spurcissimos Haereticos pertinere declarant subiecta aliqua portentosa simulacra, quae etiam in Abraxeis Gemmis inscalpta pro amuletis non raro conspiciuntur; Perseus miles galeatus, cum hasta, & scuto in dextra praeter morem, & cum stella radiante in sinistra; ut nonnulli putant, Mithrae initiari solitus: Serpens in IV. latere rectus, cum cauda tortuosa, & capite radiato nimbo circumvoluto, de quibus Vir Cl. Chifletius Cap.* XI. & XIII. *in Abraxeas Gemmas consulendus est. Praeter haec varia animalcula scalpta hac illac visuntur, leo, canis, gallinaceus, aquila subvolans, ara ignita, ac plures nobis obscuri characteres, & notae, quibus suprascripti Haeretici, qui AEgyptiorum Sacerdotes in Hieroglyphicorum inventione fortassis imitati sunt, suorum dogmatum arcana figmenta occultabant.*

Sequitur in medio figlina Tabula ex Museo Andreinio, anaglyphico opere, & Historia, quae in eo exhibetur valde commendabilis,

lis , quae quinquaginta quinque ab hinc annis Romae reperta est , cum aliquot aliis similibus Anaglyphis , quae exstabant in casali Strozae Gentis , quod Lunghezza *appellatur , & parietes ornabant cuiusdam aediculae Canopo AEgyptiorum Deo sacrae , de quibus Andreinio amico optimo scripsit Vir Cl. Leonardus Augustinius . Nilum igitur, variis animalibus , praesertim Crocodilis , Hippopotamo , Ibidibus stantibus super humiles casas in Nili ripa , Anseribus , & loto herba feracissimum Tentyritae homunculi , ut solebant , levi cymba transcurrunt ; eo usque audacia praediti , ut terribiles crocodilos insectarentur , caperent ac perderent ; de quibus haec narrat Plinius Libro VIII. c.* 25. Quin & gens hominum est huic belluae (*i. crocodilo*) adversa , in ipso Nilo Tentyritae , ab insula in qua habitat appellata . Mensura eorum parva , sed praesentia animi in hoc tantum usu mira . Terribilis haec contra fugaces bellua est, fugax contra insequentes; sed adversum ire soli audent . Quin etiam flumini innatant, dorsoque , equitantium modo impositi , hiantibus resupino capite, ad morsum addita in os clava , dextra , ac laeva tenentes extrema eius , utrimque ut frenis in terram agunt captivos , ac voce etiam sola territos cogunt evomere recentia corpora ad sepulturam. *Fere eadem scribit Solinus Cap.* 34. *Ex hoc monumento liquet verum esse quod de pumilionibus apud Suidam in voce* Ναννὸς *scribit Theophrastus ;* νάννον αἰδοῖον ἔχοντα μεγὰ ; nanum veretrum habere magnum . *Ex his Crocodilis unus loti scapo , seu flori insidet , alter in aqua innatat ; forsitan ut indicetur , ut ait Plinius , crocodilos in terra dies agere , noctes in aqua , terra pariter ac flumine infestos ; pectinatim stipante eos dentium serie ; quos tamen Oppianus Lib. IV. Cynegetic.* τριστίχῃ , triplicibus dentium versibus munitos *dicit . De loto Nilotica, quae recedentibus aquis Nili riguis provenit , videndus Dioscorides c.* 569. *quem paene exscripsit Plinius Lib.* XIII. *c.* 17. *Ibis , Isidi , ac Mercurio sacra , Nili casis insidet ; quae pollutas aquas eo usque refugit , ut non alia se se abluerent AEgyptiorum Sacerdotes , quam ea , cuius haec avis bibendo puritatem approbasset . Cum Crocodilo eas inimicitias gerit , ut eiusdem pennarum contactu , si AEliano credimus , Lib. VII. c.* 40. *Crocodilus statarius efficiatur.*

TA-

T A B U L A XX.

AEnea Galea, *Musei Andreinii haud postremum monumentum, nunc primum in lucem prodit, Phoeniciis literis in interiori ora incisis valde insignis; quae apud antiquas Cannas Romani exercitus clade celeberrimas, nunc Canusium ex Leandro, reperta est. In ea non crista, non conus in vertice, sed grana simul collecta; & tota caput convestit. Militis nomen, qui hac galea pluribus in locis in adversa parte ictibus confossa, & contusa usus est, ex quibus eius virtus clarius arguitur, inscalptas literas praeferre credimus, exemplo Romanae aeneae Cassidis, quae in Museo Barberino asservatur, quae in extima anteriori parte hanc habet inscriptionem;* AVR. VICTORINVS MIL. COH XII VRB *idest:* Aurelius Victorinus Miles Cohortis Duodecimae Vrbanae; *cuius schema delineatum perhumaniter ad me misit Vir doctrina, ac pietate praestantissimus, summoque honore semper a me colendus Illustris. ac Reverendiss. D. Franciscus Blanchinus Sanctissimi Domini nostri Praelatus Domesticus. In interiori parte duo quoque annuli conspiciuntur, ut trajectis loris, quum opus esset, suspendi posset; ut videre est etiam in militibus iter facientibus in Traiani Columna, qui galeam scuto appensam ferunt. Auricula quae superest, nam altera deest, ex aereis intrinsecus simul consertis laminulis pendet; quas laminulas tenent claviculi, quorum rotunda capita in extima parte eminent; quae auriculae ab Homero Iliadis V.* ἀμφίφαλα *dicuntur. Hinc milites pileolos quosdam pelliceos gestasse liquet, ut firmius capiti superpositae galeae haererent. Antiqui nostri* cerebrariam *vocarunt* (cervelliera) *& artifex* cervellerarius *dicebatur, ut in muro Templi S. Reparatae legitur iuxta Portam, quae locum dictum* la Canonica *respicit. Sed de hoc tam raro, atque eximio monumento fusius alibi, quum agemus de Armis veterum; in quo opere, Deo dante, conabimur illustrare antiqua trophaea, & arma egregie sculpta in duabus marmoreis triumphalibus Columnis, quae exornant Regium Museum Magni Ducis Etruriae.*

IN-

INDEX FLORENTINORUM MUSEORUM

QUORUM INSCRIPTIONES VULGANTUR IN HAC PRIMA PARTE.

EX Regio Museo Mediceo CCXXXIV. Inscriptiones. pag. 1.
Ex Museo Marchionis Riccardii CVII. Inscriptiones. pag. 81.
Ex Museo ex Urbanis Hortis Marchionis Corsinii CCXXVI. Inscriptiones. pag. 119.
Ex Museo Nobilium Gaddiorum LVI. Inscriptiones. pag. 185.
Ex Museo Clarissimi Viri Philippi Senatoris Bonarrotii XLVII. Inscriptiones. pag. 213.
Ex Museo ex AEdibus Francisci Comitis Guicciardinii XXV. Inscriptiones. pag. 225.
Ex Museo Clarissimi Viri Abatis Petri Andreae Andreinii LV. Inscriptiones. pag. 235.
Ex Museo Nobilium Cerretanorum XV. Inscriptiones. pag. 267.
Ex Museo Marchionum Nicoliniorum XIV. Inscriptiones. pag. 277.
Ex Museo Marchionum Guadagniorum XIX. Inscriptiones. pag. 283.

In-

Inſcriptiones Antiquae XCIII. quae exſtant variis in locis Florentiae . pag. 287.

Ex Muſeo Suburbano Villae Stroziae ad Montem Hugonis cccv. Inſcriptiones. pag. 331.


Inſcriptiones LXIII. quae exſtant in Villa Scamnicia Nobilium e Gallis. pag. 429.

Inſcriptiones Antiquae XXXV. quae variis in locis Agri Florentini reperiuntur. pag. 441.

In Appendice Inſcriptiones praetermiſſae XXXVII. quae Florentiae habentur variis in locis. pag. 455.

Omnes Inſcriptiones, quae in hac Prima Parte vulgantur ſunt numero MCCCXXX.






J. Cafini Flor. del. V. Franceschini Sculp.




Auspiciis D. Petri Francisci Equit. Senatoris Ricci Patric. Florent.



Auspiciis D. Pandolfi Senatoris Pandolfini




Auspiciis D. Camilli Senatoris Pandolfini


Tab. V.
Past. a Mus. Med.
I.
Achat. Sardon. ib.
II.
Ameth. ibid.
V.
Carn. ibidem
III.
Sarda ibidem
IV.
Auspiciis D. Philippi Martelli Pat. Florentini

Inſcriptiones Antiquae XCIII. quae exſtant variis in locis Florentiae . pag. 287.
Ex Muſeo Suburbano Villae Stroziae ad Montem Hugonis cccv. Inſcriptiones. pag. 331.
Inſcriptiones LXIII. quae exſtant in Villa Scamnicia Nobilium e Gallis. pag. 429.
Inſcriptiones Antiquae XXXV. quae variis in locis Agri Florentini reperiuntur. pag. 441.
In Appendice Inſcriptiones praetermiſſae XXXVII. quae Florentiae habentur variis in locis. pag. 455.
Omnes Inſcriptiones, quae in hac Prima Parte vulgantur ſunt numero MCCCXXX.



Tab. I.



I. Casini Flor. del. V. Franceschini Sculp.




Auspiciis D. Petri Francisci Equit. Senatoris Ricci Patric. Florent.





Auspiciis D. Pandolfi Senatoris Pandolfini


Tab. IV.
F. TEMES. N
Iaspn. Mus. Med.
I.
Chalc. ibid.
II.
MEROE
Ameth. ibidem
V.
FOR
Sarda ibid.
III.
Sarda ibid.
IV.
Auspiciis D. Camilli Senatoris Pandolfini.




Auspiciis D. Philippi Martelli Patr. Florentini



Tab. VI
Sarda Mus. Med.
I.
Achat. uar. ibid.
II.
Sard. ibidem.
V.
Sarda ibidem
III.
Achat. uar. ibid.
IV.
Auspiciis D. Antonii Senatoris del Rosso




Auspiciis D. Caroli Marchionis Gerini



Auspiciis D. Andreae Marchion. Alamanni




Auspiciis D. Danielis Wray Armigeri Angli.



Auspiciis D. Rossi Antonii Martini Patricii Florentini



Auspiciis D. Abbatis Laurentii Ridolfi



Auspiciis D. Abb. Francisci Gori
Patr. Flor.

Tab.XIII



Camei magnitudo

Ex Regio Cimeliarchio Magni Ducis Etruriae Chalcedonio Exscisi[illegible].

Auspiciis D. Andreae Marchionis Del Monte.



In Regio Museo Mediceo Long. Ped. VIII. Unc. VIII. A

Auspiciis D. Johannis Baptistae Comitis Casc


Vinc. Franceschini Sculp.

IV






I.



II.

Auspicij.

Io. Dom. Ferretti del.





INSCRIPTIONES
ANTIQUAE
GRAECAE ET ROMANAE
QUAE VISUNTUR
FLORENTIAE
IN VESTIBULO
REGII MUSEI
MAGNI ETRURIAE DUCIS.




In Museo Mediceo

INSCRIPTIONES
ANTIQUAE
MUSEI MEDICEI.

In Ara magna marmorea, ornata simpulo, patera, capitibus arietinis, aquilis, avibus, duobus gallis pugnacibus, & monstro marino.

I.



Idest

B*Acchi Scianthi iussu Marcus Pinarius Proclus & Aristobulus Aristobuli.*

Hanc Inscriptionem Bacchi τοῦ Σκιάνθι, cum illustratione Francisci Comitis Montani ediderunt Auctores Ephemeridum Litteratorum Italiae Veneti. tom. xxxii. pag. 87.

1. Quum nullum punctum appositum sit τῷ ΣΚΙΑΝΘΙ, coniecturae locus esse potest legi potuisse ΣΚΙΑΝΘΙου, aut ΣΚΙΑΝΘΙέως. aut ΣΚΙΑΝΘΙδυ. Verùm Stephanus, apud quem est : Σκιὰς χώρα Ἀρκαδίας καὶ Σκιαστὴς τὸ ἐθνικόν. illi opinioni repugnare videtur ; ut τὸ Σκιάνθι venire possit ἀπὸ τῆς Σκιάδος, a regione Arcadiae ita dicta. Obiicit doctissimus, idemque amicissimus Auctor huius Diatribae, Stephanum τὸν ἐθνικογράφον ab Hermolao Byzantino Grammatico, ut ab Epitomatoribus solet, intercisum esse atque interpolatum. Respondeo [liceat enim ab Amico, veritatis anquirendae caussa in aliqua re modestè dissentire] ἀπὸ τῆς Σκιὰς gentile nomen esse Σκιαστὴς, non autem Σκιάνθιος. Praeterea videre est in fragmento Stephani ab Abrahamo Berkelio in lucem edito, Hermolaum, ut volumen contractius fieret, nihil aliud egisse, quam veterum testimonia truncasse, in quo verè operam lusit ; nam quod erat praestantius omisit, contentus Stephani grammatici auctoritate, nihilque in verbis eius mutasse ; Auctoritas autem grammaticorum vana & frustra est, nisi bonorum auctorum roboretur exemplis. Σκιὰς umbella est, aut umbrosa pergula, seu umbrosum tegmen. Alteram coniecturam suppeditat Σκίαθος apud Strabonem, quasi forte primitus fuerit Σκίανθος, posteà extrusa N euphoniae gratia dictus is fuerit locus Σκίαθος. Σκίαθος non videtur aliquid significare ; Σκίανθος significat, quasi Umbrae flos. Cur igitur tam facile mutatum fuit in Σκίαθος, quae est, ut ita dicam, vox βλίκτρι. Quod etiam Adnotator animadvertit. Docte idem & erudite a Sidone, inquit, Syriae civitate derivatur Sindon, intrusa littera N, ab ἔχις similiter anguis. Addo ego Lycophronis Scholiasten : Σκιαστὴς ὀρχιεὺς παρὰ (l. παρὰ) Λάκωσιν v. 561. Apollo apud Laconas appellatus Σκιαστὴς, ab *Odeo*, quod Σκιὰς (idest, puto, *Umbrosa Porticus*) vocabatur, ut ait Phavorinus. Ovidius Artis Amatoriae libro primo:

Tu

Tu modo Pompeia lentus spatiare sub umbra,
Dum Sol Herculei terga leonis adit.

Pompeia umbra, idest Porticu Pompeii. Sed videndum, unde id hausit, nam nihil affert Phavorinus de suo. Ὀρχιεὺς [pergit] idest saltationis Praeses. Interpres Lycophronis nihil de Arcadiae loco, quod dicebatur Σκιάς. *Umbra, Umbella.*

Quod autem hoc loco Scholiastes δαίμονα ἐνόρχην explicat *saltatorem*, propterea quod cum saltatione Bacchi mysteria peragebantur; equidem exponerem: coleatum, Theocr. Idyll. 3.

καὶ τὸν ἐνόρχαν
Τὸν Λιβυκὸν κνάκωνα φυλάσσεο μή τυ κορύψῃ.

Heinsius in Hesiodi Opera & Dies, locum adducit Horatii:

Poscimur, si quid vacui sub umbra
Lusimus tecum,

ad illustrandum Hesiodi locum:

ἐπὶ δ' αἴθοπα πίνεμεν οἶνον
Ἐν σκιῇ ἑζόμενον.

Apud Pausaniam Bacchum Floridum cognominari commodùm admonuit doctissimus P. Valsechius. Quare sub umbra pampinis, & vitis floribus referta, sedentem Bacchum imaginari quid vetat? atque ibi Nymphas Satyrosque carmina docentem.

Quare cuivis libera facultas esto legendi ΣΚΙΑΝΘΙνῶ, aut ΣΚΙΑΝΘΙμοῦ, aut ΣΚΙΑΝΘΙου. quae cognomina in Dionysum quodammodo convenire queunt; locus autem unde denominatum opinamur, debuit esse Σκίανθος, ex quo derivetur τὸ ἐθνικὸν ΣΚΙΑΝΘΙος, namque ἀπὸ τῆς Σκιάς esset Σκιάδιος, aut Σκιαςής. quemadmodum hoc ultimum vult Stephanus.

Pausanias in Atticis, editionis Aldinae pag. 23. Διονύσου τε Ανθέου καὶ Νυμφῶν Ισμενίδων. *Dionysi Floridi, & Nympharum Ismenidum.* Addito vocabulo σκιά, forte factum est nomen compositum Σκιανθίας, ex quo Genitivus ΣΚΙΑΝΘΙου.

Eadem fini ac suprascriptum marmor, legitur caelata gemma, cuius notitiam mihi dedit omni litterarum genere excultissimus Scipio Marchio Maffeius, ΕΦ ΣΚΩΠΙ [forte Εφεσίων.]

Apud

Apud Pausaniam pariter indigitatur Bacchus Κισσεὺς, ideſt *Hederaceus*. quaſi hederae umbra gaudens.

In Corinthiacis idem Auctor Iunonem laudat Ἄνθειαν, *Floream*, vel *Floridam*.

Supra laudatus Maffeius animadvertit, quum in hac Inſcriptione dicatur κατὰ πρόςταγμα, *Iuſſu*, vel *ex Monitu*, videri dici debere Διονύσῳ dandi caſu non Διονύσου. quum ſit votiva.

Vide doctiſſimum Reineſium *Claſs.* 1. *Inſcr.* 113. *pag.* 151. *qui hanc votivam Tabulam & ipſe edidit, & illuſtravit.*

EX AFRICA.

Baſis praegrandis ex fragili maloque lapide, quae inventa eſt a Scinedel, *qui locus ab agro Tunetano decem & octo milibus paſſuum diſtat, & novem a* Mhamedia.

II.

IVKIAE . DOMNAE . AVG
MATRI CASTRORVM
MATRI AVGVST : : : :
IMP. CAES. K. SEPTIMI . SEVERI . PII
PERTINACIS AVG CONIVGI
Q. SIKICIVS . VICTOR ET C. TADIVS . FOR
TVNATVS OB . HONOREM . FKAM
SVI . PERPETVI STATVAM . CVM
BASE EX . HS . BINIS MIKIB . N̄ . LEGI
TIMIS ADIECTIS TERTIS EX DE
CRETO . PAGANOR . PAGI MERCVRIAKIS
VETERANORVM MEDEKILANORVM *ſic*
S. P. F. IDEMQVE . DEDICAVERVNT

II. IVKIAE DOMNAE, ideſt Iuliae Septimii Severi uxori,

M.

M. Aurelii Antonini, cognomento Caracallae, & Antonini Getae Caesarum, & Imperatorum matri. De hac Oppianus lib. 1. κυνηγετικῶν.

MATRI CASTRORUM. μητρὶ στρατοπέδων. Matri exercitu-um. Graeci.

MATRI AVGVST.... *In Africana Basi est spacium sequentium literarum, quae primum exprimebant* MATRI AVGVSTORVM. *sed quatuor ultimae litterae fuerunt sublatae, & excisae antiquissima manu, in odium certè Antonini Getae; quasi esset Augusti, idest Caracallae, non vero Augustorum, idest Caracallae, & Getae; ut etiam in aliis Africanis marmoribus, quae sequuntur, factum cernitur.*

PII. *Haec verba, quamvis hodie difficillime legantur in lapide, olim tamen inerant, ut testatur apographum Cl. V. Caroli Dati, & aliorum Antiquariorum.*

OB HONOREM FLAM SVI. PERPETVI. Flaminii. i. Sacerdotii in honorem Augustæ.

EX. HS. BINIS MILIB. N. i. Sextertiis binis milibus numûm. ADIECTIS TERTIS. i. tertiis. S. P. F. sua pecunia fecerunt. IDEMQVE &c. i. iidemque dedicaverunt.

In hac inscriptione Africana, & in sequentibus, L Latinum ad λ Graecum videtur accedere. Litteræ, ut Ausonius ait, Cadmi nigellae filiae. e Phoenicia in Graeciam, e Graecia in Latium allatae; veteris formae vestigia aliquatenus exhibent.

Praeclarum hoc Antiquitatis Monumentum, cum aliis sequentibus, in agro Tunetis, ac finitimis regionibus diligenti cura, & studio conquisivit, & invenit eruditus vir Iohannes Pagnius Pisanus in Patrio Lyceo Medicinae Professor. Ex Africa Florentiam transferri iussit Leopoldus Medices Cardinalis, Princeps humanissimus, & eruditae Antiquitatis studiosissimus. Nonnullis respersum mendis legitur apud Clarissimos viros Octavium Falconerium Inscript. Athletic. pag. 159. Iacobum Sponium pag. 191. & Fabrettum pag. 679. ut conferentibus patebit.

EX

EX AFRICA

Basis alteri similis, reperta in Tukabra, *qui locus ab agro Tunetano fere triginta milibus passuum distat.*

III.

. . . . . . , ...
. . . . .RP.
. . . . A . .
. . M . . M . . . . I IMVL
....ATA PECVNIA. PERFECIT. ET
DEDICAVIT. ET. OB DEDICATIO
NEM PVGILVM. CERTAMINA.
EDIDIT. ET. DECVRIONIBVS.
SPORTVLAS. ET. POPVLO. GYMNA
SIVM. EPVLVM. DEDIT. ET. HOC.
AMPLIVS. PRO SVA. LIBERALITA
TE. CAMERAM. SVPERPOSVIT. ET
OPERE MVSEO. EXORNAVIT.
....CVM M...EIS. FELICE ET
RVFINO. III.. IS DED. OB QVAM
DEDICAT. EPVL. DEC. ET. POP. FRVM. DED.

III. OPERE MVSEO. *De Museis, seu Musivis Operibus consulendus Cl. V. Claudius Salmasius in Scriptores Historiae Augustae; Iohannes Ciampinius Ecclesiasticarum Antiquitatum egregius illustrator, Par. I. Cap.* X. *Veter. Monim. pag.* 78. & *Iacobus Sponius Miscell. Erud. Antiquitatis Sect. II. Art. VIII. pag.* 38. *qui de his fusius egerunt.*

CVM M...EIS. *Sponius legit* CVM...AREIS. *Desperanda prorsus lectio; consumptarum literarum vestigia, quae supersunt, nil legenti promittunt.*

FE-

FELICE ET RVFINO. *Hoc Consulum par in Fastis haud recensetur*. Rufinus *sub Antonino Consul legitur*. FELIX *f. ex suffectis*.
OB QVAM DEDICAT. &c. *i.* Dedicationem Epulum Decurionibus & Populo Frumentum dedit.

Huius lapidis lectio variat aliquantulum apud Oct. Falconerium in libro Inscript. Athletic. pag. 159. *& Iacobum Sponium pag.* 39.

EX AFRICA

Basis lapidea, antecedenti omnino similis, eodem in loco reperta.

IV.


C.SVLGIO. L. F. PAP. CAECILIANO. PRAEF. LEG. III CYRENAI
CAE. P. P. LEG. XX. VALERIAE. VICTRICIS PP . . . .
sic OVATIONI. CLASSIS. PRAETORIAE M*ise*NATIVM PIAE . . .
VINDICIS. ET THENSAVRIS DOMIN . . . . OPI . .
PVM. DEVEHENDAR. 7. LEG. . T. . E . . . . I NAI
. . PRIMAE PARTHICAE ET XVIIII . . . . ADA
. . . . CLASSIS PRAET . . . . M. PLAE
VI . . . . TIONI PEREGR. . . . . V . . . . . RIMIL
TVA . . . . IA . . . . LGIO
. . . .
. . . .
. . . .

IV. P. P. forte PRIMAE PARTHICAE, ut infra in hac Inscr.
THENSAVRIS. Ita Pandectae Flor. ut Vicensimus, &c.
Aliquibus resperſam mendis hanc etiam vulgarunt Falconerius pag. 161. *Sponius pag.* 195. *Fabrettus Inscript.* 221. *pag.* 385.

Horum delineationem non exhibuit Fabret. pag. 519. R. P. D. Bernardus, de Montfaucon vir doctissimus, & de totius Antiquitatis gloria optime meritus, hanc Basim descripsit, & delineavit, sed paucis cum mendis in Diario Italico pag. 391.


In Ara pulcherrima è Pario marmore, ornata simpulo, & patera, effossa Pisis eodem anno.

VI.



In parva Basi marmorea, elegantissima, super qua sedet Femina capite velato, dextera porrigens pateram.

VII.



VI. AB EPISTVLIS. LATINIS. τὸ Υ' sive V breve, respondet τῷ O. ἐπιστολὴ. epistula. Λαομέδων. Laumedon. Λαοδικεία. Laudicea. λαοτομίαι. lautumiae. *Vide Iac. Guther. de Off. Dom. Aug. l. 3. c. 4.*

Vulgarunt hanc Inscript. Reinesius pag. 571. Inscript. 52. Sponius pag. 206. Fabr. pag. 296. Inscr. 256.

VII. PRIMIGENIA Fortuna *hic dicitur, quae diversimode appellatur in aliis Inscriptionibus.* Πρωτογενής.

EX ARG. P XIS. ℰ . 3 V. *idest* ex Argenti Pondere, *vel* ex argento, Pondo [*h. e. libras*] Undecim & Semis. ℰ . 3 V. *Quid hae Notae significent nihil reperio apud eruditissimum Sertorium Equitem Ursatum, de Notis Romanorum. Forte indicant Trientes Quin-*

que ; nam quatuor Trientes unciam unam constituunt. Pro inferorum poenis evitandis, cum argenteas aureasque imagines, tum etiam marmoreas, vel lapideas Templis stultissime legarunt Antiqui. Vide eund. Ursat. de Not. Roman. pag. 32. Gruterus ex Ursini Schedis vulgavit pag. 1013. sed paucula omisit.

EX AFRICA.

In Columnae Marmoreae fragmento.

VIII.

IMP. CAES. C. MESSIVS
Q. TRAIANVS. DECCIVS *sic*
INVICTVS. PIVS. FELIX AVG
P.M.TRIB.P.COS.II.P.P.PROCOS.
II. Q. HERENNIVS ETRVSCIVS
MESSIVS . DECCIVS . CAES
C. VALENS HOSTILIANV :
. . . .
. . . .
. . . .

EX AFRICA.

In alio Columnae marmoreae fragmento.

IX.

IMP CAES
M IVLIVS PHILIP
PVS INVICTVS PIVS
FELIX AVG PONT
MAX. TRIB POT COS
DESIG . P. P. PROCOS ET
M. IVLIVS PHILIPPVS
NOBILISSIMVS CAES
. . . . . . IVVENTVTIS
. . . . IMA . . .
. . . .

VIII. *Oct. Falconer. pag. 161. ultimo versu mutilatiorem exhibuit, quod etiam Sponius fecit.* Q. HERENNIVS ETRVSCIVS MESSIVS. DECCIVS. *laudatur in aliis Inscriptionibus apud Reinesium Cl. III. pag. 31. Inscr. 40. & pag. 337. Inscr. 88. eiusdem Classis: & apud Gruterum pag. 273. 6. & pag. 274. 1. apud Fabrettum pag. 683. Inscr. 76. apud Sponium pag. 234.*

C. VALENS HOSTILIANVS. *Laudatur in Inscript. 3. pag. 274. apud Gruterum.*

IX. . . . . IVVENTVTIS. forte PRINCEPS. supplendum: PRINCEPS IVVENTVTIS; qua appellatione Imperatoris filius Caesar appellabatur. *Fabrettus habet pag. 690. Inscr. 112. Falconerius pag. 161. Sponius pag. 273.*

EX

EX AFRICA.

In alio simili fragmento.

X.

IMP. M. AURELIO AN
TONINO. AVG. PARTH. MAX.
PRINC. IVVENT. TRIB. POTESTAT.
IMP. II. CAES. L. SEPTIMI.
SEVERI PII. PERTINAC. AVG. ARAB
ADIAB. PARTH. MAX. F. DIVI. ANTONINI
GERM. SARM. NEP. DIVI ANTONINI PRO
NEP. DIVI HADRI. ANTONINI . . . . . .
PARTH. . . . .
. . . .
. . . .
. . . .

x. *Ex Africa cum aliis Florentiam delatum, testatur Octavius Falconerius pag.* 160. *& duo MSS. Bibliothecae Strozianae: modò verò inter alia, quae in Museo Mediceo sunt, haud reperire potui.*

In Columna marmorea Constantiniana, in qua iniuria temporis paucae admodum litterae nunc supersunt.

XI.

. . . .
CONSTANTINVS MAXIMVS
. . . . . . SEMPER . AVG.
. . . .
. . . .
CLAVDIVS. CONSTANTINVS
MAXIMVS CAES. . . . . .
. . . .
. . . .
MC.XXXII

In

In parva Basi Marmorea.

XII.

IOVI
ET.ASCLEPIO
HYGIAE
M. SEVIVS
FAB.
SENECA
EX. 7. VII·ↃIGNATI *sic*
MISSVS. VOTV *sic*
L. A. S

In Cippo Marmoreo.

XIII.

D . M
FLAVIAE
TYCHE *sic*
M' ACILI
VS
EPAPHRO
DITVS
CONIVGI
DVLCISSI
MAE

XII. ASCLEPIO HYGIAE. Ασκληπιῷ Υγίᾳ Esculapio Saluti. EX. 7. VII. Centuria. vel ex Centurione. nota militaris. MISSVS. Vel causaria, ob valetudinem, vel honesta missione. L. A. S. libenti animo solvit.

In Cippo Marmoreo.

XIV.

MEMORIAE
P. LVCILI GAMALÆ *sic*
CN. SENTIVS
LVCILIVS. GAMALA
CLODIANVS
PATRI

In Cippo, ornato simpulo, & patera, in quo mulier iacet in triclinio, cum tripode mensa, catulum in sinu fovens.

XV.

D . M
POMPONIAE . A . F
POSTVMAE
V . A . XV M . IIII
PONTIA IANVARIA
MATER

XIV. *Huius Cippi titulus ad verbum desumptus cernitur ex Basi maxima marmorea in AEdibus Amplis. Senatoris Antonii* del Rosso, *quae incipit* CN. SENTIO CN. FIL. CN. N. TER. FELICI; *quam suo loco videre potes.*

XV. POSTVMAE. Postumus, non post humationem patris. sed POSTVMVS sine aspiratione, ea figura qua intimus, ultimus, optumus dicitur.

In marmoreo Sarcophago pulcherrimo, quatuor pedes oblongo, octo figuris marinis, aliisque monstris ornato in modum Bacchanalis, cuius labrum coronat haec Inscriptio, unico versu.

XVI.

ALLEDIAE. MARCIAE. FILIE DVLCISSI . . . . *sic*
. . . . DIEB. XIIII. ALLEDIVS. TROFIMIANVS. ET
AELIA. MARINA. PARENTES. BENE. MERENTI FECER . . .

In marmoreo Sarcophago striato, & optime elaborato.

XVII.

D. M.
M. AVRELIO
SECVNDO
FILIO
DVLCISSIMO

In Arca parva marmorea.

XVIII.

A. BAEBIO A. F. GAETVLICO
VERATIA. LACAENA
VIRO. OPTIMO

In Cippo marmoreo, in quo Mulier iacet in triclinio, cum viro sedente ad eius pedes super scabello, dexteram ori admovente, cum mensa tripode, & puero vas ministrante.

XIX.

. . . . ΕΥΦΡΟΣΥΝΗ . . . .
ΥΜΟΥ ΑΛΒΑΝΙΟΥ ΙΜΑΔΟΥΙ . . . . . .
. . . . ΧΡΗΣΤΗ
ΧΑΙΡΕ

Id est

Euphrosyne . . . . Albanii . . . . bona vale.

In

In eleganti Urna rotunda marmorea.

XX.

PHILAETIVS . PRIVIGNVS
ET . DVSERIS . NOVERCA
IN . VITA . VIX . CREDIBILE
VNANIMES
MORTVI . HAC . EADEM . VRNA
CONCORDES REQVIESCVNT

In alia Urna antecedenti omnino simili.

XXI.

D M
PHILONICI . PRIVIGNI . ET
DYSCHERIAE . NOVERCAE
CINERES . HEIC . CONDITI
PRISTINI . ODII . MEMORES
VNA . RENVVNT . COMMISCERI

XX. PHILAETIVS . PRIVIGNVS ET . DVSERIS . NOVERCA . Verba rebus apta . Φιλαίτιος . litigandi , & contendendi cupidus . Δύσερις . contentiosa , morosa , difficilis.

XXI. PHILONICI . PRIVIGNI . ET DYSCHERIAE . NOVERCAE CINERES . Φιλονείκου καὶ Δυσχερίας . Contentiosi , & Morosae .

PRISTINI . ODII . MEMORES . Hinc proverbium : *Odium novercale .*

VNA . RENVVNT . COMMISCERI . In communi rogo discordium fratrum Thebanorum Eteoclis , & Polynicis fumum ipsum non potuisse commisceri tradunt Poetae , verum in contrarias partes abiisse . Statius Papinius Thebaidos Libro XII.

exundant diviso vertice flammae ,
Alternosque apices abrupta luce coruscant .

Eruditis viris φιλαρχαίοις *hae duae perelegantes Urnae falsitatem redolere videntur . Protulit ambas Fabrettus pag.* 201. *&* 202. *sed nonnullis cum mendis .*

In

In Urna marmorea sine operculo.

XXII.

D M
T. AELIO FELICI
AVG LIB
ADIVTORI
A . R . TA'
NEOM . LIB

In Urna marmorea quadrata pulcherrimis exculpta ornamentis.

XXIII.

DOMITIAE . PHYLLIDIS
C. C. DOMITI . LEMNI
PROCVR
GERMANICI CÆSARIS

XXII. ADIVTORI A . R . TA' *idest Adiutori a Rationibus Tabularii. Vide Pignorium de Servis. Tabularium idem quod Archivum.*

XXIII. DOMITI . LEMNI. idest Domitii Lemnii. Horat. culpa deterere ingeni. Passim apud Poetas, ut — ignobilis oti.

Aliam, vel eandem, sed perturbatam, vulgavit Gruterus pag. 590. 12.

In operculo Urnae rotundae marmoreae.

XXIV.

C. POPILLI MONTANI

In Urna quadrata, ornata leone, tigre, aliisque ornamentis.

XXV.

D. CL. M
A NTHENODORÆ
CL . SYRA
MATER

XXIV. C. POPILLI. forte: Popilii. Popilius Laenas dicebatur is, qui Ciceronem iussu M. Antonii interfecit. sic de Lucilio Senecae amico, vulgo fecerunt Lucillum.

XXV. ANTHENODORÆ. Error quadratarii. Athenodora. i. Dono Minervae, nata. SYRA: e Syria. Leo, & tigris, Bacchi Symbola, matrem ostendunt Liberi patris cultricem.

In alia simili.

XXVI.

L. VALERIVS
A. F POM
FESTVS

In Urna rotunda cum duobus Geniis lugentibus.

XXVII.

D . M
VLPIA . . . . .
ET VLPIO . . . . .
CALO AVGVS
TORVM LIB
ERTO

In parva base.

XXVIII.

. . . SIC . . . AR
M. TREBONIO C. L
DONVM DAT LIBEN;
MERITO D

In urna quadrata.

XXIX.

CRISPINIA . L . F . FIRMA
VALERI . FESTI.

In Urna quadrata elegantissima, cum capitibus arietinis, avibus, & encarpo.

XXX.

V F
GNEVS . PECCATIVS
BALBVS VI . VIR
SIBI ET . Q. PEC
VIXIT . AN . LXI

In Urna simili.

XXXI.

POPILLIA . C . C . L.
IANVARIA
VIX . ANN . XXIII.

XXVI. POM *idest* Pomptina Tribu.
XXVII. *Forte* VLPIO PHILOCALO &c.
XXX. *Fabr. habet pag.* 29. *Inscript.* 132.
XXXI. C. C. L. i. *Caiorum Liberta.*

In

In Urna quadrata.

XXXII.

D M
L. VALERIO EVTYCO
FVRIA CLETE . CO
IVGI . B . M . FECIT

In Urna quadrata.

XXXIII.

D L M
SECVNDIONI
VIX . AN . XVI
IVCVNDVS VICARIO
BENEMERENTI

XXXIII. SECVNDIONI. Secundio. Diminutivum Secundi. Sic Caesario, quem Caesar ex Cleopatra habuit. Καισαρίων, parvulus Caesar, in aula ludens.

Sponius pag. 218. *Sect. vi. Fabr. pag.* 304. *Inscr.* 296. *mendosè vulgarunt.*

In eleganti Urna quadrata, aquilis, & avibus edentibus ornata.

XXXIV.

D . M . EVTYCH
ETIS . FECIT
HERMEROS
VICARIO

In Urna simili.

XXXV.

D M
FABIAE MHLANITHIDI *sic*
CONIVGI KARISSIME
CVM QVA VIXIT ANN. XXV
L. FABIVS PERGAMVS
ET . SIBI

XXXIV. EVTYCHETIS. Eadem figura qua *Thales Thaletis*. VICARIO. *Vicarii, Atrienses*, &c. genera servorum.

Sponius habet pag. 14. *Fabr. pag.* 303. *Inscr.* 290.

XXXV. *Reinesius aliquibus mendis corruptam refert pag.* 739. *Inscript.* 63. *Cl. xiv.*

Inſcriptiones ſequentes in pariete Veſtibuli Regii Muſei Medicei locatae viſuntur.

EX AFRICA.

XXXVI.

. . . . I . HADRIANI . ABNEPOTIS
. . . .TONIS ET EXEDRIS.CVM.STATVIS

XXXVI. ET EXEDRIS. ταῖς ἐξέδραις. *De exedris vide Vitruvium l. 5. cap. 11. Strab. l. 17. Plin. l. 5. epiſt. 6. & Reineſium cl. 2. pag. 263. Falconer. pag. 163.*

In fragmento Sarcophagi.

XXXVII.

M . CVRTIVS
VICTORINVS.
ET . PLOTIA
MARCELLA
VIVENTES . FECERVNT
SI DEVS PERMISERIT
SIBI

XXXVIII.

D ♡ M
T. FL . AVG . LIB . TYRAN
NVS . ET FL . SATVR
NINA . VIB . FECER .
SIBI . ET . SVIS . LIB .
LIBERTABVSQVE
POSTER . EORVM ❦

XXXVII. ET . PLOTIA *i.* Plautia, ut Clodius, Claudius; Polla, Paulla.

XXXVIII. VIB. FECER. *i.* Vivi fecerunt.

Fabr. habet pag. 82. Inſcript. 125. quam alibi exiſtentem ponit.

Aliam huic ſimilem, inferius invenies, inter has Veſtibuli Medicei Inſcriptiones.

XXXIX.

XXXIX.

D · M
MAGNIA . TYCHE . FECIT . SIBI .
ET . KARIS . SVIS . T . MAGNIO . ANI
CETO . ET . T . MAGNIO . EVTHYCHO . ET .
Q . TILLIO . FIGVLIANO . BENE . MERENTI
BVS .
ET . LIBERTIS . LIBERTABVSQVE . POS
TERISQVE . EORVM . H . M . D . M . A .
ITEM . TI . CLAVDIO . HONORATO . ET . CLAVDIAE
MARCELLAE
AMICIS . FIDELISSIMIS . VASA OBRENDARIA . DVA . ITEL *sic*
OLIARIA . TRIA . INTROEVNTIBVS . PARTE DEXTERI
ORE . FECIT . ET . DONAVIT

XXXIX. H.M.D.M.A. *i.* Huic Monumento Dolus Malus Abesto. VASA OBRENDARIA . DVA . *De his vide Guther. de Iure Man. l. 2. c. 24. Rigalt. in Not. ad Auct. Rei Agr. pag. 296. Fabr. pag.* 14. OLIARIA TRIA . *forte* OLLARIA TRIA. *error quadratarii.*

EX AFRICA.

XXXX.

CAELESTI . AVG . SAC
Q . MATTIVS PRIMVS
AD AMPLIATIONEM
TEMPLI . ET GRADVS
DONAVIT ✳ CXXV
VOT . SOL . LIB . ANI

XXXX. CAELESTI . AVG . SAC . i. *Caelesti Augustae Sacrum* . Hoc Marmor allatum ex Africa . In Africa Venus Caelestis, Αφροδίτη Ουρανία , adorabatur , ut ex S. Augustino , & Tertulliano patet , quae Caelestis dicebatur .

VOT . SOL . LIB . ANI . i. *Votum solvens libens animo . In nonnullis offenderunt Sponius p. 93. & Fabr. p. 667. Inscr. 526.*

XXXXI.

ΥΠΕΡ ϹωΤΗΡΙΑϹ.ΚΑΙ ΝΕΙΚΗϹ.ΚΑΙ ΑΙωΝΙΑϹ.ΔΙΑΜΟΝΗϹ
ΤωΝ ΚΥΡΙωΝ.ΑΥΤΟΚΡΑΤΟΡωΝ:ΛΟΥΚΙΟΥ.ϹΕΠΤΙΜΙΟΥ.
ϹΕΥΗΡΟΥ.ΕΥϹΕΒΟΥϹ.ΠΕΡΤΙΝΑΚΟϹ.ϹΕΒΑϹΤΟΥ.ΑΡΑΒΙΚΟΥ.ΑΔΙΑΒΗΝΙ
ΚΟΥ.ΠΑΡΘΙΚΟΥ.ΜΕΓΙϹΤΟΥ.ΚΑΙ.ΜΑΡΚΟΥ.ΑΥΡΗΛΙΟΥ ΑΝΤωΝΕΙΝΟΥ
ϹΕΒΑϹΤΟΥ ΑΡΑΒΙΚΟΥ.ΑΔΙΑΒΗΝΙΚΟΥ.ΠΑΡΘΙΚΟΥ.ΜΕΓΙϹΤΟΥ. ΚΑΙ
ΛΟΥΚΙΟΥ ϹΕΠΤΙΜΙΟΥ. : : : : .ΚΑΙϹΑΡΟϹ.ΚΑΙ.ΙΟΥΛΙΑϹ.ϹΕΒΑϹΤΗϹ.
ΜΗΤΡΟϹ.ϹΤΡΑΤΟΠΕΔωΝ.ΚΑΙ ΤΟΥ ϹΥΝΠΑΝΤΟϹ. ΑΥΤωΝ.ΟΙΚΟΥ.ΚΑΙ
ΙΕΡΑϹ ϹΥΝΟΔΟΥ Λ.ϹΕΠΤΙΜΙΟϹ.ΤΡΥΦωΝ. ΚΑΙ.ωϹ
ΧΡΗΜΑΤΙΖω.ΑΛΕΞΑΝΔΡΕΥϹ.ΦΙΛΟϹΟΦΟϹ. ΓΕΝΟΜΕΝΟϹ.ΙΕΡΕΥϹ
ΚΑΤΑ ΤΟ ΕΞΗϹ ΔΙϹ ΚΑΙ ΑΡΧΙΕΡΕΥϹ.ΤΟΥ ΚΑΘΗΓΕΜΟΝΟϹ.ΔΙΟΝΥϹΟΥ ΔΙΑ
ΒΙΟΥ.ΕΤΙ ΤΕ.ΚΑΙ ΤΕΙΜΗΘΕΙϹ.ΑΡΧΙΕΡΕΥϹ.ΜΑΡΚΟΥ.ΑΥΡΗΛΙΟΥ ΑΝΤωΝΙΝΟΥ
ϹΕΒΑϹΤΟΥ. ΤΟΥ ΝΕΟΥ:ΔΙΟΝΥϹΟΥ.ΔΙΑΒΙΟΥ.ΚΑΙ ΥΠΟϹΧΟΜΕΝΟϹ.ΑΥΘΑΙ
ΡΕΤΟϹ.ΚΑΙ ΤΑΥΤΗΝ.ΤΗΝ ΑΡΧΙΕΡωϹΥΝΗΝ.ΔΙΑ ΒΙΟΥ ΕΠΙΤΕΛΕΙΝ
ΤΟΝ ΔΙΟΝΥϹΟΝ. ΑΝΑΚΟϹΜΗϹΑϹ.ΕΚ ΤωΝ ΙΔΙωΝ.ΠΡωΤΟϹ
ΛΟΓΙϹΤΕΥΟΝΤΟϹ.Μ.ΟΥΟΛΥϹϹΙΟΥ ΠΕΡΙΚΛΕΟΥϹ
ΕΠΑΝΓΕΙΛΑΜΕΝΟϹ.ΤΟΝ ΔΙΟΝΥϹΟΝ ΑΝΑΚΟϹΜΗϹΑΙ ΕΠΙ ΑΡΧΟΝΤΟϹ
ΒΕΝΤΙΔΙΟΥ.ϹωΓΑ.ΠΥΘΑΥΛΟΥ.ΠΕΡΙΟΔΟΝΕΙΚΟΥ.ΠΑΡΑΔΟΞΟΥ
ΚΑΙ ΓΡΑΜΜΑΤΕωϹ ΑΙΛΙΟΥ.ΑΓΑΘΗΜΕΡΟΥ.ΚΙΘΑΡωΔΟΥ.ΠΑΡΑΔΟ
ΞΟΥ. ΚΑΙ ΝΟΜΟΔΙΚΤΟΥ.ΑΥΛΟΥ.ΟΙΝΕΟϹ.ΤΡΑΓωΔΟΥ.ΠΑΡΑΔΟΞΟΥ.
ΕΤΕΛΕΙωϹΑ ΔΕ.ωϹ ΕΠΗΝΓΕΙΛΑΜΗΝ.ΤΟΝ ΔΙΟΝΥϹΟΝ.ΕΠΙ ΑΡ
ΧΟΝΤΟϹ.ΑΥΡ.ΑΓΧΑΡΗΝΟΥ.ΦΑΙΔΡΟΥ.ΕΦΕϹΙΟΥ.ΚωΜωΔΟΥ
ΠΕΡΙΟΔΟΝΕΙΚΟΥ.ΚΑΠΕΤωΛΙΟΝΕΙΚΟΥ.ΠΑΡΑΔΟΞΟΥ ΚΑΙ ΓΡΑΜΜΑΤΕΟϹ
ΜΕΝΕΚΡΑΤΟΥϹ.Μ. ΑϹϹΥΡΙΟΥ.ϹΥΛΛΕΟϹ.ΚωΜωΔΟΥ.ΠΕΡΙΟΔΟΝΕΙΚΟΥ
ΠΑΡΑΔΟΞΟΥ.ΚΑΙ.ΝΟΜΟΔΙΚΤΟΥ.ΤΙΒ.ΚΛΑΥΔ.ΑΛΕΞΑΝΔΡΟΥ ΛΑΔΙΚΕ
ωϹ.ΤΡΑΓωΔΟΥ.ΚΑΙ ΠΟΙΗΤΟΥ ΠΑΡΑΔΟΞΟΥ

Haec Tabula marmorea est long. & lat. duorum fere pedum Romanorum.

Reinesius Cl. 3. pag. 313. Inscr. 36. plurimis foedatam mendis, & mancam exhibuit hanc Inscriptionem; nec versus eo ordine, quo sunt in marmore, descripsit. Iacobus Sponius geminam descriptionem decem in locis variavit pag. 369. quae operae praetium duxi heic subiicere.

Inter-

Interpretatio Graecae Inscriptionis haec est.

1 *Pro Salute. & Victoria. & aeterna incolumitate*
dominorum. Imperatorum. Lucii. Septimii.
Severi. Pii. Pertinacis. Augusti. Arabici. Adiabeni
ci. Parthici. Maximi. & Marci. Aurelii Antonini
Augusti Arabici. Adiabenici. Parthici. Maximi. &
*Lucii Septimi. * * * Caesaris. & Iuliae Augustae*
Matris Castrorum. & universae. eorum. domus. &
8 *Sacri Conventus L. Septimius Trypho. & ut*
vocor. Alexandrinus. Philosophus. factus. sacerdos
deinceps bis & Pontifex. ducis. Bacchi perpetuus
ac praeterea. creatus Pontifex. Marci. Aurelii Antonini
Augusti. novi. Bacchi. perpetuus. & pollicitus sponte etiam
hoc Pontificium. per totam vitam. exercere
quum Bacchum restaurassem exornassemque de meo princeps
rationes curante M. Volusio Pericle
16. *pollicitus Bacchum restaurare & exornare sub Archonte*
Ventidio. Soga. Pythaula. Periodonica. Paradoxo
& Scriba, AElio. Agathemero. Cytharoedo. Para
doxo. & Nomodicta. Aulo. Oeneo. Tragoedo. Paradoxo
perfeci. ut pollicitus sum. Bacchum. Archonte
Aurelio. Anchareno. Phaedro. Ephesio. Comoedo
Periodonica. Capitolionica. Paradoxo & Scriba
Menecrate. M. Assyrio. Sylleo. Comoedo. Periodonica
24 *Paradoxo. & Nomodicta. Tib. Claud. Alexandro Laodi*
censi Tragoedo. & Poeta Paradoxo.

Reinesius Versu 6. habet ΓΕΤΑ. Α. *Verum τὸ* ΓΕΤΑ. *est scalpro abrasum antiqua manu, ita tamen, ut aliquantisper Getae nomen legi possit.* Α *vero, quae sequitur, non est in marmore.* Getae *nomen adeo Antonino Caracallae fratri invisum, ut etiam in testamentis, aut in Comoediis scribi, vel pronuntiari capitis poena vetuerit, ut Dio. testatur in eius vita.*

Vers. 10. ΑΡΧΙΕΡΕΥΣ *ab hac voce deest usque ad illam sequentis versus τῦ* ΜΑΡΚΟΥ. *adeoque integrum versum omisit. Vers.*

Verſ. 11. ΑΝΤΩΝΙ. *marmor* ΑΝΤωΝΙΝΟΥ.

V. 12. ΔΙΑ ΒΟΙΟΥ. *marm.* ΔΙΑ ΒΙΟΥ.

V. 15. ΛΟΤΙΣΤΕΥΟΝΤΟΣ. *marm.* ΛΟΓΙCΤΕΥΟΝΤΟC.

V. 17. ΣΩΠΑ. *marm.* CωΓΑ.

V. 21. ΑΓΑΡΗΝΟΥ. *marm.* ΑΓΧΑΡΗΝΟΥ.

V. 24. ΛΑΟΔΙΚΕΩΣ. *marm.* ΛΑΔΙΚΕωC.

Ceterum etiam verſus non eo iacent ordine, quo in ipſo marmore.

Apud laudatiſſimum Iacobum Sponium decem in locis lectio ſic variat a marmore.

V. 3. ΣΕΟΥΗΡΟΥ. *marm.* CΕΥΗΡΟΥ.

V. 6. ΣΕΠΤΙΜΙΟΥ ΓΕΤΑ. τὸ ΓΕΤΑ *leviter abraſum, ſublatumque antiqua manu, ut non legatur.*

V. 9. ΧΡΗΜΑΤΙΖΩΝ. *marm.* ΧΡΗΜΑΤΙΖω, *error quadratarii, legendum* ΧΡΗΜΑΤΙΖω.

V. 11. ΑΝΤΟΝΕΙΝΟΥ. *marm.* ΑΝΤωΝΙΝΟΥ.

V. 16 ΕΠΑΝΤΙΛΕΜΕΝΟΣ. *marm.* ΕΠΑΝΓΕΙΛΑΜΕΝΟC.

V. 17. ΣΩΤΑ. *marm.* CωΓΑ.

V. 19. ΟΙΝΕΩΣ. *marm.* ΟΙΝΕΟC.

V. 23. ΜΕΝΕΚΡΑΤΟΥΣ ΑΣΣΥΡΙΟΥ. *marm.* ΜΕΝΕΚΡΑΤΟΥC. Μ. ΑCCΥΡΙΟΥ.

V. eod. ΣΥΛΛΕΩΣ. *marm.* CΥΛΛΕΟC.

V. 24. ΛΑΟΔΙΚΕΩΣ. *marm.* ΛΑΔΙΚΕωC.

V. 15. Μ. ΟΥΟΛΥCCΙΟΥ. M. VOLVSSII. *ideſt* Voluſii. *Catull. Annales Voluſi. cacata charta. Ita apud Suidam* Κυρίωσος *pro Latino* curioſus.

V. 17. ΠΑΡΑΔΟΞΟΥ. *De Paradoxis vide Petrum Fabrum* ἀγωνιστικῶν.

V. 19. ΝΟΜΟΔΙΚΤΟΥ. ideſt ΝΟΜΟΔΕΙΚΤΟΥ. i. nomorum, ſeu modorum tibiae monſtratoris.

V. 24. ΛΑΔΙΚΕωC. i. ΛΑΟΔΙΚΕωC. ſic λατομίαι, pro λαοτομίαι. Lapidicinae. Lat. *Latomiae*, & *Lautumiae*.

XXXXII.

XXXXII.

D M

L ❧ VALERIVS ❧ FELIX ❧ FE
CIT ❧ SIBI ❧ ET ❧ AELIAE ❧ ELPIDV
TI CONIVGI ❧ SVAE ❧ ITEM ❧
LIBERTIS ❧ LIBERTABVSQVE
POSTERISQVE ❧ EORVM
ET . COMINIAE . CHRYSIDI . CON
IVGI SVAE ❧
H ❧ M ❧ D ❧ M ❧ A

XXXXII. *Haec, & aliae similes Tabulae marmoreae cum Inscriptione in medio, & longis foraminibus in utroque latere, collocatae erant supra Ianuas Sepulcrorum, & foramina inserviebant pro fenestris ipsius Sepulcri; quod observavit, mihique monstravit, omni laude maior doctissimus, & eruditissimus Senator Philippus Bonarota in Sepulcris Vineae Corsiniae, antequam dirueruntur. Videndus P. S. Bartolus in antiquis Sepulcris Tab.* 4. *litt.* C.

XXXXIII.

D . M
BENE OSSIBVS
CINERIBVSQ
Q CANINI
MARTIALIS
CANINIVS
EVTYCHES
FRATRI
B . M

XXXXIV.

D M
PETRONIO . LO
NO . MILITI COH X
PR ❧ B M
AVRELIVS. VIBIVS. M*ile*
S COH X PR ❧ IVSTI H*e*
RES . FECIT
FLORENTINI

XXXXIII. *Restitui hanc Inscriptionem, quae modo in marmore haud facile legitur, ex veteri Apographo Cl. Senatoris Caroli Strozae, eruditissimi Antiquitatum omnium indagatoris, qui ait, repertam fuisse anno* 1662. *die* 12. *Martii in horto eruditissimi viri Cosmae* Della Rena *iuxta Portam Romanam Urbis Florentiae.*

XXXXIV. FECIT FLORENTINI. FLORENTINI additum postea alia manu haud leviter reor.

XXXXV.

Q. ERIVS. III. Ↄ L. FAVS...

ERIA. Q. Ↄ L. DORIS

XXXXVI.

D . M
ELEVTERO . C. IVLI
FLORENTINI
SERVO
VIXIT . ANNIS . XXX
FECIT . IVLIA . HYG
IA . CONIVGI
SVO BENEMER..
TI

EX AFRICA.

XXXXVII.

D M S
M AEMILIVS RECEPTVS ROGA
TIANVS . PIVS . VIXIT . ANNIS . LXIII . H . S . E
HVIC. AEMILIA. RECEPTA. VXOR. ET. P. SEXTICIVS. APOLLINARIS
ET. AEMILIVS SATVRNINVS HEREDES. MONVMENTVM
FECERVNT

XXXXVII. *Falcon. p.* 163. *Huius Inscriptionis modo nonnullae litterae fugerunt.* H. S. E. hic situs est.

XXXXVIII.

XXXXVIII.

D . M . S
LICINIAE . SP. F. LYCORIƆ
L . POMPEIVS IANVARIV
CONIVGI. SANCTISSIMAE
P. LICINIVS. AVGVSTALIS
MATRI DVLCISSIMAE
NICANDER. F. PIISSIMAE
HOSTIL. ALCE. SOBRINAE
AMANTISS. V. A. XXVIII.

XXXXVIII. SP. F. *idest* Spurii Filiae, LICORIƆ. *i.* Lycoridi. Hac inscriptione continentur variae affectuum, & propinquitatis species, cum suis titulis. SANCTISSIMAE. σεμνοτάτῃ. DVLCISSIMAE. γλυκυτάτῃ. PIISSIMAE. ὁσιοτάτῃ. AMANTISS*imae*. ποθεινοτάτῃ.

IANVARIV. elisa S. Lucretius.

Lumina quin etiam Solis bonus Ancu' reliquit.

EX AFRICA.

XXXXIX.

. . . . . . IANAM BASILICAM
. . . . TROILVS CAECILIANVS CVR. R. P. FECIT

XXXXIX. CVR. R. P. *idest* Curator Rei Publicae, *vel* Romani Populi. *Falconerius habet pag.* 162.

L.

C. VMBRICIVS. C.F.SCA.CANSO COION. ADIECT. D.D.FLORENT. SIBI ET ꝯ.	VOLTVRNIAE C. FILIAE. TERTVLLAE VXORI

L. C. VMBRICIVS. forte ex Umbria id nominis nactus.

SCA. i. *Scaptia Tribu*. Florentia Colonia Militaris in Tribu Scaptia censebatur.

CANSO COION. &c. idest *Canso Coloniae. Adlectus Decreto Decurionum Florentinorum*. Romae Senatores, in Coloniis Decuriones.

Linea transversa literae L *paene detrita est, & saepius deest in Inscriptionibus.*

CANSO. forte quasi CAMPSO. Κάμψων.

VOLTVRNIAE. Videtur Etrusca vox. Volaterrae, Vulsinii. *Vol* excelsum significat; unde forte *Volare*. Nam *Volo* a πετῶ, quod vult Vossius, durum.

TERTVLLAE. ὑποκοριστικὸν a Tertia.

Reperit hoc monumentum doctissimus Petrus Victorius iuxta Oppidum S. Casiani. Vide Vincentium Borghinium pag. 60. De Orig. Urb. Florentiae.

LI.

DIIS
MANIBVS,
Q. FVFICVLENI,
,HERMAE,
FVFICVLENA.ALCINOE
CONIUGI, PIENTISSIMO
ET.Q.FVFICVLÉNVS DIGNVS,
COLLIBERTO OPTIMO,
ET.TI.CLAVDIVS.ALEXANDER
AMICO, FIDELISSIMO,

LII.

D. M
COMINIAE. VEN
VSTAE. ET. COMIN *sic*
INIAE. SECVNDAE
SORORIBVS. L. CO
MINIVS. SECVND
VS. FECIT. PATER

LI. Q. FVFICVLENI, Fufius, primitivum, unde *Metius Fufetius Albanus*. non ut vulgo; *Suffetius*. Muret.

ET. Q. FVFICVLÉNVS DIGNVS, Graecum tertium nomen Ἄξιος.

LII. VENVSTAE. Venuſtus. Ἐπαφρόδιτος. & diminutive Ἐπαφρᾶς.

COMININIAE. *sic in Lapide; sed fabrilis est error. legendum* COMINIAE.

L. COMINIVS. SECVNDVS. Cognomen Pliniorum, Senioris, & Iunioris.

LIII.

L. AEMILIVS Ɵ L. F. IVSTVS Ɵ VIXSIT. ANN. V̄. MENSIBVS. V̄ĪĪĪĪ. DIEBVS. X̄V̄ĪĪĪĪ.	APVSTIA. Ͻ. L Ɵ PRISCILLA Ɵ VIX. AN. X̄X̄ĪV̄. MENS ĪĪ. MATER. IVSTI Ɵ DECESSIT. SEPVLTO FILIO. POST. DIES. L̄X̄X̄X̄

LIII. L. AEMILIVS. In Faſtis Capitolinis AIMILIVS ab αἵμυλος.

Adno.

Adnotare mihi placuit duo illa parva foramina , per quae ferro , aliove metallo sepulcralis hic titulus elegantissimus Ollae cinerariae fuit affixus ; quod etiam in sequentibus facere non praetermittam . De his Titulis fusius agit Fabrettus Inscrip. Antiq. Cap. I. De Titulis , & Columbariis .

DECESSIT . *idest* mortua est . *Hoc verbum* Decedo *pro* Morior *tum in Ethnicis , cum in Christianis Inscriptionibus usitatum animadverto .*

LIV.

DIS . MANIBVS
RVBRIAE . NICE
SERVILIVS . SIGERVS
PLOTIAE . ISAVRICAE . LIB
ET . RVBRIA . SEVERA . FECERVNT
ET . LIBERTIS . LIBERTABVSQVE . SVIS
POSTERISQ. EORVM
ET . AMICIS . OPTIMIS
ET . SIBI

LV.

D M
STABERIAE . RESTv
TAE . L . ANTONIVS
CHARITO . CONIVCI
BENE . MERENTI .

LIV. SERVILIVS . SIGERVS . ἀπὸ τῆς σιγῆς . Tacitus .

LV. RESTvTAE . Scriptum pro RESTITVTAE . Sic in Pandectis Florentinis , eadem , vel similis syllaba non repetitur .

CHARITO . Χαρίτων . *sic* Plato . Πλάτων .

LVI.

LVI.

VALEN S SALIN *
MAXIMV S LEIIDRE .
SEDATV S TIBVR I
CLEMEN S PISA S
FESTV S NOLEN S
VIRTIV S NOLEN S
MAXIMV S VOLATER
MHIIT
ATTIC COS
HERCVLANVS HERCVFAL
SEVERV S OSTI A
SATVRNINV S TARRACIN
VOCISCV S STV . O N
FVFICIV S BONONI A
SEXTILIANVS CLVSI O
ALCIMV S ROM A
IVSTINV S DERTONA)
MAX (COS
MARTANV S CREMON A
CRESCEN S CREMON A
FIRMV S OSTI A
SII CV S MEDIO L
S DV S MARSI S
IV S ANCON A
*
MAXIMV S FANOFORT
LONGINV S CROM A
MARCI EVOCI
ATTICO COS
VERINV S TAVRI N
MAXIMV S TARVIS O
CLEMEN S TICIN O
FELI X RVSTI I
MAXIMO COS
MAXIMV S HERAC L
TACITV S LVN A
SECVNDV S TARVISI O MO
SOSSIV S BONONI A TVBL
PRISCI SI
ATTICO COS
PATERNV S ALBIN O
VERV S VRVIN O
MENODOTIVS TVSCAN A SP
MARCELLV S DOIIRO
PROCVLV S BVTRI O
MAGNV S SPOLI SBVC
MAXIMO COS OPT
SEVERV S ARIMI N
FRONT O POPV L
APRONIANV S AQVILEI A
SEVERV S FIR MPI C
MAXIMV S LVC A
7·FEROCIS
ATTICO CoS

TORQVATO ET ATTICO COS
FC. L VIBIV S SECVNDV S AQVIL
A CATINN A SVRIV S FLOREN T
T LATIV S SEVERV S TVDE R
Q MVLVIV S PLACIDIANVS NVCCO N
Q MODIV S CELSV S NVCCO N
AVITO ET MAXIMO COS
C IVLIV S PRIMITIVV S AMITER N
L CANINIV S CELE R LVC A
CN TERENTIV S COGITATV S LVN A
Q SALLVSTIV S VLNVTIANV S ANCON A
T FLAVIV S HONORATV S LVC A
L RAECIV S SALVIANV S VRIESA L
L VALERIV S CARV S AQVIL I
L MANIV S MARITIMV S TRIDEN T
TORQVATO ET MAXIMINI ATTICO COS
SEX BAFRIV S SECVNDV S TICIN O
ISSC VAESENV S PROCVLV S VRVIN O
T INNIV S SEDATV S IADE R
SEX PATVLCIV S IVLIANV S PVTEO L
T CALINIV S MARCELLV S FAN FOR T
C ARMINIV S PROBV S VOLATE R
C VALERIV S SECVNDV S VERO N
AVITO ET MAXIMO COS
SP. L ATILIV S TERENTIANVS BONO N
FCC CLVNIV S PROCVLV S LVC A
C TROCILIV S VERECVNDVS CREMO N
SEX RVMMIV S PACATV S CARSV L
Q CAMIANIV S CRESCEN S MEDIO L
M AELIV S MAXIMV S FORMI S
7 IIDARNI
TORQVATO ET ATTICO COS
C SEPTICIV S CRISPINV S AMITER N
Q CAELIV S FELI X NEAPOL I
L SALVIV S ADIVTO R VERCELL
L LAELIV S NEPO S VERCELL
AVITO ET MAXIMO COS
T CAESERNIVS FESTINV S EMON A
C VALERIV S IVSTV S MANTV A
C MATTIV S SECVNDV S TICIN O
M SILICIV S VERV S VRVIN O
C GEMINIV S VITALI S DRIPSIN O
L ATINIV S MARCELINV S MANTV A
M SATTIV S RVFINV S VOLCEI S
C VERNASIV S DEXTE R FOROSEMPR
L GELLIV S VERV S FO OSEMPR

LVI. *Haec Tabula marmorea est longitudine, & latitudine duorum, & amplius, pedum Romanorum. Inscriptio primum a Grutero, deinde a Montfauconio allata, sed partim mutila, & inemendata, nunc integra affertur, & castigatior; praesertim ex vetere Autographo Senatoris Caroli Strozae Patris Antiquitatum praestantissimi, ex Codice num.* 1149. *celeberrimae eiusdem Bibliothecae. Montfauconius ex altera marmoris extrema parte se vidisse memorat e regione duas aves cum ramis oleaginis in rostris, & quoddam Inscriptionis fragmentum, quod exhibet; sed modo legi non potest, cum parietis impleat loculum.*

** *Desunt apud Gruterum pag.* 301. *& apud Montfauconium pag.* 389. *Diar. Ital. quae his lineis clusa sunt.*

VALENS. *In primae columnae fragmento desunt Militum praenomina, & nomina. Cetera vero adeo vetustate detrita, ut modo haud facile legi possint. Memoriae proditum, olim Romae locatum fuisse in cuiusdam Templi pavimento. De hac meminit doctissimus Vincentius Borghinius de Origine Urbis Florentiae pag.* 213.

TORQUATO ET ATTICO COS. *Consulibus Anno ab U. C.* 896. *Anno Christi* 143.

AVITO ET MAXIMO COS. *Consulibus Anno ab U. C.* 897. *Anno Christi* 144. *His Consulibus Imperante Antonino Pio* FLORENTIA *inter alias Romanorum Colonias numeratur, ut habetur ex Marmore.*

In prima Columna SEDATVS .respondet τῶ Ησύχιος. quemadmodum QVIETVS. quod nomen in quadam infra allata Inscriptione apparet.

HERCVLANVS. τῶ Ηράκλειος. Heraclius, Herculeus.

MARTANVS. τῶ Αρειος. Arius, Martialis.

VOCISCVS *forte* VOPISCVS.

CRESCENS. Gr. Κρήσκης. LONGINVS. Λογγῖνος. FELIX. Graece repraesentatur Φήληξ. quare male cum diphthongo a quibusdam scribitur. SOSSIVS. quasi Σώσιος. ἀπὸ τῦ σῶσαι, a servando.

APRONIANVS. Unum ex nominibus Consulis eius, qui Virgilium Mediceum distinxit, & emendavit. *Turcius Rufus Asterius Apronianus.*

In

In secunda Columna PISAS. pro PISIS. Marmor Pisanum, quod Valer. Chimentellius Lib. De Honore Bisellii illustravit, habet: D. M. Q. LARGENNIO Q. F. GAL. SEVERO. AEDILI. PISAS. Q. LARGENNIVS CHRESIMVS PATER &c.

OSTIA, Urbs, & Portus, ita dicti ab Ostiis Tiberis. Male qui *Hostia*, & *Hostiensis* scribunt, etymon enim est ab *ore*, seu faucibus.

LVNA. antiqua Etruriae Urbe diruta. Lunensi Provinciae ea nomen dedit, & marmoribus Lunensibus, quae Pariis candore minime cedunt.

ALBINO. suspicabar: ALTINO Urbe Ravennae proxima.

VRVINO. notandum pro VRBINO.

BVTRIO. Strabo. Βούτριον. τῆς Ραυέννης πόλισμα.

SPOLI. idest SPOLETO.

POPVL. idest POPVLONIO. Antiqua Etruriae Urbe diruta.

In medio secundae, & tertiae Columnae. ISS. *forte* inferius, *vel* infra scripta sunt, *vel* sint.

MO. *Forte hac nota significatur* MILES OPTIO.

TVB. *f.* TVBICEN. BVC. *f.* BVCCINATOR.

SP. *f.* SPECVLATOR, *quae officia Militibus Centuriarum conveniunt*.

EVOC. F C. *f.* EVOCATI FISCI CVRATORES.

OPT. *f.* OPTIO.

In quarta Columna. PACATVS. Huic respondet ὁ εἰρηναῖος.

ADIVTOR. Βοηθός. Boethus, *unde* Boethius.

In quinta Columna. IADER. i. IADERA. Dalmatiae Urbe, hodie *Zara*.

FORMIS. idest FORMIIS. Sic *Pompei*, *Tulli*, in Numis, pro *Pompeii*, *Tullii*.

EMONA. suspicabar legendum CREMONA, nam sequitur MANTVA, Virg.

Mantua vae nimium miserae vicina Cremonae.

sed constanter legitur EMONA, quemadmodum in alia simili Inscriptione infra posita.

VOLCEIS, pro VOLSCIS, quos Plutarchus appellat Οὐολούσκους.

LVII.

APPIVS CLAVDIVS
C. F. CAECVS
CENSOR. COS. BIS. DICT. INTERREX. III
PR. II. AED. CVR. II. Q. TR. MIL. III. COM
PLVRA. OPPIDA. DE. SAMNITIBVS. CEPIT
SABINORVM. ET. TVSCORVM. EXERCI
TVM. FVDIT. PACEM. FIERI. CVM TYRRHO
REGE. PROHIBVIT. IN CENSVRA. VIAM
APPIAM. STRAVIT. ET AQVAM. IN
VRBEM ADDVXIT. AEDEM BELLONA *sic*
FECIT.

LVII. *Hanc Inscriptionem, Arretii suo erutam tempore, memorat Borghin. pag.* 186. *De Orig. Urbis Flor. in qua fabrile erratum notat* TVRRO *pro* PVRRO. *verum marmor habet* TYRRHO. *Doctissimus, aeque ac Clarissimus Vir Antonius Augustinus Archiepisc. Tarraconensis eam laudat Dial. X. p.* 275. *Gruterus exhibet p.* 389. 4. AEDEM BELLONA FECIT. scilicet BELLONAE.

Fragmentum ex Africa advectum.

LVIII.

. . . .
ANTONINI ////////////////////
//////// AVG ꝏ TOTIVSQ. DO
MVS EORVM. C. VOICIVS QVIE
TVS ARAM A SOLO. EX HS ꝏ D
N. S. P. F. IDEMQ. DEDICAVIT
ET OB DEDICATIONE CON *sic*
GENTILIBVS ET . SACERDOTI
\ VISCERATIONEM ET EPV

LVIII.

. LVIII. ANTONINI ... *post hanc vocem adest spatium fere unius pedis Romani, adeoque maius quam Getae solius nominis abrasio requirat. De his veterum Lapidum excalpturis consulendus summae eruditionis, & doctrinae Vir Clarissimus Iustus Fontaninus lib. 1. cap. 3. de Antiquitatibus Hortae.*

VISCERATIONEM ET EPV*lum*. *Visceratio* Graecis Historicis Rerum Romanarum κρεανομία; idest *carnium distributio, quae populo fiebat.*

In Dedicationibus panis, vini, olei & carnium Populo viritim divisio dabatur, ut testantur antiqui Lapides. VISCERATIO *Populo data memoratur in alia Inscriptione apud Fabr. p. 242. Inscr. 656.*

Vulgarunt hanc Falconerius p. 160. Spon. p. 62. Fabrett. p. 657. sed parum accurate, ut conferentibus patebit.

LIX.

D M

RACILIA . EVTYCHIA
FECIT . CN . RACILIO.
TELESPHORO . PATRO
NO . ET . CONIVGI . CVM
QVA . VIXIT . ANNIS . XXI . MENSI
BVS . VII . ET . CN . RACILIO . FRVC
TVOSO . FILIO QVI VIXIT . ANNIS . X.
MENSIBVS VIIII . DIEBVS . XXII . HORIS .
V : ET . SIBI . ET . RACILIAE . FRVCTVOSAE . FI
LIAE . NATVRALI . IDEMQVE . SOCIAE
ET . LIBERTIS . LIBERTABVSQVE . POSTERISQVE
EORVM . ET . SI QVIS . HVIC . MONIMENTO . POST . ME .
ALIQVAM . CONTROVERSIAM . FACERE . VOLV .
ERIT . AVT . DE NOMINE . AVFERRE . INFERET . AERA
RIO . P . R . ⳨ V . M . N . IN FRONTE . P . XIIS . IN . AGRO . P . XII . H . M . D . M . A

LIX. EVTYCHIA. respondet Latinis *Fausta*, *Fortunata*.

TELESPHORO. *Perfecto*. Telesphorus Deus infantulus cucullatus, Hygeae, & Aesculapii comes.

CN. RACILIO. Gr. γναῖος. sic scribebant *Cains*, & pronuntiabant *Gaius*, teste Fabio.

IDEMQVE. SOCIAE. i. *itidemque*, vel *itemque*. P. R. i. *Populi Romani*. ĦS V. M. N. *Usitata sestertiorum nota haec est* H-S. *Quid in hoc Lapide* H *tantum absque* S *iuncta significet*, *nil certi audea affirmare*; *Marmorarium oblitum* H *apponere* S, *quae constanter iuncta cernitur in vetustis lapidibus*, *dubitare possumus*.

IN FRONTE P. XIIS. &c. *idest* Pedes duodecim & semis. In Agro Pedes duodecim.

H. M. D. M. A. Huic monumento dolus malus abesto.

Fabrettus exhibuit pag. 47. *Inscript.* 266. *versu* 9. *mendum admisit*. RACILIAE. FORTVNATAE. *Marmor*: RACILIAE. FRVCTVOSAE.

Fenestris ornatur & haec marmorea Tabula superiori omnino similis.

LX.	LXI.
Q. GARGENNIVS	D M
L. F. SCA	G RANTANIVS
CELER	SCAPTIA. MACER
FLORENTIA. MIL	FLORENTIA.
COH. XI. PR	MIL. COH. X
VIX. A. XXIV	VRB. CESERI.
MIL. A. VI	VIX. ANN. XXI
H. S. E	MIL. ANN. V
	EX. TES. P. IV

LX. H. S. E. *Hic Situs est*. Epigramma Pacuvii apud Gellium: *Hic sunt Poetae Pacuvii Marci sita ossa*.

Inemendata apud Sigonium de antiquo Iure Italiae pag. 69. *Gruterus habet pag.* 543. 5.

LXII. EX TES. P. IV. *i.* Ex testamento poni iussit. *Gruterus pag.* 543. *b. uno cum mendo* .

LXII.

Q. F. MAXIMVS
DICTATOR. BIS. COS. V. CEN
SOR. INTERREX. II. AED CVR
Q. II. TR. MIL. II. PONTIFEX. AVGVR
PRIMO. CONSVLATV. LIGVRES. SVBE
GIT. EX. IIS. TRIVMPHAVIT. TERTIO. ET
QVARTO. HANNIBALEM. COMPLVRI
BVS. VICTORIS. FEROCEM. SVBSEQVEN
DO. COERCVIT. DICTATOR. MAGISTRO
EQVITVM. MINVCIO. QVOIVS. POPV
LVS. IMPERIVM. CVM. DICTATORIS
IMPERIO. AEQVAVERAT. ET. EXERCITVI
PROFLIGATO. SVBVENIT. ET. EO. NOMI
NE. AB. EXERCITV. MINVCIANO. PA
TER. APPELLATVS. EST. CONSVL. QVIN
TVM. TARENTVM. CEPIT. TRIVMPHA
VIT. DVX. AETATIS. SVAE. CAVTISSI
MVS. ET. RE. MILITARIS. PERITISSIMVS
HABITVS. EST. PRINCEPS. IN. SENATVM
DVOBVS. LVSTRIS. LECTVS. EST

LXII. *Marmoream hanc Tabulam ex antiquis ruderibus Theatri Florentini effossam, una cum fragmentis Statuae Q. Fabii Maximi, clare testatur Borghinius pag.* 185. *De Origine Urbis Florentiae. Antonius Augustinus laudat Dial. X. pag.* 277. *Gruterus ex Borghinio vulgavit p.* 406. *Inscript.* 7. *Referunt etiam Iac. Mazochius Epigr. Antiq. Urbis pag.* 18. *& Petrus Appianus pag.* 176. *ubi male suadetur eam Arretii asservari.*

DVX.

DVX. AETATIS. SVAE. CAVTISSIMVS. ET. RE [l. REI.] MILITARIS. PERITISSIMVS HABITVS. EST. Hanc dicendi formulam arripuit, qui Inscriptionem in Iohannem Acutum [*Aughout*] Equitem Britannicum fecit; cuius equestrem pictam imaginem inter illustres Viros, & de sua Republica benemerentes, Florentini in Maiore Ecclesia posuerunt.

Fragmentum Inscriptionis ad Ludos equestres spectantis.

LXIII.

....			.	....	...	.
.....	MENIPPO	.CINIS	X	HILARO	...	.
.....	AEGYPT	. PE	. I	MACVL	....	.
.....	PEGASO	. AF	. I	AQVILIN	...	.
.....	EVTONO	. AF	. I	PEGASO	. A.	..
....I	ADVOLA	. AF	. I	COTYNC	. AF	..
....I	DROMO	.HISP	. I	SICA	. AF	..
....I	PASSER	. AF	. I	CIRRATO	. AF	..
. AF I	LVPO	. AF	. I	MELISS	. AF	. I
GAL I	LVCIN	. AF	. I	DELICAT	. MAV	. I
. AF I	SILVAN	. AF	. I	PARATO	. AF	..
AF III	EVTONO	. AF	V	BALLIST	. AF	:
AF III	PYRALL	. AF	IV	ANDREM	. AF	.
AF III	PARDO	. AF	IV	SPICVLO	.GAL	V
AF III	ROMVLO	.LAC	V	ROMVLO	. AF	V
.. IV	RAPACE	. AF	V	LVPO	. AF	VI
.. IV	BAETIC	. AF	VI	PALVMB	. AF	VIII
.. IV	CAMM	. AF	VI	ROMVLO	. AF	VIII
.. IV	DAEDAL	. AF	VI	GLAPHY	.SPH	X
.. IV	GAETVL	. AF	VI	BALLIST	. AF	XIII
.. IV	ALCIMO	.	VI	MEMNO	.LAC	XIIII

. LM S SIBI COMPLEVIT ...... QVOS I

CC . . D . AF ∞ HILARO AF ....

LXIII. *Vulgavit hanc Inscriptionem Montfauconius in Diar. Ital. pag.* 358. *sed versus non bene disposuit ut sunt in marmore, & hos cum mendis.* *In*

In prima Columna. EVTONSO. *Marmor habet* EVTONO.

In secunda Columna. EVTONIO. *Marmor* EVTONO.

ALCIMOI. *Marmor* ALCIMO.

In tertia Columna GLAPHVS. *Marmor* GLAPHY, *idest* GLAPHYRO *in tertio casu*.

LM. S. *idest* PALMAS sibi complevit.

Index hic equorum exhibetur, cum palmarum numero, quas cursu sibi compleverunt. Notanda eorum nomina ad optimas equorum dotes, & velocitatem spectantia, & patrias regiones, videlicet Africa, Hispania, Lacedaemone, Mauritania, Gallia. *Tot palmae Menippo, Pegaso, &c. Aliam huic similem Inscriptionem vide apud Sponium* Voyage d' Ital *Tom.* 3. *pag.* 23. *apud Gruterum pag.* 337. & *pag.* 341. *apud Fabrettum pag.* 276. & 277. *in quibus cum dominorum, tum equorum cursorum nomina, color, patria, praemia recensentur.*

MENIPPO. *Firmo equo, & robusto.* PEGASO, idest *alato*. EVTONO. Εὐτόνῳ. *vehementi, acri*; qui vires, ac nervos intendit; contento cursu.

ADVOLA. τῷ Advola. idest *volucri*. DROMO forte DROMONI. Δρόμωνι. *cursori*. LVPO. *rapido*, vel *fulvo*. Lupus Germanice *VVoulf*, idest *fulvus*.

LVCINO. quasi Λυκίνῳ. *parvo lupo*. PYRALL. ἀπὸ τοῦ πυρὸς, ab igne, & ἅλλομαι, *exsilio*, *salto*. PARDO a cursus rapiditate, vel a maculis.

ROMVLO. ἀπὸ τῆς ῥώμης, a fortitudine, & strenuitate,

RAPACE, idest RAPACI, rapido. Virg. Georg. l. 3.

& *acri* (εὐτόνῳ)

Carpere prata fuga, fluviosque innare rapaces.

BAETICO. ex Hispania Baetica.

CAMM. idest CAMMARO. καμμάρῳ. a colore.

DAEDALO. idest *ingenioso*, vel *vario*. Lucretius lib. 1. in principio.

tibi suaves Daedala tellus
Submittit flores.

GAETVLO. è Gaetulia Africae regione. cum AE diphthongo. Virg. Aen. l. 4.

Hinc

Hinc Getulae urbes, genus insuperabile bello,
Et Numidae infreni cingunt, & inhospita syrtis.

ALCIMO. ἀλκίμῳ. *strenuo, forti.* Ἤδη ποτ' ἦμεν ἄλκιμοι Μιλήσιοι. *Iam fueramus strenui Milesii.*

HILARO. ἱλαρῷ. Oppianus spatium inter cilia vult esse in equis laetum, & hilare.

MACVL.... MACVLOSO. Virg. de Serpente:
Atque notis longam maculosus grandibus alvum.
& *maculosae tegmine lyncis.*

AQVILINO. Aquilus color, niger, fuscus.

COTYNO. forte COTINO. κοτίνῳ. *oleastro.*

SICA f. SICAE. rostri acuti in morem sicae.

CIRRATO. κομήτῃ. Oppianus densos circa equi flexilem cervicem cirros probat.

MELISS. f. MELISSAE. Api. τῇ μελίσσῃ. a colore Apes Graecis appellantur ξουθαὶ, *Apes fulvae.*

DELICATO. Delicati, & delicatae, pueri, & ancillae. ἄβροι καὶ ἄβραι. Abra ancilla Iudithae in Libro Iudith.

PARATO. idest *prompto, alacri.* προθύμῳ.

BALLISTAE. Ballistae instar. ἀπὸ τοῦ βάλλειν. a se iaciendo.

ANDREM. quasi ANDREO. ἀνδρείῳ. *forti, virili, strenuo.*

SPICVLO. qui se in morem spiculi iacit.

PALVMBO. φάσσῃ. a colore. Virg.
aeriae quo congessere palumbes.

GLAPHY. GLAPHYRO. γλαφυρῷ. *eleganti, venusto corpore.*

MEMNO. MEMNONI. μέμνονι. Aurorae filio. Sic apud antiquos Cyllarus Dioscurorum equus. Virg. AEthus, & Pyrois, idest *Ardens, & Ignitus.* equi Solis. Ovid. Metamorphos. lib. 2.
Interea volucres Pyrois, Eous, & AEthus
Solis equi, quartusque Phlegon, hinnitibus auras
Flammiferis implent, pedibusque repagula pulsant.

LXIV.

D M
TI . CLAVDIVS
PROBVS . ET.
AELIA . SVCCESSA
PARENTES . FEC.
CL . CLEOPATRAE
FILIAE . B . M . QVAE
VIXIT ANNO VNO
DIEBVS . XXII

LXV.

. D . M . S .
. T . FL . AVG . LIB . TYRANNVS . ET.
. FLAVIA . SATVRNINA . VIVI . FE.
CERVNT . SIBI . ET SVIS . LIBERTIS .
LIBERTABVSQVE . POSTERISQVE.
. EORVM .
. H . M . H . N . S ,

LXV. TYRANNVS . hinc diminutivum Tyrannio . τυραννίων.

H. M. H. N. S. *Hoc Monumentum heredes non sequitur* . Haec formula singularibus literis ad veterum imitationem in Sepulcro porphyretico cum aereis ornamentis Mediceorum Fratrum ad D. Laurentii . *Fabrett. h. pag.* 82. *Inscr.* 126.

LXVI.

. . . . . S . VALENTINVS
. . . . . AO . FILIO . BENE.

LXVII.

C. COCILIVS. C.F. PAL. NIG. V. A. XIV	VIPSANIA . Ɔ . L CYCLAS

LXVIII.

D . M . S
T . IVLIO . HERME
FECIT IVLIA PAEZVSA
CONIVGI SVO CARISSI
MO BENE . MERENTI

LXIX.

S D M
PARTHENIVS . C . IVLIVS
ALVMNO . SVO . BENE . . .
FECIT

LXVII. PAL . *idest* Palatina Tribu .

LXVIII. HERME. ἑρμῆ . IVLIA PAEZVSA . παίζουσα . sic nomina , quae eodem sunt e participiorum genere , in Inscriptionibus . Παίζων, Επιτυγχάνων . Virg. *proximus ardet Ucalegon.* quasi οὐκ ἀλέγων . *non curans* .

LXIX. ALVMNO . SVO . Alumno . τροφίμω . θρεπτῷ .

F LXX.

LXX.

L PONTIVS	HILARO ET
ANTEROS	ITALIAE

LXXI.

POBLICIA . Ɔ L	PVBLICIA . P . L
TRYPHERA	EVPHROSINE
SIBI ET	
PATRONAE SVAE	

LXXII.

D . M . S

ACILIA . SOTIRA .

ACILIO AGATHANGELo

PATRI . SVO . BENEMERENTI

FECIT

LXX. ANTEROS. Anteros. ἀντέρως. contrarium amorem significat ; de eo fabula in problematis Alex. Aphrodisei.

LXXI. TRYPHERA. τρυφερά.

LXXII. SOTIRA. Σωτῆρα. *Sospita*. Hoc cognomentum habuit Iuno, quam etiam *Sispitam* Latini dixerunt.

LXXIII.

LXXIII.

M . VOLCIVS . M . L . EVHEMER ROGAT POST
MORTEM SVAM . VT . CVM . VOLCIA CHRES...
CONIVGE SVA VT IN VNA OLLA CORPORIS RELIQVIAE ESSENT
M . VOLCIVS . M . F . CERDO DIS MANIBVS SATIS FECIT

LXXIV.

VALENTINVS ☙ ONESI*mus* .....

LXXV.

M . SERGIVS . M . L ● EVTYCHVS AXBARIVS · SIBI · ET	M . SERGIO . M . L PHILOCALO ● AXEARIO PATRON

LXXIII. EVHEMER. idest EVHEMERVS. Hoc nomine fuit quidam Graecus auctor, qui Historiam Sacram conscripsit, quam Ennius in Latinum vertit, Lactantio laudatus.

Inani solatio rogat hic Libertus post mortem ossa sua cum ossibus Coniugis suae in una olla collocari. Huic similia vota apud Gruterum pag. 607. 1. & *Fabrettum pag.* 199. *Inscr. XLV.* & *pag.* 200. & 201. *leguntur*.

LXXV. *Legeram* ARKARIVS &c. *i.* Dispensator, Servator *domesticus pecuniae, de quo Pignor. de Servis. Arcarios XX.* [*i. vicesimae*] Libertatum, & Hereditatum, *plures memorant Inscriptiones, quae modo* ARKARIVM, *modo* ARCARIVM *exhibent. sed lapis habet* AXEARIVS. *forte ab Axe, sive ab Axibus fabricandis*.

LXXVI.

P. RVTILIVS . LVPI . EROS
NOMENCLATOR

LXXVII.

C. MANNEIVS
THEVDOSIVS

LXXVIII.

D . M
C . NVMMIO
FELICISSIMO
QVI . V . A . VI
M . X D . XX
ALVMNO
SVO . FECIT
C . NVMMIVS
ANTHVS

LXXIX.

D . M
L . SATVRIO
MARONI
PONPEIA
SECVNDIN .
. . . .
. . . .

LXXVIII. ANTHVS. *Flos*. amoenum nomen. Catull.
O qui flosculus es Iuventiorum.
Sic apud eumdem Catull. Θάλλος, *germen*, nomen proprium adolescentis. Homerus adolescentem vocat ἔρνος, *ramum*.
Fabrettus habet V. A. I. *pag.* 353. *Inscr.* 55.

LXXX.

M. HERENNIENVS
PRIMVS

LXXXI.

D . M
TITINIAE
RESTITVTAE
TITINIVS
ADIVTOR
PATRONAE
BENE . MERENTI
FECIT

LXXXII.

LXXXII.



Ideſt

Senatus , & Populus coronat aurea corona Aur. Charidemum Zoſimi Filium , qui ante fatum vixit .

LXXXII. ΠΡΟΜΟΙΡΩϹ ΒΙΩϹΑΝΤΑ. *Qui vixit* [hoc eſt *mortuus eſt*] *ante fatum*. Apud Iuriſconſultos veteres: *Quoad vivam* , & *Quoad moriar* , idem. Virg. AEn. l. 4. v. 653.

Vixi , & , quem dederat curſum fortuna , peregi.

ἐβίωσα . Et quia illi , qui vixit , in Monumentis adſcribi-

tur

tur χαῖρε. *vale*, dixit in Eclogis: *Vivite Sylvae*; hoc est χαίρετε. *valete*. *Fabrettus vertit cum Sponio*: praematura morte defunctum, *pag.* 193. *Insc.* 452. *ubi multas affert veterum Lapidum talis* προμοίρου θανάτου *deplorationes*. *Allatum Marmor quadratis litteris ornatur, similibus illis, quae visuntur in Regio Museo in Protoma Solonis, & in Gemma caelata Teophrasti Eresii.*

LXXXIII.

P. CORNELIVS L. CORNIFICIO
SERAPIO TELEMASI IE
SIBI ET FEC BOSPOR..

LXXXIV.

HIC REQVIESCET IN PACE
FLAVIANILLA LP. VIXIT. AN
NOS. XVIII MENSES III
DIES V DEPOSITA EST
.. VII IND. X.
. . . . ONI

LXXXIV. HIC REQVIESCET. pro *requiescit*. Christiana Inscriptio. ἀναπαύεται. Graeci. sed *in pace*, & *deposita* Christianam arguunt.

LXXXV.


A. BAEBIVS. Ɔ. L
PINDARVS
BAEBIA. Ɔ. L. PSYCHE

LXXXVI.

. . . . . . I. F. GAL
. . . . ECIT
. . . . . . CNNIS
. . . . . B. VIRO
. . . . IAE. FIL

LXXXVII.

LXXXVII.



NYMP·SANC. SAC. EPICTETVS
AQVARIVS. AVG. N. LIB

LXXXVII. Ideſt *Nymphis*, vel *Nymphabus ſanctis*, vel *ſanctiſſimis ſacrum*. *Epictetus Aquarius* (Aquarum Miniſter) *Auguſti noſtri Libertus*. Graecis Ὀχετηγός. Aquarius ſignum Zodiaci. Gr. *Hydrochous*. qua voce utitur Manilius in Aſtronomicis. In vetuſto Lapide apud Fabr. pag. 308. Inſcr. 315. legitur ACVARIVS, pro AQVARIVS. Q litera, quae reſpondet literae *Coph* Hebraeorum, ſolum apud Latinos numeratur; pro qua Graeci uſurpant τὸ K. unde *Aquilius*. Ἀκίλιος. *Quintus*, Κοΐντος. *Arquà* contra, Villae nomen, in Montibus Euganeis, in qua Villa tumulatus eſt Franciſcus Petrarcha, derivari puto ab *Opere Arcuato*.

Nymphae Aquis praeſidentes, quae in Graeco lapide apud Fabrettum pag. 192. ΝΥΜΦΑΙ ΚΡΗΝΑΙΑΙ, *ideſt* Nymphae Fontinales *dicuntur, exhibentur in noſtro Marmore, & mutuo amore ſe complectentes, & vaſe aquam fundentes. Duae Arulae in utroque latere, ad ſacrificia illis dicatae videntur. In veteribus Monumentis Nymphae modo* AVGVSTAE, SANCTAE, SANCTISSIMAE,

modo

modo NVMINA *vocantur ; Vide Sponium Sect. II. Art. VII. pag.* 31. *Fabrettum Inſcr.* 5. *pag.* 432. *pag.* 9. *Inſcr.* 177. & *pag.* 301. & 302. SANCTAS *appellat, noſter Epictetus Auguſti Libertus in hac tabula votiva ; in qua aliquae litterae detritae ſunt, ſed reſtitutae a me ad fidem Apographi Cl. V. Caroli Senatoris Strozae.*

LXXXVIII.

DIS . M
GRANIAE
FORTVNATÆ
GRANIVS
SALVÍVS
COLIB . SVAE
FECIT B M

LXXXIX. COLIB. SVAE. *Collibertae ſuae.*

In tympano Marmorei Sepulcri, ſub quo ſtat Mulier ſtolata.

LXXXIX.

ΑΡΙΣΤΟΚΛΗΑ
ΥΛΛΟΥ ΑΙΞΩΝΕΟΣ ΘΥΓΑ
ΤΗΡ

Ideſt: *Ariſtoclea Hylli Exonenſis Filia.*

LXXXX. ΑΡΙΣΤΟΚΛΗΑ, pro Ἀριστόκλεια.

ΑΙΞΩΝΕΟΣ, pro Αἰξωνέως, e quodam pago Athenienſi. *Legeram* ΟΥΓΑΤΗΡ, *ſed poſtea melius inſpecto lapide, ſummiſque digitis tacto, legi* ΘΥΓΑΤΗΡ. ſaepe enim in Graecis marmoribus Ο pro Θ legitur, extrita, ſeu oblita tranſverſa linea, ut Ουσία. Θυσία.

LXXXX.

LXXXX.

D M
FABIAE
PROTE
C . FABIVS
TELESPHOR

LXXXXI.

DIS . MANIBVS
CALPVRNIAE . L . L . L .
HEROIDIS

LXXXXII.

M . PAPIRIO,
PRISCO . MIL,
COH . II . VIG .
7 . ALINNAE . FIRMI
C . MANLIVS VITALIS
. VEXILLARIVS .
7 . EADEM
POSVIT

LXXXXIII.

D M
C . IVLIO . SOTERI
IVLIA . APHRODITE
PATRONO
IDEM . CONIVGI
BENE . MERENTI
FECIT

LXXXXIV.

D M
TVTO . VERNE
CAESARIS QVI VIX
ANNIS . DVOBVS .
PARENTES BENE . MERENTI . F.

LXXXXV.

. . . . . AVRELIVS . AXI . . . .
. . . . . ELIA . EPICTISI . . . .
. . . NT . SIBI ET FILIS . . .
. . . AXIAE ET . AVRELI . . .
. . . QVE DORMIVNT . I . . .

LXXXXI. L . L . L. *ideſt* Luciorum Libertae.

HEROIDIS. Mortuos Heroas, & Semideos exiſtimabant; unde ἡρῶον. *Sepulcrum*.

LXXXXV. EPICTISI. f. Ἐπίκτησις. *Epicteſis*. QVE DORMIVNT. κοιμῶνται. Chriſtiana Inſcriptio. Κοιμητήριον. *Dormitorium*.

In Cippo lapideo, in quo Vir ad caput, Mulier in medio, & Puer ad pedes, cum mensa tripode, referta pomis.

LXXXXVI.

ΖωCΙΜΑ
ΧΡΗCΤΗ
ΧΑΙΡЄ

ΖωCΙΜΑ ΧΡΗ
CΤΗ ΧΑΙΡЄ

Idest: *Zosima bona vale Zosima bona vale.*

LXXXXVI. ΧΑΙΡΕ. *Suprema verba, quae dicere solebant morituro assidentes, & moriturus assidentibus.* οὖλε τε καὶ μέγα χαῖρε. *Apud Virgilium Lib. XI. v. 97. Pallantem mortuum AEneas ita affatur:*

Salve aeternum mihi, maxume Palla,
AEternumque vale.

quae etiam in anniversariis inferiis ab affinibus repetebantur; inscribebanturque memoriae caussa in sepulcralibus tumulis.

LXXXXVII.

Θ Κ
ΔΥΟΤЄΚΝΟΙC
ΟΚΤΑΒΙω : ЄΡ
ΜΗ. ЄΤωΝ. Η
ΚΑΙ. ΟΚΤΑΒΙω
ЄΥΚΛΗΤΙ. ω̄
ЄΠΟΙЄCЄΝ. Ο
ΒΙC. ΤΡΟΦΙ
ΠΑΤΗΡ. Α

Idest *D. M. Duobus Filiis Octavio Herme Annorum VIII. & Octavio Eucleti.. Fecit .... Alum. Pater.*

LXXXXVIII.

ΛΟΥΚΙ. ΛΟΝ Π *sic*
ΡωΤωΓЄΝΗ
ΧΑΙΡЄ
ΑΝΤΙΟΚЄΥΟ
Υ ΔΑΦΝΗC

Idest

f. *Lucillum Primogenitum vale Antiochensis ad Daphnen.*

LXXXXVIII. ΛΟΥΚΙ. ΛΟΝ ΠΡωΤωΓЄΝΗ. *f.* Λουκίλλον Πρωτογένη.
ΧΑΙΡЄ.

ΧΑΙΡΕ. χαῖρε. Sed proprium foret Λάκιλλε Πρωτογενες. *Trimogenite vale*. Antiochia. ἐπὶ δάφνης. Urbs Syriae.

LXXXXIX.

Γ. ΙΟΥΛ
ΑΝΤΕΡΩΤΙ
ΑΓΑΘΩ
ΑΠΕΛΕΥΘΕΡ
ΙΟΥΛ ΕΥΠΡΕ

Ideſt
C. Iul
Anteroti
bono
Liberto
Iul. Eupre

C.

ΛΑΥΡΕΝΤΙΟϹ
ΙΜΗΝ. Ι. ΕΚΟ
Θ. ΚΛ ΙΟΥΝΙΩ

Ideſt
Laurentius
fui . I . .
. . Cl. Iunio

CI.

CALCEIA
CN . L . HERMIONA
SIBI . ET . SVIS
C . VOLVMNIVS . DAMA

CII.

DIS . MANIBVS . GAIO.
CASSIO . TROPHIMO,
CORNELIA . PRIMIGENIA
SIBI . ET . SVIS . ET . QVIB
VS . ME . VIVA . DONAVI

CIII.

PACCIA . VENERIA
L. PACCI. CRESCENTIS
L. V. A. XVI
EVM LOCVM IN QVO
TITVLVS . EST . SIBI
ET PATRONO SVO
FEC

CIV.

. S . . D . . S .

L . SVLLIVS.
. FIRMVLVS . D. S.
. SACERDOS . D . S .
. V . S . L . A .

Lxxxxix. ΕΥΠΡΕ. f. ΕΥΠΡΕΠΕΙ. *Iul. Decenti . decoro*.

c. ΛΑΥΡΕΝΤΙΟϹ. Apud Athaeneum legitur nomen Λαρέντιος, unius e Deipnoſophiſtis.

ci. CALCEIA. χάλκεια.

cii. TROPHIMO, τροφίμῳ. *Alumno*. PRIMIGENIA. πρωτογένεια.

CIV. .S..D..S. idest *Saturno*, vel *Serapidi*, vel *Soli Deo sacrum*.

D.S.V.S.L.A. scil. f. (*De suo*) *Votum solvit libenti animo*. *Hanc Inscriptionem, ex Africa advectam, Sponius habet pag.* 195. *Fabr. pag.* 649. *Inscr.* 423. *Falc. pag.* 162.

CV.

D . M
C . TERENTIO
TYRANNO . V . A . L

CVI.

D M
SARIO LEN ....
MEA CO .....
........XX

CVII.

FVLGVR
DIVM

CVIII.

D : M
HILARAE
BENEMEREN..
....

In Laterculo.

CIX.

D · M ·
VICTORIAE
VIXIT · ANN
OCTOGIN · DI
QVA · MEN ·
DV · COGNA
ET FILIA FECE
MATRI BENE
MERENTI

CX.

....
....*a*VG. N. EX EQVITIB.....
..*singu*LARIBVS . SIGNIFE*ris*.....
..... VIXIT . AN N LXXX .....
. *mensi*BVS . II . DIEBVS . X .....
.......Q. CATINIVS C . F.....
...... EQVES ROMAN*us*.....
.... L.L. PATRI PIIS*simo*.....
....

CX. *Montfauconius pag.* 358. *Diar. Ital. exhibet aliquantulum mendosam; sic*: AVG. N EQVITIB...

CXI.

CXI.

AELIA . M . L . IANVARIVS
FLORA. VIXIT . ANN . XXIV

CXII.

D M
.... NIVS FELIX
...... PRIMIGENIAE
CONIVGI ET SIBI

CXIII.

P . RVTILI LVPI L . DAVOS

CXIV.

EX *AFRICA.*

D . M . S
MODIA
SABINA
P . V . AN . XII
H S E

CXV.

Ornatur hic ſepulcralis titulus protome Viri, & Mulieris, & duobus avibus.

Q . ARELLI	VISINIA
ſic VS . AESOPV	ANA PAV

CXVI.

OCTAVIA
IVCVNDA
OCTAVIAE
PARTHENIONI
MATRI SVAE BENE
MERENTI

CXVII.

D ❦ M
LVCCEIAE . EV
NVE COGNA
ſic TE . P . NOBIVS A
TIMETVS BENE
MERENTI FECIT

CXIII. DAVOS. Nomen Servi e Dacia. *Daci, Dabae, Davi*. Terentius: *Davus ſum, non OEdipus*. DAVOS Graeco more, pro DAVVS; ut *Servos*, pro *Servus*.


CXVI. IVCVNDA videtur reſpondere τῇ Ευφροσύνῃ. *Euphroſyne* PARTHENIONI. Παρθένιον. *Virguncula*.

CXVII. LVCCEIAE, EVNVE. f. EVNOE. Ευνόῃ.

P. NOBIVS. i. *Novius*. ATIMETVS. Ατίμητος. ideſt *inexplicabilis, nullo pretio comparabilis*; alioqui ſi valeret *inhonorandus*, nomen eſset infauſtum. CXVIII.

EX AFRICA.

CXVIII.



CXVIII. S. A. S. ideſt *Serapidi Auguſto Sacrum*, vel *Saturno Auguſto Sacrum*. Caput bovinum cum infulis ad modum victimae cum Stella. Propert. *coronato ſtare boves capite*.


Cernitur ſiniſtrorſum patera in hac votiva Tabula lapidea; ſimpulum vero fortaſse conſumptum, modo non apparet. Spon. vulgavit pag. 195. *Fabr.* 697. *Inſcr.* 183. *Falconer. pag.* 162. *ſed omiſſa delineatione tam huius, quam ſequentis.*

CXIX.	CXX.
C. MANLI. G. L. BOLI MANLIA. HALIA. MATER	M. VOLCIVS. M. L. EROS VOLCIA. M. L. CHRESTE

CXXI.

EX AFRICA.

CXXI.



SAT ❦ AVG . SAC
LABIENVS ❦ PV
DENS ❦ CAECI
LIANVS ❦ C ❦ V'
V ❦ S ❦ L ❦ A'

CXXI. SAT ❦ AVG . SAC . ideſt *Saturno Auguſto Sacrum* . Falx inſigne Saturni ; unde *Senex falcifer* . Nux pinea , & ancile , ſeu patera , & caput barbatum cum faſcia. *Spon. pag.* 196. *Fabr. pag.* 697. *Inſcr.* 182. *&* *Falcon.* 162. *Et haec tabula votiva eſt lapidea* .

Tabula marmorea , in qua ſcalpro excavato marmore efformata eſt figura viri ſedentis , cum duobus canibus venaticis .

CXXII.

L . SAFINIVS . L . L
ROMANVS.
SAFINIA . L . L
IVCVNDA

CXXIII.

CXXIII.

INVENTA. LIBERTA. OLLAS. II
SEX. SERVILIO. APOLLONIO. ET
SERVILIAE. CINNAMINI
DE . SVO . DEDIT

In fragmento Urnae quadratae ornatae columnis, sphingibus, capitibus bubulis vittatis, & Ianua sepulcrali obserata.

CXXIV.

DIS MANIB
C. VALERIVS HERMES SIBI
LIBERTIS  LIBERTABVS
POSTERISQ. EORVM
IN FR. P. VI. IN. AGR. P. VII

In marmoreo Cippo, anaglyphico opere ornato, in quo Vir nudus, sedens, acervo lapidum innixus laevo brachio, & ante eum Mulier stolata.

CXXV.

EVANDRO. AVG. LIB.
TABVL. A RAT. AMICO
OPTVMO VLPII ATHYRON
ET DEMETRIVS
HEREDES

CXXVI.

ΩΦΕΛΙΩΝ ΑΝ
ΤΙΟΧΕΥ ΧΡΗΣ
ΤΕ ΧΑΙΡΕ

Idest. *Ophelio Antiochensis bone vale.*

CXXV. TABVL. A RAT. *idest* Tabulario a Rationibus. *Sepulcrum, tum Ethnici, tum Christiani*, DOMVM AETERNAM *vocavere; quam Ianua in Urnis, seu Sarcophagis designari voluerunt.*

CXXVI. *Reinesius habet pag.* 853. *Cl.* 17. *Inscr.* 139.

CXXVII.

C MANNEI BLESAMI	LAETORIA Ɔ. L. SVAVIS

CXXVIII.

CXXVIII.

SAFINIVS
• L L •
FAVSTVS

CXXIX.

D · M
C. CAECILINA TAL
IS FECIT PONTENIA BE
NERIA MARITO SVo
BENEMERENTI

CXXX.

Q·ARELLIVS
Q . L.
PRIMVS

CXXXI.

PVPIA . M . L
PHILEMATIO

CXXXII.

C. IVLIVS. C. L
• HERMAPILVS •

CXXXIII.

RVFA SALVIA
MARCIA FVFICIA

CXXXIV.

T . GARGILI . T . L .
PHARNACIS

CXXXV.

DIIS ❧ MANIBVS ❧ N ❧ FVLVIS
FELIX ❧ SIBI ❧ ET ❧ SVIS ❧ FECIT ❧

CXXIX. BENERIA . idest *Veneria*.

CXXXI. PHILEMATIO . Φιλημάτιον . diminutivum τοῦ φιλήματος . *osculi* . Lucretius lib. IV. *Labrosa* , φίλημα . *Philematium* meretrix apud Plautum in Mostellar.

CXXXII. HERMAPILVS. i. HERMAPHILVS. *Mercurio amicus*.

CXXXIV. PHARNACIS . Hoc nomine Rex Parthorum.

CXXXVI.

Q. ROSIDIVS . Q. L
EROS
CLODIA . C. L. SVAVIS

CXXXVII.

M . VOLCI.	M . VOLCI
EVHEMERI	HILARI

Mulier in lectisternio, cum mensa tripode referta pomis.

CXXXVIII.

ЄΥΟΔΙΑ ΒΟΗΘΟΥ ΓΥΝΗ
ΧΡΗϹΤΗ ΧΑΙΡЄ

Ideſt : *Evodia Boethi Uxor bona vale.*

EX AFRICA

CXXXIX.

D ❦ M ❦ S
GVDDEM ❦ SAT
VRI ❦ PARDALI
PIVS ❦ VIXIT ❦ A ❦
LXXXXIII ❦ H ❦ C ❦ ::

EX AFRICA

CXXXX.

augu STAE SACRVM
aure MAXIMI MEDICI ET AVRELII VERI AVG ARMENIACI PART
tem PLVM CVM ARCV ET PORTICIBVS ET OSTEIS ET OPERE ALBARIA FVN

CXXXX.

cxxxx. OSTEIS. idest OSTIIS. ut *Doleis* in Pandectis Flor. pro *Doliis*.

OPERE ALBARI. l. ALBARIO. Κονιάσω. S. Matth. cap. 23. ver. 27. τάφοι κεκονιαμένοι. *Sepulcra dealbata*.

De Albario Opere fit etiam mentio apud Gruterum in Inscr. 2. *pag.* 172. *Vide Iacob. Sponium pag.* 39. *qui nostram Inscriptionem illustrat. Falconer. h. p.* 162.

A FVN... f. A FVNDAMENTO, vel A FVNDAMENTIS.

CXXXXI.

CLODIA PRIMA
MATER
C. IVNIVS. AFRICANVS
FILIVS

CXXXXII.

OCTAVIA AP
RO. VICSIT
ANIS XXII
TV QVICVMQVE LEGIS
SIT. TIBI. SVAVITE::

CXXXXIII.

D. M
NIVS FELIX
PRIMIGENIAE
CONIVGI ET SIBI

CXXXXIV.

SACRVM
.....RORI. EORVM
...*e*VANGELVS CVM SV
..*fe*CIT. IDEMQ. D D

In fragmento Tabulae sepulcralis.

CXXXXV.

. . . .
. . . .
....CONIVGI CAR*issimae*
ET SIBI LIBERTIS LIBERTA*busque*
SVIS. POSTERISQ. EORVM......
LICINIA ATHENAIS. MA........
ET SIBI SVIS POSTERISQ. EOR*um*..
VALERIO POTHINO. IFI. I........

cxxxxv. POTHINO. ποθεινός. *Cupito. desiderato, amato.* ποθουμένῳ. Catull. *Cum desiderio meo nitenti*. πόθῳ. ἔρωτι.

CXXXXVI.

D . M
M . MANNEI . CALLISTI
MANNEIA . CANDIDA COIVX . BEN . MER
FECIT . QVI . VIXIT . ANNIS . LXXV.

Sequuntur breves Tituli Sepulcrales, qui singulis Ollis praefigi solebant, breve (*ut ait Propertius*) in exiguo marmore nomen *praeferentes. Saepe vero binis eiusdem loculi Ollis duplices Tituli respondent, unico lapide contenti, ut ex his, aliisque sequentibus liquet.*

CXXXXVII.

P. RVTILIVS . LVPI . L
MYRO

CXXXXVIII.

TI.L.TI.HERENNIVS.T.L
EROS

CXXXXIX.

P. MVRRI · LVCRIONIS.

ARELLIA · Q. L. VRBANA

CL.

NVMISIA . D . L
BEATA . V . A . XXV

CLI.

L . ANICI
SEDATI

CLII.

CLAVDIVS
C . L.
FAVSTVS

CLIII.

L.SAFINIVS
SECVNDIO

CLIV.

SYNISCASIS L
HIBERORVM

VALERIA
EGEMA

CLV.

IVLIA . C . L.
MELPOMENE

CLVI.

Q. PETILLIVS
STEPHANVS

CLVII.

D . M
FESTO
V . A . V
M . . . .

CLVIII.

C. ABELLANI
FELICIS

CLIX.

L. ARELLIVS. COL. PVLCHER
D . D .

CLX.

C. POMPONIVS POMPONIA
C . L C . L
ANTEROS AMARYLLIS

CLXI.

L . OCTAVI . L . L
THIASI

CLXII.

C . IVLI . BALBI
ET

CLXIII.

C . ABILLANI FIICI

Fragmentum Epitaphii versibus Heroicis, a capite mutilum.

CLXIV.

. . . ERTVS HABERAR
. ERVNT. VOTA PATRONI
. . . QVID TRISTE VIATOR
. . . . *qu*OD NOXIA FECI
. . . . VIVISSERE PARCAS
. *qu*OD SENTIO VITA. EST
. . . . . TICVS
L . LIB . AN . IIII
. . . . . . AGRO . P . III

CLIX. COL. *f.* Collibertus. D. D. *i.* donum dat.
CLXIV. VIVISSERE PARCAS *f.* *Visere Parcas.*

CLXV.

CLXV.

M.POBLICIVS.M.L POBLICIA.M.L
QVINTIO ALBANA

CLXVI.

FVLVIA . Ɔ L
TALASSA

CLXVII.

Q. PETILI
Ɔ. L
SINDENIS

CLXVIII.

L . PII . FIGLI
AN . VIX . XII

CLXIX.

FELIX SEIVS

CLXX.

MYSTES MINISTRATo

CLXXI.

MANNEIA
C . . L
NICE

CLXXII.

CAESIA . M. Γ. DADA

CLXV. QVINTIO. Diminutivum Quinti.

CLXVI. TALASSA. Thalaſſa. θάλασσα. *mare*; niſi ſit ταλασία, *Lanificium*.

CLXVIII. L.PII.FIGLI. i. *Figuli.* Hoc cognomento Nigidius Figulus Grammaticus celebris, Gellio laudatus, *Figlinum opus.* i. *figulinum*. Figlinae; *Tabernae figulinae*.

CLXX. MINISTRATo ſ. MINISTRATOR. *Miniſtratores in nonnullis Inſcriptionibus memorantur apud Gruterum pag.* MCXI. 4. & *pag.* DCI. 3. 5. *a menſae miniſterio ſic appellati. Seneca epiſt.* 93. Tranſeo piſtorum turbam, tranſeo miniſtratorum; per quos, ſigno dato, ad inferendam coenam diſcurritur. *Vide Pignorium de Servis*.

CLXXII. CAESIA. γλαυκῶπις. Catull. Carm. 45.

Caeſio veniam obvius leoni.

Cic. lib. 13. *epiſt.* 51. P. Caeſio amico optumo P. Meſſienum Equitem Romanum perfamiliarem ſuum commendat.

EX AFRICA. EX AFRICA.

CLXXIII.

D M S
CVRIA FELI
CLA PIA VIX
IT ANNIS
LXXXXV
H S E

CLXXIV.

C. SAFINIVS
Ɔ L
EVANTHVS
V. A. XXV

CLXXV.

D. M. S
M. IVNIVS. L
THIMBALA
MVLIANVS.
VIX. ANN. LXX.

In laterculo.

CLXXVI.

D M
FILIO. CYRIO FILIO
DVLCISSIMO QVI
VIXIT. ANNIS. II DI
EBVS. X. HORABVS. II
FECIT. NICE. MATER
PIENTISSIMO NON *sic*
MERENTI

CLXXVII.

C. PROCVLEI
PLASTIS

CLXXVIII.

P CORNELIVS. P. L
FELIX

CLXXIII. CVRIA FELICLA. L, quod Lambda fere repraesentat proprium Africae. Κυρία. Φηλίκλα. idest *Domina*; qui titulus Uxorum erat; FELICVLA. sic Πρόκλος, *Proculus*. Ποπλικόλας, quasi *Populicola*, Valerius Publicola..

CLXXIV. EVANTHVS. ἔυανθος. vel εὐάνθης. *Bonus flos*.

CLXXVII. PLASTIS. πλαςίς. *Figula*. vel potius *Plastis* genit. πλάςȣ. *fictoris*.

CLXXIX.

CLXXIX.

MANLIA . C . L . VENERIA
BOLI V A XIX

EX AFRICA.

In quadam Basi lapidea, Mhamediae iuxta Viam Noreiba inventa.

CLXXX.

D . M . S .
INSTEIAE
DIOGENIAE
FEMINAE.MEREN.
INSTEIVS
TERTVLLVS.V.C.

In Urna marmorea pulcberrima, opere toreumatico elaborata, ornata capitibus humanis barbatis, & cornigeris, & avibus ludentibus.

CLXXXI.

ΤΩΝ ΑΓΑΘΩΝ
Η ΜΝΗΜΗ
ΑΕΙΘΑΛΗΣ

Ideſt:

Bonorum memoria ſemper florens.

CLXXX. V.C. *forte* VIVENS CVRAVIT· *Falcon. pag.* 164.
CLXXXI. ΑΕΙΘΑΛΗΣ. Lucret. *Semper florentis Homeri.* ἀειθαλῆος.

Sub quadam protome.

CLXXXII.

D . M . G . L . F . PARENTES . ASTO . T . FILIO
DVLCISSIMO . VIXIT . AN . XV

In aeneo Sigillo.

CLXXXIII.

CLARISSI . VERT . CARPI . FILII

In Tabula aenea.

CLXXXIV.

L. ARRVNTIO. STELLA
L. IVLIO. MARINO. CoS
XIIII. K. NOV
M. ACILIVS. PLACIDVS. L. PETRONIVS. FRONTO
IIII. VIR. I. D. S. C. FERENTINI. IN CVRIA. AEDIS. MER
CVRI. SCRIBVNDO ADFVERVNT. Q. SEGIARNVS. MAE
CIANVS. T. MVNNIVS. NOMANLINVS
QVOD. VNIVERSI. V. F. T. POMPONIVM. BASSVM. CLARIS
SIMVM. VIRVM. DEMANDATAM. SIBI. CVRAM. AB
INDVLGENTISSIMO. IMP. CAESARE. NERVA. TRAIANO
AVGVSTO. GERMANICO. QVA AETERNITATI. ITALIAE
SVAE. PROSPEXIT. SECVNDVM. LIBERALITATEM. EIVS
ITA. ORDINARE. VT OMNIS. AETAS CVRAE EIVS MERITO
GRATIAS. AGERE DEBEAT. FVTVRVMQVE. VT TANTAE
VIRTVTIS. VIR. AVXILIO. SIT. FVTVRVS. MVNICIPIO
NOSTRO. Q. D. E. R. F. P. D. E. R. I. C
PLACERE. CONSCRIPTIS. LEGATOS. EX. HOC. ORDINE
MITTI. AD. T. POMPONIVM. BASSVM. CLARISSI
MVM. VIRVM. QVI. AB EO. IMPETRENT. IN CLIEN
TELAM. AMPLISSIMAE DOMVS. SVAE. MVNI
CIPIVM. NOSTRVM. RECIPERE. DIGNETVR
PATRONVMQVE. SE. COOPTARI. TABVLA
HOSPITALI. INCISA. HOC DECRETO. IN. DOMO
SVA. POSITA PERMITTAT. CENSVERE
EGERVNT. LEGATI
A. CAECILIVS. A. F. QVIRINALIS. ET
QVIRINALIS. F

CLXXXIV. *AEnea haec Tabula alta uncias* XVIII. *lata uncias* XIV. *pedis antiqui Romani, litteris eleganter incisis, modo in Regio Museo Mediceo servatur. Anno* CIↃ.IↃ.CLXXIIII. *Leopoldus Medices S. R. E. Cardinalis, & ab Etruria Princeps, optimarum Artium fautor, & amplificator munificentissimus, pretio comparavit ab heredibus Nobilis Viri Francisci Gothofredi Romani; cuius gratia, auspice hac insigni Tabula, singularem, & nunquam satis laudatum laborem disserendi de Tesseris Hospitalitatis suscepit doctissimus Iacobus Philippus Tomasinus Episcopus AEmoniensis, ut ipse fatetur cap.* 1. *eius Operis. Ianus Gruterus, Laurentius Pignorius in suo Antenore, & Antonius Augustinus Episc. Tarracon. apud Fulvium Ursinum olim extitisse memorant.*

Versu 1. L. ARRVNTIO. STELLA L. IVLIO. MARINO. CoS. *Apud Panvinium, Sigonium, Gruterum, Goltzium, Norisium, aliosque Romanorum Fastorum Scriptores, L. Arruntius Stella, & L. Iulius Marinus numquam inter Consules recensentur; quare ex Suffectis, seu Extraordinariis credi possunt, imperatore Caesare Nerva Traiano. Vide Tomasinum in praelaudato Opere cap.* 3. *in quo celeberrimam hanc nostram Tabulam docte, & luculenter illustrat.*

Versu 5. I. D. S. C. *idest* Iuri Dicundo Sacri Consilii, *vel* Senatus Consulti *Ferentini, qui in domo T. Pomponii Bassi Viri Clarissimi Hospitali hac Tabula posita, per Legatos in clientelam ab eo recipi suum Municipium rogant, Tusciae oppidum habitabant. De T. Pomponio Basso vide Plin. l.* IV. *ep.* 23. *& Panvin. ad annum Ch.* 259. 260. 289.

Versu 8. QVOD VNIVERSI .V.F. *f.* Quod universi unanimes fuerunt, *vel* verba fecerunt. *In explicatione huius Tab. cap.* 3. *Tomasinus protulit notas* V.S.P. *quas aenea Tabula non exhibet; quare perperam interpretatus est:* Quod universi Ferentini Populi. *Ceterum & versus non eo, quo iacent ordine, vulgavit, interpunctionem variavit, &* M. ACILIVS. *pro* M' ACILIVS *edidit.*

Versu 16. Q. D. E. R. F. P. D. E. R. I. C. *Idest*: Quid de ea re fieri placeret de ea re ita censuere.

Gruterus hanc nostram Tabulam profert pag. 256. 1. *sed versuum mutato ordine, & paullo aliter praesertim his in locis.*

Versu

Versu 5. FERENTIN. *Tabula sic habet* FERENTINI.
Versu 13. ITA. ORDINARI. *Tab. h.* ITA. ORDINARE.
Versu 17. ΩN. PLACERE. τȢ ΩN, *nec unus quidem apex cernitur in hac Tabula.*

Versu 23. IN. HOC. DECRETO. *Tab. habet solummodo*: HOC DECRETO. *Ad finem Inscriptionis haec adiicit Gruterus.*

AD. AVGVST TEM. C. P	AD. AVGVST TEM. C. P

quae modo nec leguntur, nec conspiciuntur; equidem aenea nostra Tabula undequaque ornatu quodam ex hebeno tegitur, & circumcluditur.

Ant. Augustinus hanc etiam exhibuit in Append. ad Librum de Legibus, & Senatus Consultis Inscrip. 23. & *Versu* 3. *pro* XIIII. K. NOV. *habet* XIII. K. NOV. *In reliquis fere convenit cum Grutero.*

In Collari aeneo.

CLXXXV.

MINERVINVS. FVG
ITALICI. MIL
TESS. COH. XII. VRB

Ad aeneum equum stragulo ornatum.

CLXXXVI.

ΚΟѠΡΤΙΟϹ ΡΟΜЄΙϹ

Ideſt: *Cohortis Romanae.*
(ΡΟΜЄΙϹ. *pro* ῥομαίας.)

Ad aeneum Canem.

CLXXXVII.

M. CALMVTIA

CLXXXV. MINERVINVS. FVG ITALICI. *f.* Fugitivus Italici Miles Tesserarius Cohortis XII. Vrbanae. *Tesserarius, qui Tesseras militares* (συνθήματα) *distribuebat; quo Ducis praecepto exercitus ad aliquod opus, vel ad bellum movebatur. Virg. AEn. lib.* VII. *vers.* 637.

Clasſica iamque ſonant: it bello teſſera ſignum.

Vide Servium in hunc locum; & Tomasinum de Tess. Hospit. cap. XVI.

Inscriptionem hanc, & alias, quas hic subiicio, in aeneis, vel plumbeis Lamellis, legi etiam in MS. Bibliothecae Strozianae num 896. *in fol. & est apographum Descriptionis veterum Numismatum, Gemmarum, & Statuarum Regii Musei Medicei a Cl. V. Fiton Anglo olim factae Anno* 1676. *iussu Cosmi III. M. E. Ducis.*

In lamella aeneae Lucernae ad instar Navis, in qua Divus Petrus sedet ad remigium, & Divus Paulus stat in puppi.

CLXXXVIII.

DOMINVS LEGEM
DAT VALERIO SEVERO
EVTROPI VIVAS

CLXXXVIII. *Lucernam hanc delineatam videre poteris apud Bartolum in Lucernis. Tab. LI.*

Ad figuram armatam, sedentem cum Cupidine.

CLXXXIX.

ΑΡΗΟΣ ΝΙΚΟΕΝΤΟΣ

Ideſt: *Martis Vincentis* (ſeu) *Victoris.*

In aenea lamina.

CLXXXX.

PL. SPECIOS
MENERVAI
DONOM
PORT

In alia simili aenea, literis inversis.

CLXXXXI.

sic KARITONIS L
CAES. N̄. Ꝯ
SER. DISP

CLXXXX. MENERVAI. i. *Minervae*. Antiqui dicebant *leber*, pro *liber*. Quinctil. *Sic* Vea, & Vella, *pro* Via, & Villa, *teste Varrone*. DONOM PORT. i. *Donum portat*. Terent.

Dii boni, boni quid porto?

CLXXXXI. CAES. N̄. Ꝯ SER. DISP. *ideſt* Caeſaris noſtri Servi Diſpenſatoris.

In

In Tabula aenea.

CLXXXXII.

IMP . CAESAR . DIVI VESPASIANI F DOMITIA
NVS. AVGVSTVS GERMANICVS . PONTIFEX . MAXI
MVS . TRIBVNIC. POTESTAT . XII. IMP. XXII CoS . XVI.
CENSOR . PERPETVVS . P. P
PEDITIBVS . ET . EQVITIBVS . QVI . MILITANT . IN . COHOR
TE III. ALPINORVM . ET . IN VIII . VOLVNTARIORVM
CIVIVM . ROMANORVM . QVI . PEREGRINAE CONDICIO
NIS . PROBATI . ERANT . ET . SVNT IN DELMATIA . SVB . Q. POM
PONIO . RVFO . QVI QVINA . ET . VICENA . STIPENDIA
AVT . PLVRA MERVERVNT . ITEM DIMISSO . HO
NESTA MISSIONE . E ● MERITIS STIPENDIIS
QVORVM . NOMINA SVBSCRIPTA . SVNT . IPSIS
● LIBERIS . POSTERISQVE . EORVM . CIVITATEM ●
● DEDIT . ET . CONVBIVM . CVM . VXORIBVS ●
QVAS . TVNC . HABVISSENT . CVM . EST . CIVI
TAS IIS DATA . AVT ● SIQVI . CAELIBES . ESSENT CVM
IIS . QVAS . POSTEA . DVXISSENT . DVMTAXAT
SINGVLI . SINGVLAS . A . D III . IDVS . IVLIAS
M . LOLLIO PAVLLINO VALERIO ASIATICO SATVRNINO
C . ANTIO . IVLIO . QVADRATO . CoS
COHORT . III . ALPINORVM . CVI . PRAEST
C . VIBIVS . MAXIMVS
PEDITI
VENETO . DITI ● E DAVERS
ET MADENAE . PLARENTIS FILIAE . VXORI . EIVS DERAAVST
ET GAIO F . EIVS
DESCRIPTVM . ET RECOGNITVM . EX . TABVLA
AENEA . QVAE FIXA EST ROMAE
IN MVRO . POST TEMPLVM . DIVI AVG AD MINERVAM
A . VOLVMNI ● EXPECTATI
Q . ORPI CVPITI
CN . EGNATI VITALIS
SEX . MANLI CINNAMI
L . PVLLI SPERATI
P . ATINI AMERIMNI
L . PVLLI ● VERECVNDI

CLXXXXII. *Haec aenea Tabula, alta uncias* XII. *lata uncias* IX. *antiqui Romani pedis, formulam Honestae Missionis Militibus datae a Romanis Imperatoribus repraesentat. Olim reperta fuit a Fossoribus in agro Salonensi, in Delmatia, ut testatur Gruterus, & celeberrimum Fr. Iucundi Veronensis Architecti, & Antiquarii praestantissimi MSptum pag.* 164. *in quo haec Inscriptio profertur; quod mihi perhumaniter communicavit Antonius Franciscus Marmius Eques D. Stephani, studiorum omnium amantissimus. Huic similes Tesserae Militares leguntur in ditissimo Gruteriano corpore pag.* 573. 1. 2. 3. *& pag.* 575. 1. *apud Fabrettum pag.* 687. *Inscr.* 96. *& Sponium pag.* 224. *Sect. VII. &c.*

Gruterus pag. 574. 5. *hanc Tabulam evulgavit, seu potius deformavit; tum versibus non eo, quo iacent, ordine in aenea Tabula dispositis, cum his undecim mendis.*

Versu 8. SVB. Q. PONPONIO. *Tabula sic habet*: SVB. Q. POMPONIO.

Ver. 11. EMERITIS. STIPENDIIS LIBERIS. *Hic integrum versum omittit.*

Ver. 14. DEDIT. ET. CONNVBIVM. *Tab. h.* DEDIT. ET CONVBIVM. *Sic Virgilius Mediceus.*

Ver. 18. SINGVLI. SI.·.GVLAS. *In antica, & postica huius Tabulae*: SINGVLI. SINGVLAS.

Ver. 19. M. LOLLIO. PAVLINO. *Tabula* M. LOLLIO. PAVLLINO.

Ver. 21. CVI. PRAE. IST. ST. *sic perperam. Tab. h.* CVI. PRAEST.

Ver. 23. & 24. PEDITI V.ENETO. *Tab.* PEDITI VENETO.

Ver. 25. ET· MADENAE. PIARENTIS. *Tab.* ET MADENAE. PLA RENTIS.

Eodem Versu. VXORI. EIVS. DERMVST. *Tab.* VXORI EIVS DERAAST. *In postica, in qua tota Inscriptio repetitur, legitur* VXORI· EIVS. DERMIVST. *MSptum Fr. Iucundi habet* VXORI. EIVS. DECAMINIS.

Ver. 26. ET. Q. GAIO. F. EIVS. *Tab. sic* ET GAIO F. EIVS.

Ver. 30. A. VOLVMNI EXPECTATI. *Horum Militum nomina in postica tantum huius Tabulae incisa leguntur.* *Ver.*

Ver. 36. VERDECVNI. *Tab. habet:* VERECVNDI.

Ver. 19. M. LOLLIO PAVLLINO, *&c. Consules suffecti fuere* A. V. C. 846. *& est prior ille Paullinus, ad quem Plinii Epistolae Lib. V.* 10. *& IX.* 37. *Philippus a Turre Monum. Antii de Colonia Foroiul. p.* 373.

In aenea Lucerna, super quam protome Mulieris cum duabus noctuis.

CLXXXXIII.

FORTIS.

In Sigillo aeneo.

CLXXXXIV.

LERISINI

In Heliotropio, in quo ex una parte sculptum Convivium, ex altera haec inscriptio.

CLXXXXV.

VNI
AMBROSIA
VENENVM
CAETERIS

In aenea Lamina.

CLXXXXVI.

GEN . COL . PVT
P. ACILIVS
HERMERO

CLXXXXIII. *De Muliere forti ait sapientissimus Rex Salomon in Parabolis cap.* XXXI. Non extinguetur in nocte lucerna eius.

CLXXXXV. *Montfauconius edidit in Diar. Ital. pag.* 356.

CLXXXXVI. Forte: GENIO COLONIAE PVTEOLANORVM. P. ACILIVS HERMERO. *Hermeros.* ἑρμέρως.

Fabrettus cap. 2. *p.* 77. *Inscr.* 84. *ex Capaccio inemendatam exhibet.*

In

In quodam aeneo Vase rotundo cum operculo.

CLXXXVII.

EX.OLEON.SOC

In quadam aenea Lamella.

CLXXXVIII.

M. ΑΓΡΙΠΠΑ ΟΥΠΑΤΟϹ ΤΡΙΤΟΝ

Ideſt: *M. Agrippa Coſ. tertium;* ut in Panthei fronte latine legitur. Graeci Αγρίϖϖας. Σκαίβόλας. Ποϖλικόλας; Latini *Agrippa, Scaevola, Publicola.* Μέλας, *Mela. Pomponius Mela.*

In aeneo Sigillo.

CLXXXXIX.

* ΒΗΝΑ

ΝΤΙΟΥ

Ideſt: *Venantii.*

In Lamella plumbea.

CC.

ITNOPM

OIDNVCES


AVLI ANICII

cc. *Si inverſo ordine legantur primus, & ſecundus verſus, exhibent:* M PONTI SECVNDIO AVLI ANICII.

Haec, & aliquae Inſcriptiones ſuperius allatae, reperiuntur in Conclavi Muſei Medicei, in quo varia veterum Inſtrumentorum genera ſervantur.

Ad Statuam, quae Muſarum unam repraeſentat.

CCI.



Ideſt: *Opus Atticianis Afrodiſienis.*

cci. *Vide Cl. V. Sen. Bonarotam in Praef. Obſerv. in Vaſa Vitrea Coemeterialia pag.* XXI.

In

In aenea Lamina.

CCII.

IVBEO. ET IS EI. SI FECERIT
GAVDEBIT SEMPER

CCII. *Opinio est, unam esse ex sortibus Traenestinis.*

In Lapide lazuli caelato.

CCIII.

ΘΕΟΦΡ
ΜΕΛΑΝΤ
ΕΡΕΣΙΟ

Id. *Teophrasti Melantae Eresii.*

InCorneola cum capite parum barbato

CCIV.

ΜΝΗϹΘΗ ΟΛΥΜΠΙΑϹ

Idest: *Recordetur Olympias.*

In Achate smaragdina.

CCV.

++
ΔΙΟΓΕΝΗΣ
ΙΚΕΣΙΟ
ΣΙΝΟΠΑΙ
++

Idest *Diogenes Hicesii Sinopaeus.*

CCIII. *Visuntur in postica notae astronomicae Solis, Veneris, Martis, Iovis, & notae tres signorum Zodiaci, cum duabus occultis; forte genesin Theophrasti indicantes: sicuti Demosthenis, & Platonis Iulius Firmicus fecit.*

CCV. *Vide antiquum Anthologiae Epigramma; Diog. Laertium; & Lucianum*: Quomodo Historia scribenda sit. *Sponius retulit pag.* 123. *sect. IV. &* ΙΚΕΣΙΟΥ *posuit pro* ΙΚΕΣΙΟ, *ut in Gemma, quam accurate observavi.* O priscis valebat ΟΥ, ut in columna Herodis Attici Ionicis veteribus litteris insculpta. Hinc Lacedaemones ingenti epistolae Alexandri Magni responderunt unica littera O, idest ΟΥ, *Non.*

In Diphtycho eburneo.

CCVI.

ANIC FAVSTVS ALBIN BASILIVS V C

CCVI. Ideſt: *Anicius Fauſtus Albinus Baſilius Vir Clariſſimus* Cl. V. *Philippus Senator Bonarota explicavit; Icona, & proprium characterem dedit poſt Obſervat. ad Fragm. Vaſ. Vitr. pag.* 245.

Ad protomam Solonis.

CCVII.

Ϲ □ Λ Ω N O
N □ M O ⊟ E T H Ϲ

Ideſt: *Solon Legiſlator.*

In Sigillo aeneo.

CCVIII.

IVATƆO
ITSƎDOM

Ideſt: *Octavi Modeſti.*

In duabus Teſſeris eburneis.

CCIX.

ATHAMANS
MAECENATIS
SP. K. IAN
C. SIL. L. MVN. COS

CCX.

APOLLONIVS
PETICI
SP. K. APR
L. AFR. Q. MET

CCIX. ATHAMANS. Athamans, *pro* Athamas, *unde genit.* Athamantis. *Sic contra* στὰς, *Lat.* ſtans. *Hic Maecenatem habuit dominum.* APOLLONIVS *Peticium*. SP. *ideſt* SPECTACVLVM. C. SIL. L. MVN. COS. *Videtur poſita* N, *pro* R. *nam in Faſtis habetur hoc Conſulum par* C. SIL. L. MVR. COS. *i.* C. SILANO. L. MVRENA COS. *qui Conſules fuere an. U.* 692. *Quum hae in quatuor tabulis inſculptae teſſerae in orbem volvantur, Conſules appo-*

appositi tum initium, tum finem possunt constituere, iuxta legentium arbitrium; idcirco Reines. & Montfauc. in principio Consulum nomina legerunt, ego in fine.

CCX. L. AFR. Q. MET. *Idest* L. AFRANIO. Q. METELLO. *Consulibus an. U.* 694.

Reinesius Class. V. pag. 91. *Inscr. LX.* 1. *Fabrettus cap.* 1. *pag.* 39 *Inscr.* 196. *barum Inscriptionum alteram mendose vulgarunt. Montfauconius item protulit pag.* 757. *Diar. Ital. Multa his similes Gladiatorias Tesseras congerunt Gruterus pag.* 334. *Reinesius, & Fabrettus in suprascriptis locis. De his consulendus vir longe doctissimus Iustus Lipsius Saturn. Serm. l.* 2. *c.* 3. *& Tomasin. de Tess. Hospit. c.* 16.

CCXI.

D M
ANNEAE . C . F . RESTITVTAE
FECIT :: FAESONIVS
THEVDA . CONIVGI . PIENTIS
SIMAE B . M

CCXII.

DELIAE
SERTA
DATE

CCXII. DELIAE SERTA DATE. *Tibull. Lib.* 1. *Eleg.* 2. *v.* 14.

cum posti florea serta darem.

Similius vero est illud Propertii, qui de se ipso, Lib. 3. *Eleg.* 1.

Mollia, Pegasides, vestro date serta poetae.

Tres sequentes Inscriptiones, vetustate litteris labefactatis, male hodie leguntur.

CCXIII.

In Cippo lapideo, in quo Vir iacet in lectisternio cum catulo, & duobus servis ad utrumque latus stantibus.

EX CES VIIIIGERMIIↃIIISANIA
NIO ET BLAESO . COS

In duabus Arculis marmoreis.

CCXIV.

D M

M PVRVLADI ⁝⁝ A M L COLLV
PR PVSP 7 CALLISTIANI Q. V
A. XXX MIL A. XII FAVRIA M
VARIVS COMMANI ⁝⁝ ⁝⁝ ⁝⁝
A RI

CCXV.

D M
SEX. COSINI ⁝⁝ ⁝⁝ ⁝⁝ ⁝⁝ ⁝⁝ ⁝⁝
VI VIR ....
HILARA ⁝⁝ ⁝⁝ ⁝⁝ ⁝⁝ ⁝⁝ ⁝⁝ ⁝⁝ ⁝⁝
B. M. F

Quinque Inscriptiones, quae sequuntur, quum modo inter alias, ab Eruditissimo Viro Iohanne Pagnio Pisano anno CIƆIƆCLXVI. *ex Africa Florentiam transmissas, non reperiantur, putavi, non ipsos revera Lapides ab eo missos, sed eorum tantum apographum; quod postea verum esse liquido cognovi ex eius epistola ad Fabricium Cecinium Florentinum a Secretis Serenissimi Leopoldi Medicei ab Etruria Principis, cuius apographum servatur in Biblioth. Stroziana MSpto num.* 1396. *qua in Epistola varia Africae loca accurate describit. Eximius vir Ioannes Corazius Pisanus, per Agrum Tunetis iter postmodum faciens, harum tertiam, & quartam se vidisse testatus est super ostium cuiusdam domus, & cum XVIII aliis Africanis Inscriptionibus, hactenus ineditis, quas inferius subiiciam, in epistola ad Cl. V. Antonium M. Salvinium, a quo perhumaniter accepi, eas descripsit.*

EX

EX AFRICA.

Inventa in quod. loco dictoTukabia.

CCXVI.

D ♂ M ♂ S
GEMINIA
A. FIL ARTEM

EX AFRICA.

Sub protome Mulieris ex Lapide.

CCXVII.

KEZICIA
MATER

CCXVI. Ideſt *Dis Manibus Sacrum. Geminia Auli filia Artemiſia.*

EX AFRICA.

Super Oſtium cuiuſdam domus.

CCXVIII.

D . M . S
ANNARIA
FRVCTA
CONIVNX
CARISSIMA
PIA . VIXIT
ANNIS . XXXV
H.S.E.OIBO.P.T.S

EX AFRICA.

Super Oſtium cuiuſdam domus.

CCXIX.

D . M . S
APRONIA . VIC
TORIA . PIA
VIX . ANN. XLIIX
M . II . D . XI
H . S . E . F II SOIBO

CCXVIII. H . S . E . &c. *ſ.* Hic ſita eſt . ſibi poſteriſque ſuis. *Vide Falconerium pag.* 163. & 164.

EX AFRICA.

Fragmenta ingentis Lapidis inventa in Templo rotundo.

CCXX.

SAT AVG SAC

Ideſt. Saturno Auguſto Sacrum.

Has quinque Inscriptiones, inter Mediceas reponunt MS. Strozianum nuper laudatum, & apographum Cl. V. Andreae Andreini, ab eo factum An. 1688. sed inter alias modo non reperiuntur.

CCXXI.

C. IVLIO. REGINO DECVRIONI
.... ALD .... R. QV.. N
QVI ....
....
....
SPLENDIDISSIMAE. REIPVBLICAE
....MIDENSIVM. RE. EORVM. ORD.
DECVRIONVM. EX. SPORTVLIS. SVIS
OB MERITA. D. D.

CCXXII.

V E N V L E I A
Ɔ. L. S O S I S
M E D I C A

CCXXIII.

M. P V B L I I
A N T H I

CCXXIV.

D. M
M. LIBIVS
ABASCANTVS
APVLEIVS. PENI
CONIVGI SVAE

CCXXV.

T. FLAVIO PARIDIONI
VIX. ANN. XVIIII
DECESSIT. NATALI. SVO
T. FLAVIVS. PARIS. ET FLAVIA
PITHVSA. PARENTI. SVO

CCXXV. PARIDIONI. *Paridion*, diminutivum a *Paride*.

DE-

DECESSIT NATALI SVO. *Ideſt*: Diem obiit ſupremum, eo die, quo natus eſt, *ac proinde eundem diem ſortitus eſt & laetum, & fatalem. Vide quae notat Fabrettus* Cap. 4. *pag.* 38. & 39. *ubi etiam noſtram profert Inſcriptionem ex Schedis Barberinis.*

Hae quatuor Graecae Inſcriptiones litteris quadratis ad Protomas illuſtrium Virorum, modo cum non reperiantur, forſitan perierunt.

CCXXVI.

ΑΡΙΣΤΟΦΑΝΗΣ
ΦΙΛΙΠΠΙΔΟΥ
ΑΘΗΝΑΙΟΣ

Ideſt: *Ariſtophanes Philippidae Athenienſis.*

CCXXVII.

ΗΡΑΚΛΕΙΤΟΣ
ΒΛΥΣΩΝΟΣ
ΕΦΕΣΙΟΣ

Ideſt: *Heraclitus Bliſonis Epheſius.*

CCXXVIII.

ΙΣΟΚΡΑΤΗΣ
ΘΕΟΔΩΡΟΣ
ΑΘΗΝΑΙΟΣ

Ideſt: *Iſocrates Theodorus Athenienſis.*

CCXXIX.

ΑΙΣΧΙΝΗΣ
ΑΤΡΟΜΗΤΟΥ
ΑΘΗΝΑΙΟΣ

Ideſt: *AEſchines Atrometi Athenienſis.*

CCXXVIII. Sic Apollonius Molonis, dictus eſt etiam *Apollonius Molo*. Vide Cicer.

Vide Imagines, & elogia Illuſtrium Virorum ex Bibliotheca Clariſſimae doctrinae Viri Fulvii Urſini Romani, ex editione Antonii Laferii Romae Anno 1570. *in fol. & Ioannis Fabri Bambergenſis Medici Romani Commentarium ad ſingulas imagines a Theodoro Gallaeo expreſſas Antuerpiae Anno* 1606. *ex celeberrima Officina Plantiniana apud Io: Moretum, Tabulis* 34. 65. 76. 2.

In

In Achate varia ovalis figurae.

CCXXX.

ΑϹΤЄΡΙΑ
ΖΗϹΛΙϹΑϹ
ΙΚΛΑΚϹ

In alia simili.

CCXXXI.

ΧΑΚΑΡΙ
ΧЄΛΙΑΤ
ΙΚΟΝ

Videntur hae duae suprascriptae Inscriptiones Gnosticorum, seu Basilidianorum esse, a figura ovali, & ab occulta scriptura. Talismanos vulgo appellant Arabica voce a Graeca ἀποτελεσματικά, *detorta.*

EX AFRICA.

In Cippo lapideo.

CCXXXII.

C. CΛODIAE C. Λ
ΛAIDI
PHIΛEMA Q. M
L. MATRI

In Tessera eburnea.

CCXXXIII.

FORTVNATE
XXIIII

CCXXXIV.


In Corneola, ubi sculptum caput Iovis Serapidis, cum Sole, & Luna.

ΔΑΜΟΝΟϹ

CCXXXIV. *Montfauconius edidit in Diar. Ital. pag. 356. una cum Heliotropio, a me superius allato pag. 71. Convivium exprimente; de quo hic subiiciendum memini, quod quum denuo id spectarem, & sculpturam eius sequioris aevi procul dubio esse, & figuris illis supremum Christi Convivium designari, cognovi.*



INSCRIPTIONES ANTIQUAE *FLORENTIAE* IN PALATIO ET MUSEO MARCHIONIS RICCARDII.



IDest: *Isidi* (*f. Bonae*) *Obsequenti Seleucus Socratis Votum sub Sacerdote Diocle Dioclis Turmedi.*

1. ΙΣΙΔΙ ΧΡΗΣΤΗΙ. forte χρηστῆ, *Bonae*. ΕΠΗΚΟΩΙ. ideſt Ἐπηκόῳ, quae audit ſupplicum vota, & exaudit; *Obſequenti*. *Fortuna Obſequens* τύχη ἐπήκοος, Plutarcho, ideſt *Audiens*. Hom. Iliad. α.

Ὅς κε Θεοῖς ἐπιπείθηται, Θεοὶ ἔκλυον αὐτοῦ.

Qui Diis obtemperaverit, Dii ipſum audiunt.

ΣΩΚΡΑΤΟΥ. pro Σωκράτους, paſſim in Inſcriptionibus. ΤΥΡΜΕΔΟΥ. Neſcio quid hoc ſit nominis. *Variis, multiſque appellationibus nuncupatur Iſis in vetuſtis lapidibus.* BONAM & OBSEQUENTEM *appellat noſter Seleucus Socratis filius, raro admodum, ornatiſſimoque vocabulo in hoc votivo Marmore, quod illi ſub Diocle eius Sacerdote dicavit poſt acceptum certe inſigne aliquod beneficium, forſitan cum uxore, quae cum eo in lectiſternio recumbit, cui adſtat puer vas miniſtrans, & menſa tripes referta pomis. Ipſi capite corollam quamdam geſtare videntur ex floribus, pomis, frugibuſque confectam. Nam flores in Votorum ſolutione adhibitos memorat Virgilius in Catalectis ad Venerem:*

Non ego thure modo, aut picta tua templa tabella
Ornabo, & parcis ſerta feram manibus.

Iſis etiam frugum habita inventrix, ut teſtatur Tacitus de Morib. Germ.

2

D . M
FAVSTVS . AVG . LIB
ADIVTOR . AB . EPIST
VLIS . LAT . VIXIT .
AN . XVIIII . M . IIII
DIEB . XVI . FECIT
ARTEMISIVS . PAE
DAGOGVS . ET . LIB .
PVERO
RARISSIMO

3

D · M
M · COCCEI EPA
PHRODITI CON
IVGI . PIENTIS
SIMO · GALA
TIA . CONIVNXS
BENEMERENTI

2. ADIVTOR . AB . EPISTVLIS . LAT, *ideſt* Adiutor ab epiſtu-

stulis Latinis. *Sic loquuntur tum prisca Marmora, tum antiquissimi Codices, inter quos praesertim Pandectae Florentinae, & Cassiodorii Senatoris Complexiones, insigne Ecclesiasticae antiquitatis monumentum nuper detectum, & luce donatum a Scipione Marchione Maffeio Viro Clarissimo, & undequaque doctissimo. An* EPISTVLA, *seu* EPISTOLA *scribendum sit, consulendus Cl. Vir Iustus Fontaninus lib.* I. *cap.* VIII. *pag.* 157. *De Antiquitatibus Hortae, qui de hac controversia luculenter, & perdocte disserit.*

ARTEMISIVS PAEDAGOGVS. Ἀρτεμίσιος. *Dianeus. Dianius.* Παιδαγωγός. Servorum *puerorum* Augusti *educator*. Lydus Paedagogus apud Plautum in Bacchid. dimid. Act. 3. Scena 2. clare Paedagogorum officium ostendit.

PVERO RARISSIMO. *Idest:* Puero rarissimis dotibus ornato. *Sic pluribus in locis apud Propertium, sed praesertim Lib.* I. *Eleg.* 17.

Quamvis dura, tamen rara puella fuit.

scilicet raris dotibus praedita.

Vide Gutherium de Offic. Domus Aug. & Pignorium de Servis.

Mabillonius, doctissimorum hominum laude omni aevo summopere celebrandus, retulit pag. 193. *Itin. Ital. & Sponius pag.* 205. *sed diversa, & inemendata lectione. Fabrettus Inscript. c.* 4. *pag.* 248. *Inscr.* 16. *male vulgavit* PEDAGOGVS *contra fidem huius marmoreae Tabulae, quae ultimum versum nunc habet calce obductum.*

3. M ~ COCCEI EPAPHRODITI. Hic genitivus pendet a D ~ M, Diis Manibus. Ἐπαφρόδιτος, *Venustus* a Venere. Lucr. l. I.

Nec sine te quidquam dias in luminis oras
Exoritur, neque fit laetum, neque amabile quidquam.

GALATIA. Γαλάτεια. *Galatea.* idest *laeta, candida.*

CONIVNXS. *In nulla paene dictione variata magis scribendi ratio, quam in hoc nomine reperitur, teste Pierio. Legitur enim in veterrimis lapidibus, & quidem pluribus* Coniux. Coiux. Coniunx. Coiunx. Coius, & Coniunxs *sicut in nostro, ex opinationis varietate, in verbi deductione. Scaurus, & Aldus Manutius in Orthogr.* Coniux *melius putat dici, & scribi.* Vide Cl. V. Dausquium.

4

L, VIBIVS. Ɔ·L. NEPOS.	L, CORNELIVS. L. L.
PHILIAES. C. L. CALLISTENIS.	EVPORVS MEDICVS.
L. CALMEIVS L. L.	Θ VALERIA L. L. DIOGENEA.
ATHENIO.	L. CORNELIVS. L. L.
CALPVRNIA·Ɔ. L. HILARA.	CHIVS.

4. ATHENIO. Αθηνίων. *Minervius*, Minervinus, ut in Collari aeneo Musei Medicei supra relato pag. 67.

EVPORVS MEDICVS. Ἔυπορος, *dives*, quales boni Medici esse solent.

Sexcentorum annorum spatio Romanos Medicis caruisse, nec medicam Artem exercuisse, nullo etiam Romana lingua de Medicina authore disserente, docet Plinius Hist. Nat. lib. 29. cap. 1. Liquet etiam ex vetustis Inscriptionibus, in quibus plures Graeci Liberti Medici, ut ex tertio nomine indicantur, cum viri, tum mulieres leguntur. Usu etiam venisse testatur Plinius loco supra relato, Medicorum nomina in Sepulcrorum titulis inscribere, si eos malis medicamentis, malave arte aegrotos enecavisse existimarent. Vide quae notantur a Sponio Miscell. erud. Antiq. pag. 142. & a Fabretto Inscr. Antiq. c. 4. pag. 299.

DIOGENEA. Διογένεια. *ab Iove nata.*

Θ Nota mortis, τοῦ Θανάτου. Persius:

Et potis es nigrum vitio praefigere theta.

Hinc Ausonius in Eunum Paedagogum, quasi ei mortem deprecatus:

Tuumque nomen Θ sectilis signet.

L. CORNELIVS. L. L. CHIVS. *Hic Marmoris antiquae excalptura cernitur, in qua postea repositum huius Liberti nomen.*

5 IVLIE SO
RORI. EV
NOMVS. ET
MAXIMVS
FRATRES

6 VARENIAE FELICISSI
MA. AVRELIAE
HERMIONE
FILIAE DVLCSX *sic*

7

D · M
L · CELADVS · SENIOR · ET ·
· CELADVS IVNIOR · SE · BI
MPARAVER · SIBI · ET · LVCENIE *sic*
LINI · ET · LIB · LIB · POS . EOR · M
VS IN CONT. EX. DONATIONE VNVM SOLEVM PO SSIDET

7. L · CELADVS · SENIOR · ET · L · CELADVS IVNIOR. *f.* Pater, & Filius, ὁμώνυμοι, *cognomines*. Nos: *Guido Novello*. Lat. *iunior*.

SE · BI. *ideſt* SE VIVI. *Sic plures exhibent Inſcriptiones.* SE, *modo recto caſui, modo obliquo iungitur.* SE VIVVS. SE VIVI. SE VIVO. SE VIVIS. Homer. Iliad. *α.* ἐμεῦ ζῶντος καὶ ἐπὶ χθονὶ δερκομένοιο. *me vivo, ac vidente.*

.. MPARAVER · *idest* COMPARAVERVNT.

ET · LIB · LIB · POS. EOR · M. *ideſt* ET. LIBERTIS. LIBERTABVS. POSTERISQVE. EORVM.

IVS IN CONT. *forte* IVS IN CVNCTIS. *vel f.* IVS IN CONTINVIS. *nam ollae continuae, & continentes in veteribus inſcriptis ſaxis appellantur.*

VNVM SOLEVM. ideſt SOLIVM; ut *Oſteis*, pro *Oſtiis* in Africana ſuperiori Inſcriptione. *Quintilian. Inſtitut. Orat. lib.* 1. *cap.* 4. Quid? Non *E* quoque loco *I* fuit? ut Menerva, & Leber, & Mageſter, & Diiove, & Veiove, pro Diiovi, & Veiovi?

8 C. FVLVINI.
C. L. GLAVCI

9 C. LATERNINVS. C. L
ABINNAEVS
PLEMINIA. C. L. PAMPHILA
CONIVNX

8 GLAV-

8. GLAVCI . *f.* GLAVCIAE . ἀπὸ τῆ Γλαυκίας . Ut Xanthia , Ξανθίας , *Flavus* . Πυῤῥίας , Byrrhia , *Rufus* ; sic Glaucia , *Caesius* .

9. PAMPHILA . *Omnium amica* . Graecus Comicus in Thaide : Οὐδενὸς ὁρῶσα προσποιουμένη δ' ἀεὶ . ita emendavi in Fragmentis Menandri , & Philemonis a doctissimo Ioanne Clerico editis . Οὐδενὸς ἐρῶσα . *Neminis amans ; at simulans semper* .

Fabrettus exhibuit cap. IX. *de Gentilitiis Nominibus , quorum Gruterus non meminit pag.* 628. *Inscr.* 238.

10

D . M
A . LIVI . ONESIMI QQ C
LIVI . EVPHEMVS . ET .
ONESIMIANVS . FILI .
PARENTI . PIENTISSIMO

11

DI MA
T. FLAVI THALLI VIX
ANOS . V . ME . III . D . II .
ORAS . VIIII . FECIT FLAVIV *sic*
EVTICVS . ET . VALERIA
MASVETA . FILIO . DVLC *sic*
ISIMO . PIANTISIMO

10. QQ C . *idest* Quinquennalis Collegii, *vel* Coloniae , *ut interpretatur Reinesius Cl. VI. pag.* 424. *Inscr.* 54. *qui evulgavit* . EVPHEMVS . ET . ONESIMIANVS *nomen Gentis Liviae praeferunt* .

EVPHEMVS . Εὔφημος , *bene ominatus* . εὐφημεῖτε , apud Aristophanem est idem ac *Favete linguis* apud Horatium ; & *Dicamus bona verba* , apud Tibullum. *Euphemo cuidam mensae Domitiani modiperatori , seu extructori Epigramma suum mittit M. Val. Martialis , orans , ut opportuno prandii tempore sua Carmina Imperatori offerat . Lib.* 4. *Epigr.* 8.

ONESIMIANVS a Graeco *Onesimo* Latina παραγωγὴ , seu *nominis productio* .

11. EVTICVS . Eutychus , εὔτυχος , εὐτυχὴς , Eutyches . *Fortunatus* .

12. DIS.

12

DIIS MANIBVS
P. PAPIRIO NATALI VIX
ANNIS VI M II DIEBVS
VI P PAPIRIVS HELIVS
ET PAPIRIA HYGIA PA
RENTES FILIO PIEN
TISSIMO FECERVNT
ET SIBI ET POSTERIS
QVE SVIS LOCVM
EMPTVM QVINQVE PE
ROVATVOR ET SIC INT
IB . H-S XX

13

D : M
TESSIAE . TESSIANAE
EVTACTVS. ET.THISBE
PARENTES . FILIAE
DVLCISSIMAE
QVAE. VIXIT. ANNIS
IIII . M . X . D . II .

12. HELIVS. Ἥλιος. *Sol*. HYGIA. Hygea, Ὑγίεια. *Sanitas*, Salus.

ET POSTERISQVE SVIS. In plurimis Inſcriptionibus haec formula legitur, in qua una ex particulis ET ac QVE videtur redundare. Exemplum tamen ſubolet apud Catullum in Sapphico ad Furium, & Aurelium.

Sive trans altas gradietur Alpes,
Caeſaris viſens Monumenta magni
Gallicum Rhenum, horribiles & ulti-
moſque Britannos.

quamquam dici poſsit τὸ & pertinere ad τὸ *horribiles*: δεινούς τε καὶ ἐσχάτους.

EMPTVM QVINQVE, &c. *Litterae his duobus ultimis verſibus admodum vetuſtate exeſae confuſam, & obſcuram reddunt lectionem. Reineſius Cl. XII. pag. 672. Inſcr. 68. ſic legit:* LOCVM EMPTVM QVISQVE REVOCA*re* VO*let* REIP. *fiſco* IN*Ferre d*EB*et ſextertium vicies*. . . . .

H-S. XX. *Reineſius poſt has notas, duos verſus addit; quorum ne unum quidem iota in marmore, cum ſeparatus ſit titulus ille ſepulcralis inferius ponendus: praeterea cum duobus mendis attulit, nec verſus dedit eo, quo iacent ordine.*

13. EVTACTVS. εὔτακτος. *bene ordinatus, compoſitus.*

In

In Tetrastylo cum tribus figuris muliebribus sub tribus arcubus, & hac Inscriptione, quam olim legeram, modo vero est calce operta.

Fig. muliebris genuflexa pomum manu proiiciens.	*Figura muliebris stans, nuda.*	*Figura muliebris armata clypeo, & hasta.*
14 ΕΡΙϹ	ΠΑΦΙΗ	ΠΑΛΛΑϹ
Ideſt *Discordia*	*Paphia*	*Pallas*

15 DIS . M.
M. LAVSIO SEVERO
FECIT
VALERIA TYCHE
CONIVGI SVI BENE
MERENTI

16 D . M
P . LVCILIO PRO
FVTVRO . Q. V . A. . . .
F. HEREDES . ET . AR
BITRATV POSTI . . .
FANIAE RESTITVTAE

15. CONIVGI SVI. συζύγῳ ἑαυτῆς.

16. P. LVCILIO. PROFVTVRO. Ptolemaeus itidem unus AEgyptiorum Regum, qui omnes eodem nomine censebantur, cognomen habuit Δώτων, ideſt Daturus. *Reinesius habet Cl. XVI. pag.* 802. *Inscript.* 28. *cum aliquibus mendis*. ARBITRATV POSTI, *legit* POSTH*umi*. *ego* ARBITRATV POSTVMI ET FANIAE RESTITVTAE.

In fragmento aeneae Lamellae longit. III. *ped. Rom. altit. unc.* IV.

17
IN . S SINGVLAS . . . . I . I QVI LOCVS VBI
QVIS . ADVERSVS . EA . HVMATVS . SEPVLTVSVE ERIT
PVRVS . ET . RELIGIONE SOLVTVS . ESTO . EVMQVE SIS
. . . . . . ATO ITEM . NE QVI SALVOS ARAM EIVS . C ITA . VTI LICEAT ET
EST . D . D . AD . PR DE EA RE F . .
ADICERE QVI . DEBEAT . . . . .

17. PVRVS [locus] καθαρός. RELIGIONE SOLVTVS. ἀνόσιος. Humatione cadaveris locus efficiebatur religiosus. ὅσιος. Titulus Digestorum: *De Religiosis, & sumptibus Funerum.*

18

DIS MANIBVS
M . POBLICIVS
CHRYSEROS FECIT
CLAVDIAE ZOSIMENI
VXORI BENEMERE
CLAVDI. AGATHOPI. LIB
VIX ANN XXX

19

D . M . RESTVTI
AMICO
BM . FECIT
CESARIS . N . SER *sic*
ANIMVLÆ
THREPTVS

18. CHRYSEROS. Χρυσέρως. *Amor*, seu *Cupido aureus*, eo modo, credo, dictum, quo apud Poetas Χρυσῆ Ἀφροδίτη. *Venus aurea*, Mater Cupidinis.

ZOSIMENI. Ζωσίμη primitivum. Ζωσιμένη, παραγωγόν, seu derivatum. AGATHOPI. *Agathopidis*. Ἀγαθόποδος. Sic *OEdipi*, pro *OEdipodis*; *polypi* pro *polypodis*.

19. RESTVTI. *pro* RESTITVTI. *Syncope, quae passim in Inscriptionibus. Vide quae supra notavimus pag.* 30. *Inscr.* LV.

CESARIS . N . SER. idest *Caesaris nostri Servi*.

ANIMVLÆ. *Helvius Cinna*:

Animula, vagula, blandula.

Animula, Corculum, amantium voces, & apud Plautum perquam frequentes. Ζωὴ, καὶ ψυχὴ, *Vita, & anima*; unde Iuvenalis: *Concumbunt Graece*. Propertius ad Cynthiam Lib. 1. Eleg. 2.

Quid iuvat ornato procedere, vita, capillo?

THREPTVS. Θρεπτὸς, *Alumnus*. τρόφιμος. *Trophimus*.

Sepulcralia marmora, iuxta hunc Romanorum morem, in orbem inscribere, Christiani etiam nostri antiquitus consueverunt.

20

O ΠΑΥϹΙΛΥΠΟϹ
ΟΙΚΟϹΟΥΤΟϹЄϹΤΙΝ
ΛϹΦΑΛΩϹ ЄϹΤΙΔЄ
ΚΑΙ ϹΙΓΑΝ ΑΚΙΝΔΥ
ΝΟΝ ΓЄΡΑϹ

21

D . M
ASCLEPIO
GALERIA.
HERMIONE
CONIVGI
B . M . F.
Q. VIX. AN . LX.
ET . S . ET . S . P . E

20. Interpretatio haec est : *AEgritudinum sedatrix Domus haec est secure : est vero silentium , praemium sine periculo.*

Sunt hi duo versus senariis similes ; ultimus ita legendus : Ἐςὶν δὲ ϗ σιγᾶν ἀκίνδυνον γέρας. Alludit ad illud , quod aiunt : *Gaudere in sinu.*

21. HERMIONE. *Hermionen veterem , Menelai & Helenae filiam , Oresti coniugi alloquentem ostendit Ovidius Heroid. Epist. 8.*

Ultimos tres versus sic lego : Bene . merenti . fecit . qui . vixit . annis . LX. & . sibi . & . suis . posterisque . eorum .

22

D . M . F . TAM
PIA . VRBICA.
Q. TERNA — TAM MI LI.

23

D ~O~ M
LVCANAE
VIXIT . AN . VIIII
MEN . III . D . XIII . H . IV
ET FRATRI . MACEDONI
VIXIT. AN. V. MEN. II. D. I
H . III
M. TITVCCIVS . DAPHNVS
BERNIS . SVIS . B . M . F

22. *Crateres , qui visuntur in medio antiquorum Lapidum , cum uno , vel tribus , aut quinque , vel septem parvis foraminibus , inserviebant in anniversariis mortuorum inferiis , vel illis , quos volebant ,*

bant, diebus, ad respergendos cineres parentalibus sacrificiis, vel libationibus, vel lacrymis excipiendis, de quibus erudite Kirchmannus de Funeribus Romanorum Lib. II. Cap. II. Fabrettus pag. 68. & 69. Inscript. Antiq.

23. BERNIS. SVIS. Vernis. οἰκογενέσιν *Fabrettus edidit pag.* 184. *Inscr.* 402. *sed cum duobus mendis*. LVCARIAE. *marmor* LVCANAE. *item* M. TITVCIVS. *marmor*: M. TITVCCIVS.

24
D . M
C. CALPVRNIO
ABASCANTO
CALPVRNIA
HELPIS
CONIVGI BENE
MERENTI. FECIT

25
TI. C. AVGVSTALIS FECIT
MATRI SVAE
CARISSIMAE
ITEM FRATRI SVO FE
LICI. V. A. IIII

26
A. VALERIVS
PRIMVS
VALERIA A. L
RVFA

27
Θ. L. APPVLEI
EVPORI

28
IVLIA, MVSA
EMIT
SIBI ET SVIS

29
D ❧ M
MINNAE CONIVGI
BENEMERENTI
ALCIBIADES. FECIT. VIX
AN ❦ XVIII

24. CALPVRNIA HELPIS. ἐλπίς. *Spes*. Sed in Inscriptionibus dense aspiratur. Sic Latini οἶνος, *Vinum*, cum V consonante, quae aspirationis vicem implet, ut in ἑστία,

Vesta. ἑσπέρα, *Vespera*. ἕσπερος, *Vesper*. Ἶς, *Vis*, & similia, quae in Graeco tenui spiritu afficiuntur.

29. ALCIBIADES. Ἀλκιβιάδης. ἐξ ἄλκης, καὶ βίας, ex *fortitudine*, & *vi* compositum nomen.

30

C.LATTERNINVS.C.L
RASCVPOLIS
LATTERNINA . C . L. LESCE
VIRO SVO

31

D . M
ITALICENI FILIAE
BENEMEREN
PARENTES
PIENTISSIM
VIXIT . AN. VIIII . M. VII

32

NEBRIS ANTONIAE
DRVSI HIC SITA . EST
VIXIT ANNIS XXXV
LYCHIVS CONTVBERNAΓ
SVAE . FECIT.DE.SVO

33

v AMPHIO . SIBI . ET . ZETHO
FRATRI.SVO. ET. ALEXANDRO
ET. v ONESIMAE . SVEIS

30. RASCVPOLIS. *forte* RASCIPOLIS. *Huius nominis fuit Miles Pompeianus excellenti virtute; de quo Iul. Caes. de Bell. Civ. Lib. 2. & Lucanus Lib. 5.*

LESCE. f. LESCHE λέσχη. locus, in quo congregati homines, invicem verba fundunt. unde ἀδολέσχης. *loquax*, *garrulus*. ἀπὸ τοῦ αὐτοῦ ἄδειν τὰς λέσχας, propterea quod ipsi, hominum circuli, ac coetus obstreperi placeant.

Fabrettus pag. 628. *Inscr.* 238. *mutilam, & mendosam profert.*

32. NEBRIS. *pellis cervina*. νεβρίς. A Nebride Bacchi veste, Nebrissam Hispaniae Urbem Bacchi cultricem, denominatam vult Silius Italicus.

LYCHIVS. forte LYCIVS. Λύκιος, e Lycia.

CONTVBERNAΓ *f.* CONTVBERNAE, *vel* CONTVBERNALI. *Fabrett. qui hanc descripsit ex Schedis Barberinis pag.* 41. *Inscr.* 227. *habet tantum* CONTVBERNA. *In alia Inscript. apud eund. pag.* 71. *Insc.* 51. *Dorio Topiarius* QVARTILLAE ANTONIAE DRVSI. L. MATRI MERITAE DAT *locum sepulturae. Item in alia Inscr.*

apud

apud eund. legitur FERESIA . D . L. NEBRIS. *pag.* 156. *Inscr.* 256.

33. AMPHIO . Ἀμφίων. Amphion . ZETHO . Ζῆθῳ. forte ἀπὸ τοῦ ζῆθι. *Vive*. Lucianus epigrammate:

Ἓξ ὧραι μόχθοις ἱκανώταται. αἱ δὲ μετ' αὐτὰς
Γράμμασι δεικνύμεναι ΖΗΘΙ λέγουσι βροτοῖς.

Sex horae negotiis sufficientissimae. quae vero sequuntur
Litteris monstrantes VIVE dicunt mortalibus.

idest *septima* ζ'. *octava* η'. *nona* θ'. *decima* ι'.

v. ONESIMAE. *Parvum* v *nominibus praepositum*, viventem *significat*.

34

D . M .
DORCADI · V·
A· I . M· X· D· XXIV
VERANIA. VITALIS
VERNVLAE. SVAE

35

D . M
SECVNDI
VALERIA . CHR
YSIS . MATER
FILIO . PIENTISSIMO
BENE DE SE MERENTI

36 M.VALERIVS.Ɔ.L
ANIAEVS.

37

AVRELIANO IN
SAPIENTIAE. FIL
IN SEC. ANN . III . N

35. VALERIA CHRYSIS. χρυσίς. *aureola*. Sic dicitur aureolus liber.

36. ANIAEVS . forte quasi ἀπὸ τῆς ἀνίας. *tristis*, *moestus*; oppositum *Hilaro*, τῷ ἱλαρῷ, nomen. Atqui nomina amant esse boni ominis.

37. AVRELIANO INSAPIENTIAE. FILIO . IN SEC. (idest *in seculo*) Christiana haec inscriptio. *in seculo*; hoc est *in vita*. ἐν τῷ κόσμῳ, ἐν τῷ αἰῶνι τούτῳ. *in hoc saeculo*. INSAPIENTIAE, pro INSIPIENTIAE. ut *insacetus*, pro *inficetus*. *Insipientiae Filio*. Hebraismus, pro *Filio insipienti*. μωρῷ. quod

utrum-

utrumque significat & *infantem*, & *stultum*, & *insipientem*. In Psalmo 18. versu 8. *Lex Domini immaculata, convertens animas: testimonium Domini fidele sapientiam praestans parvulis.* ἡ μαρτυρία κυρίου πιστὴ σοφίζουσα νήπια. idest: *sapientiam praestans insipientibus.*

Integram legi olim hanc Tabulam in Hortis Urbanis Vallis Profundae, vulgo Gualfonda; *modo vero decurtata est.*

38 NICOMACHVS
ALEXANDRI S.L

39 AQVILLIA . Ͻ . LIB
AMARVLLIS VIX. ANN

40 ONSTITVIT
S. GRAVIS. L.

41
DIS . MANIB
SPECVLAE . V . A . LXX
M . CLODIVS
NYMPHIVS MATRI
PIISSIMAE ET LIBERTIS
LIBERTABVS . POSTERIS
QVE . SVIS

42
D . M
SVFFENATIAE
SANCTAE FILII
MATRI DVLCIS
SIMAE

43
D . M
IVNIA . QVIETA
RVFINAE . FILIAE
DVLCISSIMAE
VIXIT . AN . XV
B . M . F

44
D . M
SECVNDO VIXIT
ANN V DIEB . II
PARENTES FILIO
PIENTISSIMO . F

41. SPECVLAE. diminutivum a *Spe*. ut *recula* a *re*. Helpis, *Spes*, in marmoribus passim occurrunt. SPECVLA forte ἐλπίδιον, sive ἐλπιδία.

NYMPHIVS. νύμφιος. *Sponsus*.

42. SVFFENATIAE. derivatum a SVFFENVS. De huiusmodi nominis homine Catullus. SANCTAE, σεμνή, ὁσία.

45.

45

QVID NAM QVID RAPIS O PVELLA FVRAX
NE RAMOS TRAHERES TIBI HÆC FEREBAM
SED POSTHAC CAVEAS FERAS QVID ORTO
OBDVXI LICET ARMA SVM PRIAPVS

45. QVID RAPIS. *Catullus Carm.* XIX. *Priapum Hortorum Deum inducit fures admonentem, ut ab hortulo sibi commisso manus abstineant.*

ORTO, pro HORTO. Velius Longus de Orthographia. *Hortus non desiderabat adspirationem, quod ibi herbae oriantur, idest nascantur, sed tamen a consuetudine accepit.*

Legi ORTVLVM *absque adspiratione apud Fabrettum pag.* 83. *Inscript.* 155. *Vide Vossium in Aristarcho.*

OBDVXI LICET ARMA SVM PRIAPVS. *Priapi simulachrum antiquum perelegans, vestitum, visitur apud Senatorem Antonium Delrossium Florentiae. Caeterum nudus fingitur. In Priapeiis:*

Cur obscoena mihi pars sit sine veste requiris?

46

D . M
VLPIAE VITALI . FECIT . P . FVFI
CIVS . FELIX . AMICAE SVAE . FIDE
LISSIMAE . QVAE SIBI . MORIES . FIDEM *sic*
SERVAVIT . ET SIBI . LIBERTIS . LIBERTA
BVSQVE SVIS . POSTERISQVE EORVM

46. AMICAE SVAE. τῇ ἑταίρᾳ ἑαυτῦ. *pellici. concubinae.*

Reinesius habet Cl. XVI. *pag.* 806. *Inscr.* 45. MORIENS, *contra lapidis fidem posuit ex Schedis Lindenbrog. Sic* Cos. *pro* Consul.

47

47

DIS . MANIBVS
VERANIAE . PLIADI
SIMO .
CONTVBERNALI .
CARISSIMAE . FECIT
VIX A XXXV

48

VEIOS . POST . VRBEM
CAPTAM . COMMIGRA
RI . PASSVS . NON . EST .
ETRVSCIS . AD SVTRIVM
DEVICTIS . AEQVIS . ET
VOLSCIS . SVBACTIS
TERTIVM . TRIVMPHA
VIT QVART . . . SE
VELITERN . . .

47. PLIADI. Πλειάδι. *Pleiadi*. Tragici ſeptem a numero *Pleias* dicti. SIMO. σίμων. *Simulus*. hoc eſt ſimis naribus.

48. VEIOS. Veii Etruriae antiqua Urbs opulentiſſima; de qua Urbe diſtichon illud in Nerone apud Suetonium:

Roma Domus fiet : Veios migrate Quirites ;
Si non & Veios occupat iſta Domus.

Deſcribuntur in hoc marmoris fragmento M. Furii Camilli Dictatoris res geſtae. Huic honorifico elogio lucem affert Titus Livius in fine quincti libri, & libri ſexti init. ex quo videtur deſumptum. Aurelius Victor de Viris illuſtribus c. 23. Populum (*ait*) Romanum migrare Veios volentem retinuit. [*An. Urb.* 364.] *Tertius triumphus Camilli A. U.* 365. *de Volſceis, AEquis, & Etruſcis. ita Reineſius, qui ſic verſum penultimum ſupplet* Cl. VI. *pag.* 417. *Inſcript.* 43. QVARTVM DE GALLIS SENONIBVS VELITERNIS DEDITIONE RECEPTIS *A. U.* 386. *Plut. in Camillo. Pigh. nimirum dictatura eius quincta. Vide Fabrettum cap.* 3. *Inſcript. Ant. pag.* 229.

49

D . M
CINCIAE
PRIMITIVAE

50

D . M
ONESIMO
SERVO
FIDELI

49. PRIMITIVAE. Protogeneæ. Πρωτογενίᾳ. In his namque nominibus nomen Graecum interdum Graece, nonnumquam Latine efferebant. *Reinesius Cl.* XVII. *pag.* 859. *Inscr.* 863. *retulit.*

50. SERVO FIDELI. εὔνῳ, πιςῷ.

51

D M
GERMANIVS VICTOR AMIIIII
COMPARAVIT SIBI ET GERMANI
AE VRBANAE CONIVGI SVAE ET GER
MANIS VICTORINAE ET VICTORINO
ILIS ET GERMANIS LIBERTIS LIBER
TABVSQVE POSTERISQVE EORVM

52

D . M
NOBILI



ALBANVS
PATER

53

L. VENVLEIO. ISO
CHRYSO. NARCIS
SVS ABASCANTVS
EPICTET. BLAST. LIB

51. Λ pro A, perpetuo in Virgilio Mediceo. *De huiusmodi literae figura, simulque de* M, *duplici quodammodo lambda expressa, vide Sertor. Equit. Ursatum in Marmorib. Erudit. Epist.* VII.

52. D.M NOBILI. *idest* NOBILII. *Fabrettus h. ex Schedis Barberinis pag. 66. Inscript.* 18.

53. *Reinesius Cl.* XVIII. *pag.* 879. *Inscr.* 49. *inemendatam protulit.*

55

D . M
P . P. oMPEIo
PROCLO , MIL
COH. XI. VRBAN.
Ↄ CLAVDI , VIXIT
ANNIS . XXX .
MILITAVIT . ANNIS
XVII. ME VII,
SVAbIA . LONGINA
C . B . M . F.

56

D . M
M . AVRELIvS DIO
NYSIVS . AVG . LIB .
COMPARAVIT ET .
STATIAE . FILVMENAE
CVM ARIA F ARAS
CINTA CIPPIS N IIII . LIB
LIB · POSTERISQ. EORVM

55. C. B. M. F. *videl.* Coniugi bene merenti fecit.

56. CVM ARIA . Area. ARIA MACERIA CINCTA *legitur in antiquo marmore Villae Carpineae apud Fabrettum pag.* 91. *Inscr.* 179. & *sic pag.* 50. *Inscr.* 284. *pag.* 223. *Inscript.* 594. Vinia *pro* Vinea *in antiquo Lapide apud Gentilem Delphinum*, & Tinia *pro* Tinea *in Libro Virgilii Colotiano*, & *in aliis Codicibus se reperisse ait Fulv. Ursinus in Virgilio suo cum Graecis collato*, *Georg.* 4.

F ARAS . *forte* ET ARAS , E *digammate nunc detrito*.

Sponius edidit Sect. IX. *pag.* 293. *sed cum aliquibus mendis*. *Fabrettus vero deformavit quinto*, *sexto*, & *septimo versu*; *sic*: STATIRAE FILVMENE CVM ARIA . FARAS CINIA , &c. *pag.* 153. *Inscr.* 226.

Duae figurae sedentes e regione, *virilis una*, *muliebris altera*, *in medio figura puellaris cum mensa tripode pomis onerata*, *super hoc anaglypho*, *lemma*.

57 . . . ΠΡΙΟΣ ΚΑΙ . . . ΚΗ
Τ . Κ . . . ΚΛΗΤΟΣ
ΑΙΛΙ . . . .

Sub anaglypho legitur

ΑΝΕΘΗΚΕΝ ΤΟΣ ΤΗ ΧΑΡΙΝ
Τ . Κ . . ΔΓ . . Υ . . . . .

58

*conce*SSIONE. T. CAMV
rieni . . T . CAMVRIENI
. . . S . PRIMVS . ET
. . . . INE. FECERVNT
. . *lib*ERTIS . LIBERT
*abus poster*ISQVE. EORVM

57. ΚΛΗΤΟΣ. *Vocatus*. Hinc Παράκλητος. *Paracletus*, *Advocatus* dicitur in Sacris Litteris Spiritus Sanctus; non *Paraclytus*.

58

DIS . MANIBVS
CAECINIA . IRENE
VIXIT . ANNIS . XXXXV . MENSIBV
DIEBVS . XV
TI . CLAVDIVS. BOTRIO CONIVGI SVAE
CARISS . ET SIBI . LIBERTIS . LIBERTABVSQ.
POSTERISQVE . EORVM

58. BOTRIO. Βοτρύων. *Racemulus*.

In Cippo marmoreo, in quo Vir, & Mulier iacent in Triclinio, cum figura alte succincta sedente ad eorum pedes, super scabello, cum mensa tripode referta pomis; sub anaglypho legitur.

59

ΑΛΕΞΙШΝ ΚΑΙ ΕΠΙΤΕΥΞασα
ΖШϹΙΜΟΝ ΤΟΝ ΥΙΟΝ
ΑΦΗΡШΙϹΑΝ

59. Idest *Alexion & Epiteuxasa Zosimum filium consecrarunt*.
ΑΛΕΞΙШΝ. *Alexion* [diminutivum Alexii.] ΕΠΙΤΕΥΞασα. sic supplendas puto detritas prorsus litteras in extremitate marmoris. *Epiteuxasa*, quasi *Consecuta*. eodem fere modo, ac *Epiteuxasa*, reperitur in antiqua Inscriptione EPITYNCHANVS, quasi Ἐπιτυγχάνων. *Assequens*.
ΖШϹΙΜΟΝ. *Zosimum* [Latine diceremus *Vitalem*.]
ΑΦΗΡШΙϹΑΝ. ἀπὸ τοῦ ἀφηρωΐζω. *inter heroas consecrarunt*. Manes dicti Heroes, & Semidei. Ἡρῷον. *Monumentum heroicum*;

 Sepul-

Sepulcrum viro alicui insigni dedicatum. ἀφηρωΐζω, tamquam ἀφηρώω, *heroem facio*, ut ἀθανατίζω, *immortalem facio*. ἀποθεόω. *Deum facio*; unde ἀποθέωσις in Nummis CONSECRATIO.


60 D. M.
C. TVRRANIVS ALEXSANDER
FILIO DVLCISSIMO FECIT
Q. V. A. VII. M. III. D. VIIII.


61 C. CANINI*us*
C. L. ONESIM*us*
LVCCEIA. C. *l.*
SYNORIS

60. ALEXSANDER. ut in quibusdam Inscript. VIXSIT. τὸ S, παρέλκει. *Integram in Hortis olim legeram cum sequenti.*

SYNORIS. Συνωρίς. *biga*. Eruditus quidam, quum in quodam Sancto Patre, qui Orationem de laudibus duorum Sanctorum haberet, legisset ὦ ἁγία συνωρίς. *o sancta biga. o sanctum par*; existimaverat, Sanctam illam esse huiusmodi nomine appellatam *Synorida*, quem errorem postea correxit.

Fabrettus integram affert pag. 628. 241. SINORIS, *pro* SYNORIS, *ut habet marmor, descripsit; & adiuncta alia Inscriptione, unam fecit ex duabus.*

62 

63 

62. CALLIOPE. Musarum maxima. Horat. lib. 3. Ode 4.

... *Descende Cœlo, & dic, age, tibia,*
Regina longum Calliope melos.

Καλλιόπη. *pulchri aspectus, vel pulchrae vocis.*

63.

63. MAGNESI. In plurimis lapidibus, quum quadratarius lineae terminalis iniquo ſpatio excludebatur, vel minimam literam adhibebat, vel mancam exhibebat vocem, ut hic MAGNESI, pro MAGNESIO. In Pandectis Florentinis paſſim hoc videre eſt, ut monogramma, e. cauſsa, N̄ pro NT, &c.

P O. *forte* PientiſſimO: *niſi quadratarius* O, *pro* C, *poſuerit; cum forte ſiglae debuerint eſſe* P C. *ideſt* Poni Curavit.

Grut. pag. 849. 14. *b. ex Scardeonio Tatavii existentem tradit.*


64



Ideſt: *Claudia Callicratea, & Cornelius Diadumenus ex iuſſu Dei Aram dedicarunt.*

64. ΚΑΛΛΙΚΡΑΤЄΙΑ. proprie *quae primas tenet in pulchritudine.* ЄΞЄΠΙΤΑΓΗϹ. ideſt ЄΞЄΠΙΤΑΓΜΑΤΟΣ. *ex iuſſu.* In Ara marmorea Medicea cum Graeca Inſcriptione, ſuperius relata pag. 3. ΚΑΤΑ ΠΡΟΣΤΑΓΜΑ legitur.

Nonnullis vitiatam mendis vulgavit Reinesius Cl. I. pag. 199. *Inſcript.* 196.



In hac aenea patera huiusce moduli Meleager visitur lauro coronatus, cum capite aprugno, velut suae venationis insigni. Visitur etiam quaedam lamina quadrata verenda obtegens, & calceamenta videntur venatoria. Adstat Latonia

Montium Virgo, Nemorumque Custos.

sedent ad latera duae figurae, senilis una, laureata, cum virga, quae forsan fatidicum quemdam repraesentat, veste talari, dexteram protendens oratorium in morem: iuvenilis altera, manu sinistra apertam pharetram ferens, dextera ad aurem apposita, quasi audiendi gestu.

65

CLAVDIA LYDE	IRENA MARCELLAE SARCINATRIX

65. LYDE. Λύδη. è *Lydia*. Horatius Lib. 1. Od. 8.

Lydia dic per omnes
Te Deos oro, Sybarin cur properes amando
Perdere?

IRENA. Irene. Εἰρήνη. *Pax*. ut *Spes*, *Fides*, mulierum nomina.

SARCINATRIX. *a sarciendo* ἀκεστρία, quasi *quae ruptis*, & *dissutis medetur*. Lucilius Satyrarum Lib. XXVIII.

Sarcinatorem esse summum, suere centonem optime,

trochaicus octonarius. Plautus in Aulul. Act. 3. Sc. 5.

Petunt Fullones, Sarcinatores petunt.

In Basi marmorea pereleganter ornata capitibus bubulis vittatis, & encarpo.

66 D M
FAELIAE HELPIDI
SACRVM

67 CALPVRNIA
CHLOE
L. CALPVRNIO
DEMOSTHENI
CONLIBERTO
SVO

68 D M
LVCIVS. BOLVMNIVS. SEBERVS
SE BIBO. COMPARABIT. QVI
BIXIT. ANNIS. XL. VIII. MENSI
BVS. VIII. DIEBVS. XVII. FECIT
COIVX. BENEMERENTI CVM
FRATRE. TITO. FLABIO
SOSANDRO. LIB. LIBE. POS. EORV.

69 D. M
IVLLO POLITICO
sic COIITBERTO SVO
CARISSTMO FE
CIT IVLIA HEL
PIS BENEME
RENTI

66.

66. FAELIAE. *Q. Faelium Fregellanum recenset Grut. p.* 240. CHLOE χλόη. *Herba.* Horatius

Vitas hinnuleo me similis Chloe.

67. DEMOSTHENI. δημοσθενεῖ. *Potenti apud populum viro.*

68. BOLVMNIVS. SEBERVS. B *pro* V, *& sic in tota Inscriptione. Quandoque etiam* V *pro* B, *ponitur in vetustis lapidibus, ut* VENEMERENTI. INCOMPARAVILI, &c.

70

DIS . M
ZETHO. CORINTHVS
TATA. EIVS. ET NICE.
MAMMA . F.
V. A. I. D. XVI.

71

D M
L. DOMITIO. FELICI
FECERVNT. L. DOMITIVS
SVCCESSVS. L. DOMITIVS
PRIMITIVOS. PATRONO
BENEMERENTI. FECERVNT

70. TATA. EIVS. idest *Pater*. MAMMA, idest *Mater*. Martial. Lib. 1. Epigr. 101.

Mammas, atque tatas habet Afra: sed ipsa tatarum
Dici, & mammarum maxima mamma potest.

Vide doctissimi Raderi Commentarium in Martialis Epigramm. Gruterus hanc Inscriptionem ponit pag. 663. 8.

71. PRIMITIVOS. Graeco more, & antiquo Latinorum, i. PRIMITIVVS. Plautus *Servos*, pro *Servus*.

In Ara rotunda marmorea ornata capitibus arietinis, & encarpo cum vittis.

72 DOMINI. METVEN
I O M. L I T
SACR.

In Ara rotunda marmorea coronata encarpo cum capite bubulo in medio, & vittis.

73 IVL. PR. SA

72. I O M. i. *Iovis Optimi Maximi.*
Reinesius Cl. I. pag. 65. *Inscript.* 27. *attulit.*

In Basi marmorea rotunda.

74

EX.IVSSV I O M D
L. TETTIVS HERMES
CVM COIVGE SVA ET FILIS
ET. OMNIBVS SVIS
CANTHARVM CVM
VASE SVA POSVERVNT

In latere eiusdem Basis.

SVB
SCRIBA
FONTEIO
EVTYCHO

In alia simili.

75

INVICTAE
CAELESTI.
AVR. ONESI
MVS. D. D.

76

D M
ONOMASTAE
VIXIT. ANN. VII
M. VIII. DIEBVS
VIII. FE. TROP
HIMVS. PA. FILIAE
CARISSIMAE.
ET MATRES.
OSSVA. IBI
CONDITA. S.

74. EX. IVSSV I O M D. idest *Iovis Optimi Maximi dedicatum.*

CANTHARVM. Κάνθαρον. *Bacchi Vas.*

CVM VASE. idest *cum Base.* scil. Basi suppositra Cantharo.

O SVB

SVB SCRIBA. ἐπὶ γραφέως. *Gruterus protulit pag. 16. Inscr. 12. Olim integram videram hanc basin, sed ut integra legeretur eius Inscriptio, in duas partes secta, male locata postea est in diverso pariete ea epigraphe, quae est in latere.*

75. INVICTAE CAELESTI. τῇ Οὐρανίᾳ Ἀφροδίτῃ. de qua Plato in Convivio. *E Baronii Annalibus exhibet Gruterus pag. 59. Inscr. 4. In superioribus Inscriptionibus pag.* 21. CAELESTI AVGVSTAE.

76. MATRES. *idest* MATRIS. Leparenses, *pro* Liparenses, *legimus apud Festum. Fab. Quintilianus lib.* 1. Propter cognationem, *inquit*, E & I literarum, non dubitaverunt antiqui *Heri*, & *Here* dicere, & *Mane*, *Mani*. *Hinc in plurimis Augusti Numismatis epigraphe eiusmodi est*: Ob civis servatos.

77

B — DIS. MANIBVS
IVVENTIA. SECV
NDA.FECIT P.CLOD
IO AGATHOPO — M

78

AGABINIVS
APOLLONIVS
HIC. EST

79

LVCRETIA.C.L
FAVSTA

80

D ❦ M
ARRIAE. IANVARIAE. VIX.
ANN.VII. MENS.VII.DIEB.VII
TI. CLAVDIVS POLYBIANVS
ET.ARRIA. AVGVSTALIS. ALV
MNAE.CARISSIMAE.ET SIBI
FECERVNT. LIBERTIS. LIBER
TABVSQ. POSTERISQ. EORVM
T.AEL.AVG.LIB.TREPTIO.FECIT.SIBI
ET.VXORI.AELIAE.CAPRIOLE.B.M

81

D ❦ M
SERAPIACI.ALV
MNI. DVLCISSIMI
QVI.VIXIT. ANNIS
IIII. MENSIBVS. V.
DIEBVS.XIX.FECERVNT.
AVRELIVS. TROPHIMVS.
ET AELIA. LAENVS.

78. AGABINIVS. *Aulus Gabinius*. in vetusto Cod. mſ. Mediceo *aclaudius*, ideſt *Appius Claudius*. Ἀπολλώνιος. i. *Apollinaris*.

80. POLYBIANVS. á *Polybio* deductum. Πολύβιος. *multae vitae*, vel *multi victus*. *copiosus*. *opulentus*.

TREPTIO. ἀπὸ τοῦ θρεπτὸς. *parvus alumnus*. *Gruterus mendose vulgavit pag. 605. Inſcr. 2. bis in locis*: MENS. VIII. DIEB. VIII. *Tabula habet* MENS. VII. DIEB. VII. CARISSIMAE. ET SIBI. τὸ SIBI *omiſit*. FECIT ET SIBI. *Tab.* FECIT. SIBI. τὸ ET παρέλκει.

82

D . M
DECIA MATER. ET
TROPHIMVS. THEAGENIS
CAES. AVG. SER. VIC. FECER
AEMILIAE. SECVNDAE
CONIVGI. B. M.
VIX. A. XXVII. M. III. D. VI.

83

D M
T. FL. HYLLO
FL EPAVXESIS
FIL
PIISSIMO. F
V. A. XIX. MENS. XI

84 L. AFRANIVS. L. L. BVCCIO
EPIDIA. C. L. ELEVSIS.

Sub protome Mulieris.

85 CAECILIA
SECVNDA

82. THEAGENIS. Θεαγένους. *a Dea nati*. Hom. Iliad. α' Agamemnon ad Achillem.

Θεὰ δέ σε γείνατο μήτηρ.
Dea te genuit mater.

CAES. AVG. SER. VIC. ideſt *Caesaris Augusti Servus Vicarius*. *Rein. habet Cl. IX. pag. 567. Inſcr. 46. cum duobus mendis*.

83. HYLLO. ὕλλῳ. *Hyllus*, idem ac *Hylas*. Virg. *Cui non dictus Hylas*? forte diminutivum τοῦ ὕλα.

EPAVXESIS. ἐπαύξησις. *Adauctio*. ideſt *Adaucta*.

84. EPIDIA. *Elpidia*. ἐλπιδία. ELEVSIS. ἔλευσις. Atticae locus, unde Ceres Eleuſinia ob myſteria ſua celebris.

86

Θ
. . ΚΡΟΠΙΔΟΣ .
. ΑΘΗΝΙΩΝ . ΜΕΛ . . . .
. . ΙΟΥΤΟΣ ΕΡΜΟΛΑΟ . . . .
. . ΦΙΛΟΣ ΔΙΟΣΚΟΥΡίδου
. ΟΥΡΙΔΗΣ) ΜΕΛ . . .
. ΙΑΩΝΙΟΣ) . ΜΕΛΙ . . .
. ΙΩΝ . ΑΝΘΕΣΤΗΡΙΟΥ
ἐρυξΙΜΑΚΟΣ ΠΙΤΟΣΥ
. ΩΝΤΙΔΟΣ
. . . . ΙΟΣ ΑΡΤΕΜΩΝΟΣ Π
. . . . ΟΣ) ΚΟΠΡΙΟΣ
. . . . ΟΣ
. . . . ΟΣ ΜΑΡΑΘΩΝΙΟ
. . . . . Σ ἩΡΑΚΛΕΩΝΟΣ
. . . Σ . . ΙΑ
. ἀγΑΘΩΝΟΣ . . Α .
ΘΩΝΟΣ . . . ΑΜ . .
ΞΙΣΙΟΥ . . ΑΛ . . .
ΑΛΩ

ΘΕΟΙΣ ΤΥΧΗ
. . ΤΟΚΡΑΤΟΡΟΣ ΚΑΙΣΑΡΟΣ . . .
. . ΙΛΙΟΥ ΑΔΡΙΑΝΟΥ ΑΝΤΩΝΕ. . . .
ΒΑΣΙΛΕΙΑΣ ΤΟΥ ΕΙΚΟΣΤΟΥ ΕΒΔΟΜΟΥ
ΟΤΙ ΣΟΕΟΤΑΛΙ . . . ΟΥΠΡΩ
ΙΣΛΟΗΝΑΣΠ . . ΑΗΙ . . ΑΣ
. . . . ΗΤΗΣΕΩ . . . . . .
Β ΤΙΑ . . . . ΕΝΟΚ . . . .
ΓΡΑΨΕΝ . . ΤΣΤΠΑ . . . . .
. . . ΦΙ . . . ΟΛΙΣ . . .
Ν . Σ . Ν ΟΣΜ . Η .
. . . . ΠΙ . ΙΟΘΕΝΙΗΠ
. . . . . . ΣΠΑΛ
. . . . Ν Σ
. . . . ΠΑ
. . . . ΝΙΟ

ΕΡΕΧΘΕΙΔΟΣ
ΕΠΙΚΤΗΤΟΣ) ΣΥΒΡΙΔΗΣ
ΘΕΜΙΣΩΝ) . ΚΗΦΕΙΣΗΙ
ΕΥΠΟΡΟΣ) ΠΗΡΓΑΣΗΘ
ΠΑΡΑΜΟΝΟΣ ΔΙΟΝΥΣΙΟΥ Χ
ΤΓΕΙΝΟΣ ΓΛΑΥΚΟΥ .
ΑΙΓΕΙΔΟΣ .
ΑΡΤΕΜΩΝ) ΓΑΡΓΗΤ . . .
ΕΡΩΣ ΣΜΑΡΑΓΔΟΥ , Α
ΑΘΗΝΟΔΩΡΟΣ) ΕΣΤΙΑ
ΑΘΗΝΟΔΩΡΟΣ) ΕΡΜΕΡΟς
ΠΑΝΔΙΟΝΙΔΟΣ
ἀΣΚΛΗΠΙΑΔΗΣ) ΠΑ . .
ΛΕΟΝΤΙΔΟΣ .
καΛΛΙΜΑΧΟΣ ΦΕΙΔ . .
βαΚΧΙΟΣ) Ε ΞΤΟΙ . .
ΜΗΤΡ μαραΘΟΝΙΟΣ

Interpretatio Graecae Inscriptionis.

In prima Columna.

Vers.

1. . . . *cropidos* .
. . . . *Athenio Mel* . . . . .
. . . . . *otos Hermolai*
. . . . . *philus Dioscoridis*
5. . . . . *urides Mel* . . . .
. . . . *idonius Mel* . . . .
. . . . . *ion Anthesterio* [menſe]
. . . . *ſimachus* [f. Eryſimachus] *Pitoſy* . . . . .
. . . . *ontidos* .
10. . . . . . *ius Artemonis P*
. . . . . . *ius*) *Coprius*
. . . . . *us* .
. . . . . *us Marathonius*
. . . . *s Heracleonis*
15. . . . .
. . *athonis* (f. Agathonis) . *a* . .
. . . . *thonis* . . . . . . *am* . . . . .
. . . *ſisiae* . . . . *al* . . . .
. . . . *alo* . . . .

In ſecunda Columna.

Diis Fortunae
. . . . *Imperatoris Caeſaris*
. . . . *AElii Hadrani Antonini*
Imperii anno viceſimo ſeptimo
. . . . . *ſcripſit* . . . . *unde* . .

In tertia Columna.

Vers.

1. *Erechthidis* (Tribus)
Epictetus) *Sibrides*
Themiſon) *e Cephiſe*
Euporus) *e Pegaſe*
5. *Paramonus Dionyſii*
Hyginus Glauci
Ageidis [tribus]
Artemo Garget ius
Eros Smaragdi A
10. *Athenodorus*) *Vecta*
Athenodorus (*Hermeros*
Pandionidis (tribus)
Aſclepiades Pa . . . .
Leontidis (tribus)
15. *Callimachus Phid* . . . .
Bacchius . . . .
Metr . . . (f. Metrodorus)
Marathonius .

Fragmenti huius Graecae Inſcriptionis , litteris hodie vetuſtate valde detritis , ac labefactatis , praeſertim in ſecunda columna , paucos verſus , & quidem duobus cum mendis , vulgavit , ſeu potius indicavit doctiſsimus Montfauconius pag. 361. Diarii Italici.

Videntur AElio Hadriano ſummi honores decreti ab Athenienſium Re-

Republica. Notanda mentio Anthesterionis mensis Atheniensium, necnon quatuor eorundem Tribuum nomina.

Col. 1. *Versu* 7. ΑΝΘΕΣΤΗΡΙΟΥ, idest Ἀνθεστηρίωνος. *Mense Anthesterione.*

Col. 2. *Versu* 1. ΘΕΟΙΣ ΤΥΧΗ. *Vestigium τοῦ Σ, apparet; non ut videbatur:* ΑΓΑΘΗΙ ΤΥΧΗΙ. *usitata in Graecorum Decretis formula. Vide Gruterum pag.* 400. 8. 401. 1. 405. 1.

V 4. ΤΟΥ ΕΙΚΟΣΤΟΥ ΕΒΔΟΜΟΥ. anno vicesimo septimo. *Heic Montfauconius cavendum monet, haec de imperii annis non dici; non enim tandiu imperavit Antoninus Pius: sed ex sequentibus iam amotis ea lucem accipere.*

Col 3. *Versu* 3. ΚΗΦΕΙΣΗ... *lege* Κηφισιόθεν. *Montfauconius habet* ΚΗΦΕΙΣΙΗ. *sed male.*

Versu 4. ΠΗΡΓΑΣΗΘ... l. Πηργάσηθεν.

Versu 8. ΓΑΡΓΗΤ... l. Γαργήτιος. [Senex Gargetius Epicurus.]

87

D M
IRENES
LANIPENDAE
V. A XXVII
OLYMPVS
CONTVBERNALI
BENEMERENTI
FECIT

88

D. M
AEGYPTO SERVO
BARBARI AVG LIB
A CODICILLIS
EVTYCHVS PECVLI
ARIS SYMMACHVS
FRATRES PIENTISSIMI

87. IRENES LANIPENDAE. eius, quae lanam pendit. OLYMPVS. Huius nominis fuit magni nominis tibicen. *Reinesius edidit Cl. XI. pag. 622. Inscr. 38. cum his mendis:* V. A. XXXIII. OLYPVS. & *duas stellas de suo posuit in marmore. Sponius item Sect.* VI. *pag.* 222. *habet* V. A. XXVIII. *Fabrettus pag.* 214. *Inscr.* 543. *profert ex Reinesio.*

88.

88. AEGYPTO. *Hic AEgyptus, cui sepulcralis titulus inscribitur, Servus erat Barbari Augusti Liberti a Codicillis. Sponii malam interpretationem animadvertit Fabrettus pag.* 249. *Inscr.* 28. *qui ex eo inemendatam protulit. Codicillorum usum antiquissimum fuisse ostendit Paulus Manutius in Comment. in M. Tullii Ciceronis Epist.* 26. *tom.* 2. *ad Famil. in quo etiam Codicillos, sic ait dictos a* Caudicibus, *idest* arborum libris: *plures enim ligneae tabellae glutino iungebantur, item ut iunguntur hodie nostrates libri; sed ante quam in arborum libris, & palmarum in foliis esset scriptum, ut Plinius auctor est lib.* 13. *cap.* 11. *&* 13. *Quae vero differentia inter codicillos, & epistolas reperiatur, Seneca epist.* 56. *innuit ad hunc modum:* Video te, mi Lucili, cum maxime audio, adeo tecum sum, ut dubitem, an incipiam non epistolas, sed codicillos tibi inscribere. *Ex quibus colligunt omnes, praecipue Lipsius in sua Institut. Epistolica codicillos inter praesentes (nos* Viglietti *diceremus) epistolas inter absentes intercedere. Erat & epistola brevior codicillis, ideo dicit Seneca epist.* 45. Epistola non debet sinistram legentis manum implere.

PECVLIARIS. *Servi, sic Peculiares dicti ad distinctionem Publicorum.*

SYMMACHVS. Σύμμαχος. *Socius. Adiutor.*

89

D . M
M. ANNIO
PRISCIANO
V. A. XL. M. V. D. XXVIII
M. ANNIVS
THREPTVS
FILIO CARISSIMO
FECIT

90

D M
ONESIMVS SPER
ATO FILIO SVO
Q. VIXIT. ANIS. III *sic*
MENS. VIII
DIEB XIIII
BENEMERENTI
FECIT

91

D . M
PHILADELPHVS
CAESARIS
MONTANAE
CAESARIS

92

D M
IVLIAE
APHRODITE
HERES. FECIT
IN. F. P. II. IN. AG. P. VII

91. PHILADELPHVS. *Fabrettus habet pag.* 40. *Inscr.* 210.
92. APHRODITE. Ἀφροδίτῃ. *Veneri.*

93



sic

93. *Votiva haec Ara marmorea, Soli Invicto Mithrae dicata, altitudinis tres circiter pedes, latitudinis vero duos habet.*

De Sole Deo invicto Mithra, quamvis doctrina, & eruditione plures clarissimi Viri multa scitu digna dixerint, tamen hic paucis notandum est, Solem non tantum a Persis Mithrae nomine cultum, ut memoriae prodit Strabo lib. 15. *Q. Curt. l.* 3. *Iust. l.* 1. *c.* 10. *& He-*

& Hesychius in voce Mithres ; *sed etiam a Babyloniis, ut Nonnus Dionysiacorum libro XL. testatur , qui de Sole sic loquitur:*

Εἰ χρόνος, εἰ Φαέθων, πολυώνυμος, εἴτεσυ Μίθρης
Ηέλιος Βαβύλωνος, ἐν Ἑλλάδι Δελφὸς Ἀπόλλον.

hoc est, ut interpretatur doctissimus noster Tullius, Benedictus Averanius Dissertat. LXXI. in Antholog. n. 8.

Si Tempus, Phaethon, si multi nominis es tu,
Si Mithres Sol Assyriis, Grajs & magnus Apollo
Delphicus, & certus responsa petentibus auctor.

A Babyloniis, ab Assyriis, atque a Persis Mithrae cultus, & sacra ad Romanos promanarunt. In antris, ac spelaeis colebatur leonino capite, tauro, quem cultro pungit , insistens ; cui etiam serpens adiungebatur. Vide Statium lib. 1. *Thebaid. & Claudianum in Stilicone. Mithriaca item Sacra in subterraneis locis peragebantur. Uberrime de his disserunt clarissimi, doctissimique Viri Reinesius Syntagm. Inscript. Antiq. Cl. II. pag.* 91. *usque ad* 97. *Philippus a Turre Episcopus Adriensis in Monumentis Veteris Antii, & Montfauconius in Diario Ital. pag.* 198. *&c.*

Plures Aras Soli Mithrae dicatas exbibet Gruteri Thesaurus pag. XXXIII. 8. 9. 10. 11. XXXIIII. *&* DLXXVII. 1. MLXVI. 9. 10. *Reinesius Cl. I. Inscr.* 45. 46. 47. 48. *&* 277. *Sponius Sect.* IV. *pag.* 4. *Fabrettus pag.* 367. *Inscr.* 127. 128. *& pag.* 698. *Inscr.* 198.

ASSTANTE. *Sic habet marmor, quod in medio huius lineae modo valde detritas habet litteras ; forte* ADSTANTE. *Operi, erectioni, & dedicationi Ararum, praeerant Sacerdotes, tanquam sacrorum Mithriacorum antistites ; ut observavit in duabus similibus Aris Reinesius Cl. I. pag.* 90.

IMP. COMMODO. *&c. idest A. U. C.* 935. *A. Chr.* 183. *quo hi Consules fuere ; Vide Relandi Fastos Consulares. Sub Commodi imperio Solis Mithrae cultum admodum floruisse testatur haec Ara, & alia apud Gruterum* MLVI. 9. *& Lampridius in eius Vita.*

SOLI INBICTO. *idest* INVICTO. V *&* B *frequenter occurrit in antiquis Monumentis mutua conversio. In aliis Inscriptionibus Sol Deus aeternus, divinus, omnipotens, iuvans, sanctus, & sanctissimus appellatur. Omnes Deos referri ad Solem luculenter probat Macrobius Saturnal. lib.* 1. *cap.* XVII. *&* XVIII.

MITRAE. *Marmorarii fabrile erratum absque adspiratione.* *Mithram* μέγα φῶς. magnam lucem *Darius appellat apud Plutarchum in Vita Alexandri Macedonis.*

PRAEPOSITVS. TABELLARIORVM. *Tabellarii, sic dicti a Tabellis codicillorum, quod eas ultro citroque ferrent, ante chartae, & membranarum usum, ut ait D. Hieronymus epist.* 42. *ad Niceam. De Tabellariis Publicanorum meminit Cicero epist.* 7. *lib.* VIII. *ad Famil. & de Tabellariis domesticis epist.* 7. *lib.* II.

BELA. *idest* VELA. Vela in Theatro cum omni ornatu data a Cn. Plaetorio *vetus Inscriptio memorat apud Gruter. pag.* 1029. 2. *Est apud Fabrettum pag.* 79. *Inscript.* 93. Caelum cum columnis, & velis, & aram odoribus repletam erga suorum sanitatem dono dat, vel dedicat Constantius. *Iuvenalis Satyr.* VI.

Ornatas paulo ante fores, pendentia linquit
Vela domus, & adhuc virides in limine ramos.

Haec Vela, insignia Domorum, & Familiarum, vel alicuius Numinis signa ostendisse putat doctrinae & generis claritate conspicuus Celsus Cittadinius *Senensis in Tractatu de Antiquitate Armorum, & Insignium nobilium Familiarum; cuius apographum vidi in Bibliotheca Stroziana Cod. MS.* 774. *in quo hanc nostram votivam Aram laudat, & Romae inventam, apud quemdam Statuarium extitisse testatur, prope locum* [la Fontana di Trievi] *nuncupatum. Florentiam in sui Musei ornamentum advehi voluit Nobilissimus Vir Riccardus Riccardius, Antiquitatum amator, & conquisitor studiosissimus.*

DOMINI. INSICNIA. *Sic Marmor* C, *pro* G, *optimis etiam Latinae Linguae seculis usurpatum. Sero enim* τοῦ G *pronunciationem veteres Romani agnoverunt. Ausonius Idyll.* 12. *ait*:

Gammae vice functa prius C.

In Duilliana Columna Rostrata legere est LECIONES, *pro* Legiones, MACESTRATOS, *pro* Magistratos, PVCNANDO *pro* pugnando. *Terentianus Maurus*:

G tamen sonabit illic quando *Cneum* enuntio,
Asperum, quia vox sonore leviorem interpolat,
Vel priores G Latini nondum ab apice finxerant;
Caius praenomen proinde C notatur, G sonat.

Sic

Sic *Amurca*, quae vetuſtè ſaepe per C ſcribitur,
Eſse per G proferenda crediderunt plurimi;
Quando Ἀμόργη Graeca vox eſt Γ origo praeferat.

Promiſcue Caius & Gaius, Cneus & Gneus; *Unde Cicero de Natura Deor. lib. 2. teſtatur*: Mater autem a gerendis frugibus *Ceres*, tamquam *Geres*, caſuque prima littera itidem immutata. *Vide Cl. Sen. Bonarotium in Obſerv. ad Vaſa vitr. pag.* 120.

DOMINI. *Sol dominus* ἄναξ *appellatur in hoc Marmore, quemadmodum & in alio apud Gruterum pag.* 35. 4. D. D. ideſt *Donat Dedicat. Grut. hanc vulgavit Aram p.* 35. 1. *ſed non adeo accurate.*

94

D . M
ATILIA . TV
CHE . QVE . ET
ATHENAIS
IVLIVS . ATHE
NODORVS PA
TER

95

D M
CAECILIAE ERITEVXIS
L CAECILIVS HERAMADION
CONIVGI . DVLCISSIMAE
ET BENEMERENTI
FECIT
ET . SIBI . ET . SVIS . P . Q . S

96

D . M
APHRODISIAE
APHRODISIVS
PATER . FILIAE
POSVIT

94. ATILIA. TVCHE, ideſt TYCHE. *Fortuna*, ſic EVTVCHVS pro EVTYCHVS.

QVE . ET ATHENAIS. ἡ καὶ Ἀθηναΐς. *Minervia.*

Conduplicata nomina, quibus frequenter uſi ſunt antiqui, ex vett. Lapidib. cum Scaligero notavit Fabrettus Inſcr. Antiq. Cap. II. & III. pag. 100. & 145. *Ita & in Act. Apoſt. Cap.* 13. *ver.* 9. Saulus autem, qui & Paulus, &c. *Vide Cl. Sen. Bonarotae Obſerv. ad Vitrea Vaſa Coemeter. pag.* 43.

ATHENODORVS. Ἀθηνόδωρος. *Minervae dono natus pater.*

95. CAECILIAE. ERITEVXIS. lege EPITEVXIS. h. e. Epiteuxeos. i. *Acquiſitionis. Pars huius Inſcriptionis modo deeſt.*

HERAMADION. ſ. HERMADION. q. *Mercuriolus.*

P. Q. S. *Poſteriſque ſuis.* pro *eorum.*

96. APHRODISIAE. Ἀφροδισία. *Veneriae.*

97 C . F

D ❦ M

C . VERGILIVS . MARTA
NVS COLONVS . AGRI CAE
LI . AENEI. ANVLENAE CER
TAE . COLONAE. AGRI . SS. ANO *sic*
RVM . XXII . COIVGI COIVGALI
CASTAE CARAE . BONE . PIAE *sic*
FIDELI . DVLCI CARE. AMAN
TISSIMAE . DESIDERANTISSIME

SODALICIARIA CONSILI BONI B . M .

97. C. VERGILIVS. *Eiusdem nominis Militem Pompeianum memorat Thapsi Praefectum Hirt. Pansa de Bello Afric.* Βιργίλιος. (ni fallor) in disticho Gr. in laudem Claudiani. VERGILIVM, non VIRGILIVM ex vetustis monumentis scribendum putant doctissimus Politianus Miscell. & Aldus Manut. in Orth.

MARTANVS. f. quasi *Martialis*. ἄρειος.

BONE. idest BONAE. *Frequenter* E *positum in antiquis Inscriptionibus pro* AE *notat Scaliger in Indice eorum, quae ad Grammaticam pertinent Cap. XIX. & Reinesius similiter; quemadmodum saepe* AE *positum pro* E; *ut* aeorum *pro* eorum. Ita & in Mss. optimae notae, tum Latinis, tum Graecis, ε, pro αι, & contra.

Cum duobus mendis apud Grut. pag. 602. 5.

In domestico Sacello.

98 IANVARIO BENI *sic*
MERENTI QVI VIXIT
ANNOS II ET M VIII
D VIII ❦

In Gemma caelata in Museo.

99 TV MEA
VENVS

In Gemma caelata.

100 POSTVMIANI GALLA VIVATIS
ADEODATE ANASTASIA

101 D
CLODIAE
IAE . QVA
XX . FEC . L.
FVSCIN
S . LIGV

In Lucerna fictili ornata simpulo & lituo.

102 FLOREN

In manubrio Paterae, ornato canino capite, & his siglis

103 P . V . D . O . S . R . M . S.
VOT . PVB

104 FAPHETI
PRIMICENIA
FEC . ET . SIBI
RTABVSQ
ORVM
CIO SEVER
A . XXX

In Diptycho eburneo, in quo Victoria sedens super aquila clypeum rotundum tenens, in quo icon Consulis clamyde induti, circa quem hae litterae.

105 BONO REIPVBLICE ET ITERVM

ET INL EX COM DOM PAT CONS ORD

105. *Idest* Et inlustris ex Comite Domesticorum Patricius Consul Ordinarius. *Vide Cl. Philippi Senatoris Bonarotae Observation. in Vasa Vitrea Coemeter. pag.* 255. *qui ectypa exhibuit, & illustravit.*

In Lucerna aenea ornata aquila, & parvulo Leone; in postica capite mulieris, & in antica capite viri barbati, fascia, diademate insignito, & hac Hebraica Inscriptione.



106

106. *Idest*. Quia mandatum Lucerna est, & lex lux. Lucerna domini spiraculum hominis, quae investigat omnia secreta ventris. *Primus versus desumptus est ex cap.* VI. *vers.* 23.

se-

secundus ex cap. XX. *ver.* 27. *Proverbiorum divini Voluminis. Sculptor aliquas litteras omisit.*

In Diptycho eburneo, in quo S. Andreas ad dexteram, S. Petrus ad sinistrum stant super Basilica quadam, decem & octo columnis suffulta, induti pallio, & tunica, laeva manu volumen tenentes, dextera medio digito inflexo Graeco more benedicentes, capite nimbo, seu diademate ornato, supra quos haec Inscriptio prominentibus litteris.

107 ωϹ ΑΥΤΑΔЄΛΦΟΙ ΜΥϹΤΟΛЄΚΤΑΙ ΤωΝ ΑΝω
ΝЄΜΟΙΤЄ ΛΥΤΡΟΝ ΔЄϹΠΟΤΗ ΚΟΝϹΤΑΝΤΙΝω

Ο ΑΓΙΟϹ ΑΝΔΡΕΑϹ — Ο ΑΓΙΟϹ ΠΕΤΡΟϹ

107. Ideſt: *Tamquam germani fratres supernorum mysteriorum enarratores, tribuite liberationem,* (vel *redemptionem*) *Despotae Constantino.*

ΔЄϹΠΟΤΗ. Quemadmodum Caeſar filius Romani Imperatoris, ita *Despotes*, ideſt *Dominus*, appellatur Graeci Imperatoris filius.





INSCRIPTIONES ANTIQUAE FLORENTIAE IN URBANIS HORTIS MARCHIONIS CORSINII.

1

ΗΝ ΟΤΕ ΜΟΥΝΟΝ ΥΓΕΙΝΟΝ
ΑΔΕΛΦΕΟΝ ΟΙ ΜΕ ΤΕΚΟΝΤΕϹ
ΠΕΝΘΕΟΝ Η ΝΙΚΕΓΩ
ΠΕΝΤΑΕΤΙΖΟΜΕΝΗ
ΠΑΡΘΕΝΟϹ ΕΝ ΓΟΝΕΕϹϹΙΝ
ΕΘΗΛΕΟΝ Η ΑΓΑΠΗΤΗ
ΗΛΥΘΑ ΤΗΝ ΦΡΙΚΤΗΝ
ΕΙϹ ΑΙΔΑΟ ΠοΛιΝ
ΟΙ ΕΜΕ ΓΗΝΑΤΙ::: Η ΜΗΤΕΡ
ΒΕΝΟΥϹ Ο::::::: ΑΡΙΤΩΝΟϹ
ΠΟΛΛΑΚΙ ΒΩΩΜΕΝΟΥ
ΧΑΙΡΕ ΠΡΟΚΛΑ ΘΥΓΑΤΕΡ

Huius Inſcriptionis lectio ſic ordinanda.

1. ΗΝ ὅτε μοῦνον Ὑγῖνον ἀδέλφεον οἵ με τόκοντες
Πένθεον ἡνίκ᾽ ἐγὼ πενλαετηζόμενη. Παρ-

Παρθένος ἐν Ϳονέεσσιν ἐθήλεον ἡ ἀγαπητὴ
Ἤλυθα τὴν φρικτὴν εἰς ἀΐδαο πόλιν.
Οἱ ἐμὲ γηνατ . . . ἡ μήτερ γένους ο . . . αριτωνος
Πόλλακι Ϭωωμένου χαῖρε Πρόκλα θυγάτερ.

Cl. Antonius M. Salvinius bis Latinis versibus reddidit.

Tempus erat, quando fratrem luxere Parentes
Hyginum solum. nunc ego virgo duos,
Ac tres nata annos florebam patribus alma;
Et veni horribilem Ditis ad usque domum.
Et quae me genuit mater genere . . . . . itonis
Clamantis saepe: o filia Procla, Vale.

ΠΕΝΤΑΕΤΊΖΟΜΕΝΗ. idest πέντε ἔτη ζῶσα.
ΟΙ ΕΜΕ. forte ἡ ἐμὲ. ΓΗΝΑΤΙ. . . . lege ἐγένατο.
ΒΕΝΟΥΣ. f. γένους. ΒΩΩΜΕΝΟΥ, idest βοωμένου.
ΗΛΥΘΑ, &c. *Veteres, etiam Heroum animas post obitum Infernis Iudicibus se repraesentare autumarunt.*
ΤΗΝ ΦΡΙΚΤΗΝ ΕΙΣ ΑΙΔΑΟ ΠΟΛΙΝ. *idest* horrificam Plutonis Civitatem. *Eodem Civitatis, seu Urbis vocabulo infernas animarum sedes descripsit Silius Ital. lib.* 12.

Infernis pressas nebulis, pallente sub umbra
Cimmerias iacuisse domos, noctemque profundam
Tartareae narrant Urbis.

& noster summus Poeta, ac Theologus Dantes in suo Poemate.

ΧΑΙΡΕ. *Vale.* VALE triste *Ovidius*, aeternum *Virgilius*, perpetuum *Catullus appellant; eo quia existimabant miselli illi τοὺς μακαρίτας, se in aeternum amittere; quare ut assidua defunctorum suorum recordatione ad pietatem, & ad lacrymas excitarentur huiusmodi verbum in sepulcralibus titulis, & monimentis inscribi volebant, ut Viatores ipsis* VALE *dicerent, & ipsi Viatoribus, & bene precarentur. In anulis quoque Veteres, memoriae causa,* VALE *cum defuncti nomine insculpserunt, & deferre consueverunt; quod observavi in corneola Regii Musei Medicei, quae haec refert*

(ΧΙΟΝΗ ΧΑΙΡΕ) idest (Chione Vale)

Chiones famosae meretriculae meminit Martialis Lib. 1. *Epigr.* 35.

ΠΡΟΚΛΑ. Procla, *idest* Procula; *ut* FELICLA *per frequentem aphaeresin, quam notat Fabrettus Inscr. Ant. Cap.* III. *pag.* 215. 216.

2

M
ΛΟΥΚΙΟC ΦΛΑΒΙΟC
ΚΛΑΔΟC ΖΗCΑC
CΤΗ. ΟΖ.
ωΡΑΝ ΜΙΑΝ
ΧΑΙΡЄ ΙΝ ΤΟΙC ΑΝω

3

HERCVLI
IVSSV. SILVANI.
DEI.
CN. SENTIVS. CARPVS
FEC

2. Idest *M.* (*f. Manilus*) *Lucius Flavius Cladus vixit annos* *LXXVII. horam unam. Vale Superis.*

ΚΛΑΔΟC. i. *Ramus*. tertium nomen Graecum, ut in Libertis fieri solet. CΤΗ, idest ЄΤΗ, *annos*. In lege quadam Graeca, in Pandectis Florent. editis a Taurellio, est CΤΟΙΜΗΝ. verbum nihili. Emendandum ex archetypo ЄΤΟΙΜΗΝ. *promptam, paratam*. Linea transversa subtilissima oculorum aciem effugerat; ideoque litera Є speciem τοῦ C praefert; quod in omnibus literis, quae lineis componuntur, sedulo animadvertendum, cum in Lapidibus, tum in Manuscriptis.

ΧΑΙΡЄ ΙΝ ΤΟΙC ΑΝω. I. ἐν τοῖς ἄνω. *Valete Superi; homines, qui supra estis.*

3. IVSSV. SILVANI. DEI. *In Graecis Inscriptionib.* κατὰ κελεύσιν θεοῦ. *Item* κατὰ πρόσταγμα, & ἐξ ἐπιταγῆς. *in allatis supra Basibus:* ex praecepto. ex iussu Dei.

Q Her-

Hercules in hac, & in pluribus aliis votivis Tabulis Silvano sociatur. Vide Gruterum pag. I. 4. & XLII. 4. 5. 6. Apud Reinesium Cl. I. pag. 112. *Inscr.* 71. Omnium Deorum comes *dicitur: aiunt enim Deorum cultum mortalibus suasisse. Silvani nomen plures viri, & mulieres praeferunt; sequentem Inscriptionem Fabii Silvani exhibeo.*

4

D · M ·
FAB · SILVANVS
ZOSIMENÍ
NVTRICI . SV
AE FECIT

5

FELIX . PVBLICVS
PAL . FV RIANVS
AVGVR BARBIAE
CONIVGI. SVAE. POSVIT

4 ZOSIMENÍ . i. *Zosimene*. Ζωσιμένῃ . i. *Vitali*. NVTRICI. SVAE FECIT. reddidit illi τὰ τροφεῖα τὰ θρεπτήρια, *nutriendi mercedem*. *Nutricia* inscripsit elegantissimum carmen de Poetis Angelus Politianus; quasi Poetarum alumnus, atque Musarum, iis mercedem, ac praemium laudum persolvens.

5. *Hanc Inscriptionem duobus vitiatam mendis dedit Gruterus pag.* 303. 3. PAL. *idest* Palatina Tribu. *De Augurum dignitate, & numero eruditissime Benedictus Averanius Dissert. XIX. in Livium. n.* 14. 15. *ubi sic ait*: Initio tres tantum augures fuisse accepimus, ut singulis Tribubus singuli augures tribuerentur; postea vero, quamvis esset auctus numerus Tribuum, & triginta quinque Tribus censerentur, novem dumtaxat augures creari placuit usque ad Syllae tempora, qui quindecim creari voluit; qui numerus augurum semper postea mansit.

6 DIS MANIBVS
FLORAE

7 V IVLIA . C. L.
PRIMIGENIA

8

PRO SALVTE ET INCOLVMITA
TE· DOMINI (NOSTRI MARCI
AVRELI SEVERI ANTONINI PII
ET. IVLIAE. AVG. MATRI. AVG. N
ET CASTRORVM
CEREI I IIO:: :: ::

8. PRO SALVTE ET INCOLVMITATE. ΥΠΕΡ CΩΤΗΡΙΑC ΚΑΙ ΔΙΑΜΟΝΗC in Inſcriptione Graeca maiori Muſei Medicei ſuperius allata pag. 22.

CEREI I I IO:: :: :: *Literae videntur abraſae antiqua manu, & marmorea Tabula in medio; & inferius fracta; quod in tribus aliis ſimilibus Muſei Medicei ſupra notavimus factum.* Forte CERERI NOVAE. Oppianus initio *Cynegeticῶν*; Iuliam Severi, *Venerem Aſsyriam*, & *non deficientem Lunam* vocat. In praelaudata Graeca Inſcriptione Muſei Medicei Antoninus vocatur ΝΕΟC ΔΙΟΝΥCΟC. *novus Bacchus*.

9

AVR. AVGG. LIB
EPICTETVS VALR CAPI
TOLINE MATRI. DVLCI
SSIME. MVLIERI
ET INCONPARABI *sic*
LI. QVAE VIX. ANN
LX BENEM. FECIT

10

D M
C. VALERIVS. C. L
NICIA
VALERIA. C. C. L
ITALIA
N. FR. P. XIV. IN. AGR. P. XI

9. AVR. AVGG. LIB. ideſt *Aurelius Auguſtorum libertus*. EPICTETVS. ἐπίκτητος. *Acquiſitus*. appellative.

10. ITALIA. *ab Italia desumpto cognomine. Sic in Gruteri Thesauro pag.* 657. 1. *legitur* ASIA INGENVA, *&* *pag.* 1034. 2. EVROPA NONIA.

11

D M
KALPVRNIA
EDISTE VIXIT
AN. XXV. MES
II. DIES. XVI
IVVENALIS
SIVILIANVS
EQ. SING. CON
IVGI. BENEM
ERENTI. FE. OLL

12

D' M'
PVBLICIAE AROM
TE
CONIVGI KARISSIMAE
FEC. ALBANVS. EQ. VET.
LVD. MAG. VIX. ANN
XXII. MENS. V. D. VIII.
IN F P III. IN AG. P VII

11. KALPVRNIA. An a κάλπη, quod Graece sonat *Urna?* ideo cum K. ut originem referat; ut *Kalendae, Kalatis comitiis?* ἀπὸ τοῦ καλέω. EDISTE. HEDISTE. ἥδιστε. *dulcissima, suavissima*, MES. II. *Meses*. pro *Menses*; ut *Cos. Consul*; ita etiam perpetuo MES. notatum in Kalendario Veteri Romano.

FE. OLL. *idest* FECIT. OLLAM. *etsi* FECIT OLLARIA *melius placet Fabretto Cap.* I. *pag.* 20. *Apud eumdem in quadam Inscript. n.* 263. *pag.* 257. *legimus* OLLAM ET TITVLVM DATVM.

12. EQ. VET. LVD. MAG. *idest*: Eques Veteranus Ludi Magister: idest *Militaris*: in quo milites ad palum exercebantur. Vide Vegetium de Re militari. *Ludimagistrorum quum nulla mentio habeatur in locupletissimis Indicibus Gruteriano, & Reinesiano, singularis evadit haec nostra Inscriptio.*

Frag-

Fragmentum de Cohortibus VII. Vigilum.

13

M ♂

INARE . PR. VIC . ET FIRMIO AMVNTIA
SVB . PR ul LPIO FIRMO 1 FR . RVFIO VERINO 1 FR
FVLVIO S AIENTES . SERARIO . CLAVDIVS CNORIM
EDILIS fa CTVS A VEXILLATIONE. ET LVDOS EDIDIT DE
SA MATIS, ITEM SCENICI. CLVVIVS GLABER. ARC
ENIVS EVCARPVS. ARC. VOLVSIVS INVENTVS. STVP. SVELLI
VNDINVS. STVP. LVCILIVS. MARCIANVS. ARC. VINDICIVS FEL
AVIVS SATVRNINVS SCVR DATIBVS BAIANVS OPERA. FELICISS

coH I VIG	COH IIII VIG	AONI CRATERE
1 SEROTINI	1 CAES	1 MARCELLINI
cILI HELIODOR	VINDICI FELIX	MINVCI SECVNDIAN
GEMELLE FELICISSIM	1 PROVINCIALIS	1 IVLIANI
LACCI MONTANI	IVLI DONATE	TVRI IANVARI
1 QVADRATI	MESSI MESSIANI	STATILI SATYR
FVLVI SOCRATES.TES	1 DECEMBRIANA	1 VENATORIS
1 IVVENTINI	AMETI FELIX	AEMILI FELIX
CAECINA VALERIAN	SVELLI SECVNDIN	Coh VII VIG
ARRVNTI VALERIAN	1 ASCLEPI	1 VICTORIS
1 CORDVLONIS	IVLI FELIX	LICINI MAXIM
CLVVI GLABER ARC	DATIBE BAIANE	1 RESTVTI
AETENI EVCARPE ARC	FLAVI SATVRNIN	VOLVSSI INVENTE
1 ZENONIS	1 PEREGRINI	ITEM CLASSIS PRM
HELVI, IANVARI	CORNELI SOLVTOR	1 QVADRIERI FIDE
COH. II. VIG	COH V VIG	NAEVI EVTVChIAN
METRETIS	1 VERINI	*sic* 1 TRIERIS SPEI
ANNI IANVARI	STATILI SEVERE	FLAVI ANTIOCE
VIBI CELER	RVFI	IVLI DOMNION
FLAVI MARCE	CLAVDIAN	1 LIBVRNA FIDEI
1 CANDIDIANI	VIG	AELI ALEXANDR
LVCILI MARCIANE	NI	
IVLI MAXIME		
COH III VIG		
1 VICTORI		
DEDIC	ID	APR . AS
ET	CoS ♂	

13. *Insigne hoc Inscriptionis Fragmentum ad Cohortes VII. Vigilum spectans, non brevi indigeret commentario; sunt enim in eo multa observatu digna; Praefecti Vigilum, Ludorum, & quidem Scenicorum, Acroamatum, idest Cantionum, seu Recitationum mentio, & Scenicorum Artificum nomina; ea [ni fallor] occasione, qua Claudius Gnorimus AEdilis factus, a Vexillatione ad AEdilitatis dignitatem ascendit.*

Confert etiam huic marmoreae Tabulae, ruditer tamen insculptae, singularitatem, & elegantiam Classis Praetoriae Misenatum, & Navium Quadrieres Fidei, Trieres Spei, & Liburnae Fidei nomenclatura. Nec praetereundum Consulum par, quos siluit Montfauconius; colligere eos possumus ex his paucis, quae supersunt, literis DEDIC.... ID. APR. AS... ET... CoS. *idest* dedicavit, seu, dedicatum, Idibus Aprilis ASPRO ET ASPRO Consulibus; *ambo fratres, Caii praenomen habentes, e Gente Iulia. Consules fuerunt A. U. C. 965. & Chr. 212. Integra horum Consulum nomina suo tempore legerunt Clarissimi Viri Lucas Holstenius, ut comperi ex eius Schedis in Bibliotheca Stroziana, & Carolus Senator Strozius, qui & ipse integriorem hanc Tab. summa diligentia descripsit.*

Vigilum Cohortes septem, ut hic enumerantur, primum fuere; sed sequenti aevo auctae numero, & in plerisque Urbis partibus constitutae. In aliis etiam Urbibus extitisse, colligitur ex l. unic. de Offic. Praef. Vigilum. Augustus, Suetonio teste, restinguendis incendiis, agendisque nocturnis Vigiliis constituit.

Versu 1....... INARE. PR. VIC. id. APOLLINARE *Praefecto Vicilum.* idest *Vigilum.*

Ver. 3. CLAVDIVS CNORIM. i. GNORIMVS. γνώριμος. *Notus.* Sic *Gnaeus*, & *Gnaeus*. *Caius*, & *Gaius*.

Ver. 5. CLVVIVS GLABER. ARCH... *Cum in hac Inscriptione mentio habeatur Ludorum, & Scenicorum Artificum, notam illam* ARCH... *interpretandam puto, non* ARCARIVM, *sed* ARCHIMIMVM. *Gruterus* Archimimum *dedit pag.* 1089. & Archimimam *pag.* 330. 4.

Col. 1. *Ver.* 11. ..ILI HELIODOR. idest ACILI HELIODORE. ἡλιόδωρε. *Solis donum. Solis munere natus.*

Col. 1. *Ver.* 15. FVLVI SOCRATES. TES. f. TESSERARIE a Tesseris militaribus, συνθήμασιν. *Col.*

Col. 3. *V.* 23. [1] QVADRIERI FIDE (ut paullo infra [1] TRIERIS SPEI) vox hybrida, partim Graeca, partim Latina. τετρήρης, Graece. FIDES & SPES navium tutela.

Ver. 24. NAEVI EVTVCHIAN. *Notandum, figuram* H *alia* h *hoc modo expressam, ad minorem nostratem maxime accedere.*

Ver. 25. TRIERIS SPEI. *Trieri Spei.* τριήρης. *triremis.*

Ver. 26. FLAVI ANTIOCE, pro ANTIOCHE.

Ver. 27. IVLI DOMNION. Δομνίον, vocativum diminutivum τοῦ Δόμνου.

Ver. 28. [1] LIBVRNA FIDEI. Horatius Epodon Ode 1. ad Maecenatem.

Ibis Liburnis inter alta navium,
Amice, propugnacula.

a populis Liburnis, qui iuxta sinum Illyricum sunt. Vide Plinium lib. 3. cap. 22. Strabonem lib. 7. Male Zosimus in libris Historiae post Politianum inventis, qui videtur Liburnos etiam in Italia ponere. Virgilius AEn. lib. 1. v. 242.

Antenor potuit, mediis elapsus Achivis,
Illyricos penetrare sinus, atque infima tutus
Regna Liburnorum, & fontem superare Timavi.

Cum hanc, & sequentem marmoream Tabulam, maiori qua possem diligentia exscriberem, & ter, quaterque cum meo apographo conferrem, observavi literam F *nonnullis in locis quasi literam* E *repraesentare, &* I *speciem referre τοῦ* L, & A Λ, & G C, *quamvis lineae videri possint consumtae.* E *quoque quandoque veluti parvum Graecum* Ϛ *efformatum, & frequenter* I *veluti* T. *Montfauconius primus has Tabulas edidit in Diario Ital. pag.* 383. & 384. *sed valde mutilas, & inemendatas. Si quis hanc nostram cum allata ab eo conferre voluerit, decem in locis a marmoreae Tabulae fide variare cognoscet; quae menda heic subiicere optimum duxi.*

Ver. 3. BLVVIVS. *marmor habet* CLVVIVS.

Ver. 6. SVE.IL... *marm. h.* SVELLI, *qui inferius in hac Tabula nominatur in Coborte III. Vigilum. Ver.* 17. SVELLI SECVNDIN. *Quaedam nomina, quae in his primis octo Tabulae versibus vel manca, vel detruncata, ut iacent, exhibentur, ex eisdem, quae sequuntur, nominibus restaurari, & emendari possunt; ut ver.* 6. ENI-

VS

VS EVCARPVS, *emendandum* AETENIVS EVCARPVS, *vel potius, si idem sit cum eo, qui in alia simili sequenti Tabula nominatur,* CELENIVS EVCARPVS. *vel forte* ATTENIVS. *Eodem versu exhibetur* SVELLI. . VNDINVS. *legendum* SVELLIVS SECVNDINVS. *Versu* 7. VINDICIVS FEL. *leg.* VINDICIVS FELIX. *Versu* 8. AVIVS SATVRNINVS. *l.* FLAVIVS SATVRNINVS.

Columna I. *ver.* 16. ꞁ IVVENTINI. *In hac Tabula interdum* I *habet inferiorem lineam valde oblongam, & praesertim hoc in loco, ut videatur potius sculptum a quadratario* ꞁ IVVENEINI, *quam* ꞁ IVVENTINI.

Ver. 17. CAACINA. *marmor habet* CAECINA.

Ver. 19. ꞁ COLDVCONIS. *marm. habet* ꞁ CORDVLONIS.

Ver. 21. BENI EVCARPE ARC. *marm. hab.* AETENI EVCARPE ARC.

Ver. 22. XENONIS. *marmor habet* ꞁ ZENONIS. *Post trigesimum tertium versum Montfauconius habet* AVRELI EXXOT. *In Schedis Lucae Holstenii, & Caroli Sen. Strozii legi* AVRELI EXORATE. *modo in eo, quod superest, marmoris fragmento, mutila leguntur; quae prius non animadverteram.*

Col. 2. *Ver.* 14. *lege* MESSI MESSIANE; *ultimum* E MESSIANE *speciem potius* I, *quam* E *referre videtur.*

Ver. 16. AMET FELIX, *marm. h.* AMETI FELIX.

Ver. 21. FLAV SATVRNIN, *marm. h.* FLAVI SATVRNIN.

Ver. 26. STATII SEVERE, *marm. h.* STATILI SEVERE.

Col. 3. *Ver.* 11. MINVCI SECVNDI. *marm. habet* MINVCI SECVNDIAN. *Praeterea aliqua alia leviora menda; ut notam* ꞁ, *quam multis in locis omisit. Ceterum totam hanc Tabulam in tres divisit partes; nec maius fragmentum cum tribus aliis minoribus, ut nos fecimus, coniunxit, & vulgavit, sed seorsim dedit pag.* 385. *quae minora fragmenta hoc* * * *signo indicavimus.*

Tota haec marmorea Tabula est long. 11. *ped. Rom. & unc.* XI. *lat.* I. *ped. & unc. circiter* XII.

Aliud

14 *Aliud Fragmentum ad Cohortes VII. Vigilum spectans.*

E DEDIT OB DI

AGENTIBVS. COMMILITONIBVS CVM SVIS ACROAMATIBVS NOMINIBVS
INFRASCRIPTIS . CLVVI G LABER . ARC . DEMETRI AMMONI ARC . GRECVS
VALERI HERACLIDA STVP.GRECVS.LVCILIVS MARCIANVS STVP.GRECVS AVRELI
ALEXANDER SCEN.GRECVS AVRELI SERENE SCEN. GRECVS VARENI FORTVNA
TE SCENICVS GRECVS *Fla* VIVS. IOVINVS SCRIPSIT

COH . I . VIG .	.7. VICTORIS	COH . VI . VIG .
.7. SEROTINI	..ONI MAGIAN E	.7. APRI
SEPTENI PRISC E	SENTI IVCVND E	CLAVDI CNORIM E
.7. SATVRNINI	AELI IANVAR I	.7. MINDIANI
AVRELI SEREN E	.7. PAVLI	AEMILI INPETRATE SC
HELVI IANVAR I	AVRELI ALEXANDE R	MINVCI SECVNDIANE
.7. TVRRONI S	.7. FELICIS	.7. IVLIANI
CLVVI GLABER	CAELI SATVRNIN E	FLAVI IOVIN E
TVR SERVANDE SEC.	COH . IIII . VIG .	.7. SEVERI
CELENI EVCARPE SC	.7. CAESI	BAEB ILVXVRI MVL
.7. CANDIDI	ARRVNTI FILVMEN E SC	AEMILI FELIX S
LAELI SABINIANE	IVL I DONAT E	COH . VII . VIG
ASINI INGENVE EXO	.7. PROVINCIALIS	.7. AVITI
.7. VICTORINI	IVL I DONAT E	LICINI MAXIM E
IAEG I VER E	.7. PEREGRINI	.7. VIBIANI
.7. EVSCEMI	SCRIBONI MARIAN E	
CORETI VERISSIME ARC.	CORNELI SOLVTO R	ANTONI SECVND E
COH . II . VIG .	.7. DECEMBRIS	.7. LONGINI
.7. METRETIS	COSSIDENI IVSTIN E	VALERI HERACLIDA
ANNI IANVARI . SC	VARENI FORTVNAT E	
FLAVI . REBVRRE	ANF I FELIX S	ITEM . EX . CL . PR MIS.
.7. MAXIMI	.7. IVLLI	.7. QVADRIERE FID
DOMITI OCTAVIANE	SALVI VALERIAN E	
.7. CANDIDIANI	.7. ASCLEPI	NEVI EVTYCHI
LVCILI MARCIAN E	DEMETRI AMMONI	7 TRIERE SPE
COH . III . VIG	COH . V . VIG	FLAVI ANTIOCH
	.7. VALENTIS	IVLI DOMNI
		HORTENSI

14. *Ver.* I. EDEDIT OB DII . . *forte* EDIDIT OB DEDICATIONEM.

Ver. 2. COMMILITONIBVS. συστρατιώταις. quia hic Cohortes Vigilum numerantur.

In eodem Versu CVM SVIS ACROAMATIBVS. ἀκροάμασι. *auditionibus* Graeci ſicut theamata, *Spectacula*, ita ACROAMATA dicunt *omnia*, *quae audiuntur*, *recitantur* ſcilicet, vel *canuntur*. Libros *De Physico Auditu*, Ariſtoteles appellavit ἀκροαματικοὺς, quia voce auctoris ad intelligendum eos indigebant, ut ipſe teſtatur in Epiſtola ad Philippum Macedoniae Regem apud Plutarchum in Vita Alexandri.

Ver. 3. GRECVS. Γραῖκος. Unde *Graius*. extrito κ, & diſſoluta diphthongo. Hoc nomen Γραίκοι reperitur apud Herodotum, quod Latinis uſurpatum, a Pelaſgis, ſeu Arcadibus olim acceptum. Ceterum Graeci apud Graecos ἕλληνες dicuntur. Et Homerus eos nullo communi nomine appellat, ſed nunc Danaos, nunc Achivos, &c.

Columna I. *Verſu* 22. EVSCEMI. *pro* EVSCHEMI.

Col. 2. *Ver.* 17. FILVMENE. Φιλούμενε. *Amate*.

Col. 3. *Ver.* 9. CNORIME. Γνώριμε. *Note*. *Cognite*.

Ver. 26. *&* 28. *eiuſdem Columnae*. 7 QVADRIERE. 7 TRIERE. *ſ.* τέτρηρεις. Quadriremes. τριήρεις. Triremes.

Huius etiam Inſcriptionis fragmentum, in quo literae ſubrubricatae viſuntur, primus edidit Montfauconius in Diario Italico pag. 384. *ſed mutilum, & mancum a ſigno* * *uſque ad aliud* * *& bis cum mendis. Primi verſus ne* γρυ *quidem poſuit.*

Columna I. *verſu* 14. C. LABER. *Marmorea Tabula habet* CLVVI GLABER, *qui ſupra, & infra nominatur*.

Columna III. *verſu* 9. CLAVDI GNORIME. *Marm. Tab.* CLAVDI CNORIME.

Ver. 16. *eiuſdem Col.* BAETI LVXVRIMVL. *Marm. Tab.* BAEBI LVXVRI MVL. *Holſtenius excripſit* LVXVRIANE.


Ver. 25. *eiuſdem Col.* ITEM EX CL. PRIMIS. *Marm. Tab.* ITEM. EX. CL. PR MIS. *ideſt* Ex Claſſe Praetoria Miſenatum.

Ver. 27. *Lucas Holſtenius integre excripſit* NAEVI EVTYCHIA-

NE

NE & *Versu* 28. FLAVI ANTIOCHE. *Haec Marmorea Tabula longitud. colligit ped. Rom.* I. & *unc.* XI. *latit.* II. *circiter pedes.*

15



16



15. LVCRETI. *Lucretii*. Ovidius Lib. I. Amor. Eleg. ult.

Carmina sublimis tum sunt peritura Lucreti,
Exitium terris cum dabit una dies.

Statius Lib. II. Silvar. Carm. 7.

Et docti furor arduus Lucreti.

Quare non licentiam poeticam suspicari liceat; sed videre fas est rem a communi usu loquendi acceptam velut in aliis plurimis apud Poetas, quae licentiae loco falsò habentur.

Fabrettus vulgavit ex Sch. Barberinis pag. 265. *Inscr.* 98.

16. COH. VII. VIG. SIPONAR. *idest* Cohortis VII. Vigilum Siponariorum. *Siponarii hanc forte appellationem sortiti a verbo* sipare, *i.* spargere, *quod antiquis in usu erat; vel a* Siphonibus, *tubis, seu fistulis fontium. Fabrett. hanc Inscript. cum lacuna protulit, quae nunc ad fidem lapidis impletur. pag.* 265. *Inscr.* 102.

17 *Fragmentum marmorei Laterculi longitudine duorum pedum*

							FEST	
					S		FLOREN	
					S		VALEN	
				TITIV	S		GENIALI	
				ARIV	S		APRONIANV	S
				ARPIV	S		SALVIV	S
				APPALIV	S		PROCVLV	S
				ATILIV	S		PAVLLV	S
				TVRRANIV	S		RVFV	S
				CALPVRNIV	S		MAXIMV	S
				LARCIV	S		VENVSTV	S
			SEVERO		II			
			C	VIBIV	S		VERV	S
			C	VERATIV	S		SEVERV	S
			M	TERENTIV	S		LE	O
			C	AFINIV	S		CLEMEN	S
			C	SATRIV	S		MAXIMV	S
	MA		C	PETRONIV	S		CERTV	S
br	IXIA		Q	CIRCENIV	S		CANDIDV	S
l	VCA		I	ALFIV	S		PRISCV	S
	COS		C	CASSIV	S		PRIMV	S
S	CREMON		IMP	N	III	COS		7
S	NVCCAM		L	SATRIV	S		PROCVLV	S
R	AQVIL		T	BILLIENV	S		DEXTE	R
S	QVIN		T	VETVLEIV	S		PRIMV	S
X	CAPVA	SP	L	BAIV	S		RESTITVTV	S
	ARRET	FISCVR	SEX	GAVIV	S		VINDE	X
	MEDIOL		A	MARCANIV	S		RESTITVTV	S
	LARIN		SEVERO			II		
l	ENEV	TVBI	L	GAVIV	S		IVSTV	S
f	AESVL	FISC	I	FLAVIV	S		LVCANV	S
f	VTRI		C	LVSI:	:		FESTV	S
	AVI	BVC	M	FANNIV	S		VELO	X
	TIVI		L	GAVIV	S		SEVERV	S
	IN	SP	P	POSTVMIV	S		FLORENTINV	S
	S	SP	TI	IVLIV	S		RESTITVTV	S
			IMP	N	III	COS		7
			L	MAGIV	S		STATVTV	S
			L	VALERIV	S		RVFINV	S
			SEX	PISONIV	S		SATVRNINV	S
			C	POMPONIV	S		FIRMV	S
			C	VARIV	S		FELI	X
			C	SALLVSTIV	S		DEXTE	R
			C	SATVRIV	S		SABINV	S

Romanor. & unciar. quatuor, latitud. duor. pedum & unc. octo.

C						
ME						
EXILv						
FVL:INI						
FOROPOP						
COS	A					
PISTORIS	M					
EMONA	P	AM				
BONON	C	PEDAN				
LARINO	L	TAMPIV	S			
VENVSIA	C	MARCIV	S	CELER		
VERONA	C	ANNIV	S	PRISCV	S	
FERENT	C	IVLIV	S	CRESCEN	S	
TREBVL	C	ANNAEV	S	NEPO	S	A
TRIDENT	Q	SALONIV	S	BASSV	S	AL
RVFI						
BENEVENT		COH. VI		7.	SABINI	
LIBARNA	IMP	N		III		
LIBARNA	C	SASSONIV	S	TAVRV	S	PAT
BLERA	C	LAILIV	S	ATRO	X	PAT
VARVARIA	L	STABERIV	S	PVDEN	S	TVD
VOLSIN	M	LVCILIV	S	NAEVIANV	S	VER
COS	SEVERO		II			
FLORENT	EQ M	TVLLIV	S	TERTIV	S	EMO
EMONA	C	GRAMPHICIV	S	FIRMV	S	ATES
ARRETIO	SP M	BLASSIV	S	SEVERV	S	CON
CORTON	C	VARIV	S	CLEMEN	S	ATE
MVTINA	SP Q	FARSEV	S	FIRMV	S	ARR
SAVARIA	T	RABVLEIV	S	PRISCV	S	AR
SAVARIA	L	ASICIV	S	RESTITVTV	S	SC
GRANI	L	DIDIENV	S	SENEC	A	SA
FELTRIS						
ROMA	IMP	N	IIII	COS	7	PRO
CAPVA	C	SERVILIV	S	VITALI	S	BOI
VETVLO	C	TITVRIV	S	VALEN	S	PAT
AMERIA	Q	HERMINIV	S	MAGNV	S	FOR
RAVENN	C	POSTVMIV	S	SECVNDV	S	VER
IRVENT	M	SEMPRONIV	S	HOMVNCI	O	VER

17. *Huius Laterculi fragmentum, ab utroque capite mutilum, insigne redditur sexaginta duorum Militum nominibus, & Patria, quae singulis assignatur, & nonnullis apponitur officium, quod hisce minoribus notis significatur* SP. FISCVR. TVBI. BVC. EQ. *idest* SPECVLATOR. FISCI CVRATOR. TVBICEN. BVCCINATOR. EQVES. *Inter hos recensetur* L. GAVIVS IVSTVS FLORENTIA *miles Florentinus*, TVBICINIS *officium gerens. Describuntur quatuor Centurionum nomina, idest* RVFI. SABINI, *Cohortis VI.* GRANI & PRO ... *f.* PROCVLI. *Notatur etiam L. Septimii* SEVERI *Imperatoris Consulatus II. & III. Consulatus II. Severi in Fastis Consularibus Anonymi a Doctissimo Norisio editis ponitur anno U. C.* 955. *Chr.* 202. *III. vero A. U. C.* 947. *Chr.* 194. *In Fastis Consularibus Relandi Consulatus II. Severi ponitur A. U.C.* 946. *Chr.* 194. *III. vero A. U. C.* 954. *Chr.* 202.

Illustrissimus, & Eruditissimus Carolus Caesar Co: Malvasia Bononiensis inter Marmora Felsinea primus [ni fallor] vulgavit Cap. VIII. pag. 245. *occasione duorum militum Bononiensium, qui in hoc marmoreo laterculo recensentur; a Cl. Fabretto se accepisse testatur, & nuperrime Romae detectum. Fabrettus postea emendatum se dedisse affirmavit pag.* 605. *Inscriptione* 48. *Montfauconius denique cum mendis vulgavit pag.* 386. *Diarii Italici; praeterquamquod iniquo coactus spatio, in quatuor secuit partes, & perverso ordine.*

Haec Fabretti menda Lectori subiicere placet. Totum Columnae 1. & 7. *fragmentum omisit.*

Columna 2. *versu* 17. C. STRIVS. *Marmor habet* C. SATRIVS.

Ver. 19. Q. CERCENVS. *Marmor habet* Q. CIRCENIVS.

Ver. 26. L. BALVS. *Marmor h.* L. BAIVS.

Ver. 30. GAVIVS LVSIVS. *Marm. h.* GAVIVS IVSTVS.

Ver. 32. C...... *Lacuna modo impletur* C. LVSI*us*.

Col. 3. *Ver.* 38. STALLIVS. *Marm.* STATVTVS.

Col. 4. *Ver.* 19. TARENT. *Marmor habet* FERENT.

Ver. 44. TRVENT. *Sic Fabrettus, & Montfauconius, sed linea transversa τῆ* T *adeo est exigua, ut potius sculptum videatur* IRVENT.

Col. 5. *Ver.* 25. C. SASSONIVS LAVRVS. *Marm. h.* C. SASSONIVS TAVRVS.

Ver.

Ver. 26. C. LAEVIVS ATROX. *Marm. habet* C LAILIVS ATROX. *ut* Aimilius, *pro* Aemilius.

Ver. 28. M. LVCIVS NALVIANVS. *Marm. h.* M LVCILIVS NAEVIANVS.

Ver. 35. T. RABVLLIVS. *Marm. h.* T RABVLEIVS.

Ver. 36. L. ASSICIVS. *Marm. h.* L. ASICIVS.

Cetera, utpote leviora menda, lubens omitto; itemque ea omnia, quae sinceram marmoris lectionem depravant apud Comitem Malvasiam; qui tamen, quod Fabrettus non praestitit, integriorem produxit.

Apud Montfauconium vulgata legitur his cum mendis.

Columna 1. *Ver.* 24. AQVILE. *Marm. h.* AQVIL.

Ver. 27. FISCV. *Marm. h.* FISCVR.

Ver. 31. VESVL. *Marm. h.* AESVL. *idest* FAESVLIS.

Columna 2. *Ver.* 7. ARPALIVS. *Marm. h.* APPALIVS.

Ver. 9. TVRANIVS. *Marm. h.* TVRRANIVS.

Ver. 14. C. VERANIVS. *Marm. h.* C VERATIVS.

Ver. 16. C. ATINIVS. *Marm. h.* C AFINIVS.

Ver. 32. C. IVSTVS FESTVS. *Marm. h.* C LVSI :: FESTVS.

Col. 3. *Ver.* 1. FLO. *Marmor habet* FEST, *idest* FESTVS.

Col. 4. *Ver.* 10. IVLIANO. *Marm. h.* FVL: INI. *f.* FVLGINIO.

Ver. 13. PISTORIO. *Marmor h.* PISTORIS. *i.* PISTORIIS.

Col. 5. *ver.* 35. T. RABVLLIVS. *Marm. hab.* T RABVLEIVS.

Ver. 37. DEDIENVS. *Marmor hab.* DIDIENVS.

Col. 6. *Ver.* 18. CERT. *Marm. h.* CELER.

18

D . M
T. AVR. SCRIBONIO EQVIT
SING. AVG. NATIONE
BATAVS. TVRMA. AVR
SANCTINI. VIXIT. ANN
XXVIIII

19

D · M
PAVLINVS · ABENTI
NVS. EQ. S. D. D. N. N
VIX. ANN. XXXVIII
B . M . F . C

18. EQVIT SING. AVG. ideſt *Equiti Singulari Auguſti.*
BATAVS, pro BATAVVS, & hoc pro BATAVO.
TVRMA. Turma proprie eſt Equitum.

19. ABENTINVS. ideſt AVENTINVS. *deſumpta forſitan denominatione a colle Aventino; quemadmodum a* Capitolino, *ſeu ab Iove Capitolino,* VALERIA CAPITOLINA *in ſuperiori Inſcr. n.* 9.
EQ. S. D. D. N. N. *ideſt* EQVES. SINGVLARIS. *vel* EQVO SING. DOMINORVM. NOSTRORVM.

20

RGVRVS
AD VALETVD

21

CLAVDIA
NICARIVM
TI. CLAVD. CHRES
PHILOCALI
PLVMBARI F.

20. AD VALETVD. ideſt AD VALETVDINARIVM, *ſive Publicum, sive Palatinum.*

21. NICARIVM. Νικάριον. ideſt *Victoriola.* Sic Glycerium. *Dulcicula.* a Γλυκέρα. *Dulcis.* & Νικάριον diminutivum ἀπὸ τῆς Νίκης. Μελάνιον diminutivum a Μελαίνα. *Nigra.*
PHILOCALI. *Elegantis.* Φιλοκάλου. PLVMBARI F, ideſt *Plumbarii Filia.*

22

OPTATVS
• ANTONIAE •
DRVSI. TABVL

23

L. V. OLVSENVS *ſic*
MAXIMVS
NOMENCLAT
H. S. F

23. NOMENCLAT. *Nomenclator.* ſervi officium. κλήτωρ.
H. S. F. *ideſt* Hic ſitus fecit. *niſi ſit* E; *nam ſaepe ob exilitatem inferioris lineae* E *videtur* F. *tunc eſſet* Hic ſitus eſt.

24.

24

O. GERMAN. L
AD LIBROS VIPSANIA •
GRANIVS HEDONE
feLIX

25

M. LIVIVS FAVSTVS
PISTOR

26

T. CLOELIO
NARCISSO. LANARIO
DE VICO. CAESERIS
MARCIA . PRISCA .
VXOR . FECIT .

27

ALEXANDER FELICIS.		C. IVL	
TI . CAESARIS. SCAPLIAN •		DILIG	
CASTOR CLITI. C.CAESARIS.AVG		TABVL	
SER VICARIVS			

24. AD LIBROS . Ministerium indicat : ut A BIBLIOTHECIS. AB EPISTVLIS. A LIBELLIS. A CODICILLIS. A COMMENTARIIS . AD VESTEM . &c.

HEDONE . Ἠδῶνι . *Edoni*. populi Thraciae , o Hedoni, *Baccha*.

26. DE VICO. CAESERIS. Nos dicimus vulgo *Ceseri*, pro *Cesare*, & Montem prope Faesulas *Ceceri*, quasi *Ceseri*, idest Caesaris.

27. *Inscriptionem hanc utut iacet exhibeo. Reinesius aliter vulgavit , & cum aliquot mendis Cl. IX. pag. 588. Inscr. 106. male apud Guicciardinios extare asseruit . vide eius explicationem.*

28

FVFICIA . HELENA . SIBI . ET . SVIS . OLLAS . III
M. COSSVTIO. MENANDRO . M. PERELIO. NEON

29
MYRTILVS. AVG. L.
DEDIT. PRIMAE. L.
MEMORIS. CVB. CON.

30
TROILVS LIVIAE
C. IVLIVS. GNOMON
VIX. A. XXV.
ATTICVS
EVHODIAE

31
CIMBER LIVIAE
C.

32
M. LIVIVS. PHILIPPVS. DEC.
• IDEM. Q. HIC. EX. D. D. SCR•
PRIMA PHILIP

29. MYRTILVS. μύρτιλος. quasi *parva myrtus*. Myrtus arbor Veneri sacra.

MEMORIS. CVB. CON. idest *Memoris Cubiculi Coniugis*, vel *Conservi*, seu *Contubernalis*.

30. TROILVS LIVIAE. i. Liviae Augustae Libertus. τρώϊλος. quasi *Troianulus*. Virg. lib. I. AEneid. v. 474.

Parte alia fugiens amissis Troilus armis,
Infelix puer, atque impar congressus Achilli:

Puer, ut nomen indicat infra in alia Inscriptione: TROILVS PVER.

C. IVLIVS. GNOMON. Gnomon. *Regula*. γνώμων. a *dignoscendo*. Sic γνώμονες dicti in equo dentes, quibus aetas dignoscitur. Sic Gnomon horarius, ad cognoscendas horas diei.

ATTICVS. ex Attica, in qua praestantior Graeciae florebat lingua. EVHODIAE. εὐοδία. H inseritur, quia ὁδὸς denso spiritu effertur; unde κάθοδος, *descensus*, *reditus*. Evhodia *fausti itineris mulier*.

31. CIMBER LIVIAE. Κίμβρος, *e Cimbrica regione*. Hi Servi variarum linguarum Liviae Augustae inserviebant; ut Graecam, & barbaram disceret dialectum.

32. PHILIPPVS. DEC. forte *Decurio*. IDEM. Q. idest *item. Quinquennalis. hic situs est. ex. Decreto. Decurionum. Scribarum*.
PHILIPPVS, *equorum studiosus*, Φίλιππος. non *os lampadis*, ut ridicule

dicule in Indice propriorum nominum Hebraicorum Bibliis praefixo legitur.

33 LVCIVS ♂ SEPTIMIVS ♂
♂ AGATHOPVS ♂
AVG ♂ LIB ♂ QVI ♂ BIXIT ♂
ANNIS ♂ XX ♂ DIEBVS XIII
HORIS. III. SEPT. SYMPHOR
ET. SEPT. IRENE. FILIO. D. B. M. F ♂

34 ♂ D ♂ M ♂
M. AVR. EVNOMVS. AVG. LIb SE bIbO
FECIT. SIbI. ET. CAIANETI COIVGI SVAE
ET. HYACINTHO ET PHILOCYRIO ♂
FRATRIbVS. ET LIbERTIS LIbERTAbVSQ.
♂ POSTERISQ. EORVM ♂

35 D . M
AMICO , SER
CAESARIS VER
NAE, ET, ANTO
NIAE , HEROI
NI < CONIVGI
SVO, BENE, ME
RENTI, DE , SE
FECIT

36 D . M
EPAGATHO . AVG
LIB . ET . DIDIAE
CAMPANAE CONIVGI
FERONIVS CRISPINVS
BEN . M . F . ET SIBI
ET . SVIS

33. AGATHOPVS. ἀγαθόπους. *Vir bonis pedibus. bono pede.* FILIO. D. B. M. F. idest *Filio Dulcissimo Bene Merenti Fecerunt.*
34. EVNOMVS. εὔνομος. *boni moris. bene moratus.* SE

bɪbo. ideſt SE VIVO. *Notanda figuratio* τοῦ B, *quae uſitatam minuſculi* b *formam praefert*.

PHILOCYRIO. Philocyrius, *Domini amicus*, *Heri amicus*; ſic φιλοβασιλεὺς, & φιλαλέξανδρος, ab Alexandro diſtincti amici.

36. EPAGATHO. ἐπαγαθῷ. quaſi ἐπὶ ἀγαθῷ. *ob bonum*.

37

D M
VLPIAE
AELIANAE. V.
AN. XXII.
CHRYSANTHVS
CAES. N̄. SER
CONIVGI. PIEN
TISSIMAE. FEC

38 D. M
AELIAE ARTEMIDORAE VIXIT
ANNIS. II. MENSIBVS. II. DIEB. XII
P. AELIVS. AVG. LIB. INACHVS. ET. AELIA
MAXIMILLA. PARENTES. FIL. DVL
FECERVNT

38 FORTVNATVS DI
TI. CAESARIS GERM
CHTONES
MAMAE. FORTVN

39

TI. CLAVDIVS. NER. L
CHRESIMVS
TI. CLAVDI. I
CHRESIMI

40

ERTIAE. PRIMA
CL. CAESAR. LANCHIAI
HORAEVS
ELEVTHERVS
DANT

37. CHRYSANTHVS. χρύσανθος. *Flos auri*, ut κάλχανθος; *flos aeris*. CAES. N̄. SER. ideſt *Caeſaris Noſtri Servus*.

38. ARTEMIDORAE. *Dono Dianae*. ἀρτεμιδώρα. INACHVS. ἴναχος. Inachus antiquiſſimus Argivorum Rex.

MAXIMILLA. diminutivum a MAXIMA, ut *Septimilla* a *Septimia*, &c.

38.

38. MAMAE FORTVN. f. MAMMAE FORTVNATAE. μάμμη. *Aviae*.

40. DANT, *vel* OLLARIA, *vel* TITVLVM, *vel* ADITVM *ut in ſequentibus, vel quidquid ad ius pertinet Sepulturae*.

41

D M

AESCHIONIAE
EPICTESI
C. AESCHIONIVS
AMERIMNVS
FEC. CONIVGI
CARISSIMAE
ET . SIBI

42

D . M
VLPIAE . FLORAE
VLPIVS FLORVS
ET . VIBIA ISIAS
FILIAE
CARISSIMAE
FECERVNT

43

DAPHNVS. ET
CHRYSEIS
LACONIS. LIBERTI
FORTVNATO. SVO. V. A. VIII
BALNEO. MARTIS. PISCINA
PERIT

44

D , M
RVTILIAE, ARETE
DIADVMENVS, CON
IVGI, B, M, FECIT

41. AESCHIONIAE. ἀπὸ τοῦ Αἰσχίονος. Αἰσχίων. *Turpio*. EPICTESI. ἐπικτήσει. Appellativè *Acquiſitioni*, ideſt *Acquiſitae*. C. AESCHIONIVS AMERIMNVS. ab hoc AEſchionio, AEſchionia uxor. AMERIMNVS. Ἀμέριμνος, idem ac Latine, *Tranquillus*, *ſine curis*. Anacreon: Ὁτὰν

Ὁ'ταν πίω τὸν οἶνον,
Εὕδουσιν αἱ μέριμναι.
Quando vinum bibo,
Dormiunt curae.

Hinc Horatius Lib. 1. Od. 7.

nunc vino pellite curas.

Hinc οἶνος. *vinum.* παυσίλυπος dicitur, *AEgritudinum sedator. Quae hic in scriptura sunt virgulae, in hoc marmore, & in aliis, antilambdae semirotundae. Dedit Fabrett. pag.* 600. *Inscr.* 18.

42. VLPIAE FLORAE. χλωρίδι. VLPIVS FLORVS. χλῶρος. Chlorus .i. *Viridis*. Virg. AEn. L. 6. v. 304. de Charonte:

sed cruda Deo, viridisque senectus.

43. DAPHNVS. Graeci communiter ὁ Δάφνις. Theocritus. CHRYSIS LACONIS Χρυσὶς Λακωνίς. idest Λακαίνα. *Laconis, dis.*

BALNEO. MARTIS. *vel Marti dedicato, vel sub Martis tutela, aut signo. Iunia Rustica in veteri Inscriptione apud Gruterum pag.* 174. 8. *ponit*, & BALINEVM SOLO SVO CVM PISCINA ET SIGNO CVPIDINIS.

PISCINA PERIT. *Romani piscinas & ad piscium custodiam, & ad natationis exercitium maximo sumtu, luxuque habuerunt; quas Graeci a* natando κολυμβήτρας, *appellarunt. Celeberrima apud Hebraeos fuit Piscina Hierosolymitana, cuius mentio fit Iohann. cap.* 5. probatica ἀπὸ προβάτων, *ab* ovibus *nuncupata; sed diviniore usu ad curam aegrorum, quinque porticibus vallata.*

PERIT. idest PERIIT. Virg. AEn. Lib. 9. v. 418.

it hasta Tago per tempus utrumque.

[*it*] idest *iit*, *ivit*. & ideo producitur.

44. RVTILIAE ARETE. Quia E in ARETE respondet τῷ η, diphthongum non habet, sicut RVTILIAE; nam declinatio haec Latina est, illa Graeca. Hoc semel dixisse sufficiat. ARETE, ἀρετὴ, *Virtus*; vel *Placens*, ab Aresco, velut Arescusa in Pandectis Florentinis, ubi editi libri habent Arethusa. Aretalogus, ἀρεταλόγος, *Scurra*, a placendo. Suetonius in Aug. Arete uxor Alcinoi apud Homerum, Nausicae mater. Arete Aristippi Philosophi filia, quae ei in schola successit.

DIA-

DIADVMENVS. διαδούμενος. *Diademate, seu fascia caput ligatus.*

45

M/ POBLICIVS
PRIMIGENIVS SIBI . ET
IVLIAE NATALI . CONIVGI
CARISSIMAE ET
M/ POBLICIO MEROPI
LIBERTO PIISSIMO ET
CLAVDIAE THETIDI
CONIVGI EIVS . ET
LIBERTIS LIBERTABVSQVE SVIS
EORVM . ITA NE LICEAT LIBERT:::
IVS SVVM VENDERE AVT DONARE HO(

46

D/ MAN/
TI. CL. HERMES
NVTRICIVS
TI. CL. PATERNA
M. LICINIO
HERMHE AL *sic*
VMNO . DV
CISSIMO. M. LI
CINI. IANVARI
ET LICINIAE SAGA
THENIS FF qVI VIXIT
ANNO .II. DIES XXXIIX
X

47

* * * * * * *

D/ M/
T. FLAVIVS. EARINVS
CONTVBERNAE
ET. AMANDVS AMICVS
MEMORIAE.
IVRIAE . IVSTAE
BENE . MERENTI
VIXIT . ANN . XXI

46. NVTRICIVS. τροφεύς. *Servus. senex. paedagogus.* παιδαγωγός. qui herilem iuvenem educat, & bonis moribus instituit. ALVMNO. *τροφίμῳ, a se educato.*

DVCISSIMO, pro DVLCISSIMO. *tres-doux*, Gallicè. antiquè *tres-doulx*. τὸ L difficilis est pronunciationis; ideoque *autre, autro*. pro *alter*. &c.

Nonnullis mendis, & hiatibus vitiatum dedit marmor Fabrettus pag. 143. *Inscr.* 157.

47. EARINVS. Εαρινὸς. Hoc nomine celebratur Domitiani puer Statio Papinio, & Martiali laudatus. Lib. 9. Epigr. 12.

Nomen cum violis, rosisque natum,
Quo pars optima nuncupatur anni:
Nomen nobile, molle, delicatum
Dicunt [Εαρινὸν] *Earinon tamen poetae,*
Sed Graeci, quibus est nihil negatum.

Graeci quando producere primam volunt, pace dixerim Bilbilitani Vatis, non dicunt ἐαρινὸν. sed εἰαρινὸν. Hom. Il. ϵ. εἰαρινοῖσιν ἐπ' ἄνθεσιν. *vernis in floribus.*


Quid innuant illae stellae, quibus ornatur haec marmorea Tabula, alii videant. Crederem innuere Iuriae Iustae inter Deos veluti quandam relationem. Virgil. AEn. lib. 1. *v.* 259.

sublimemque feres ad sidera caeli
Magnanimum AEnean.


Plinius de Traiano Patre in Paneg. Proximam sideribus obtines sedem. *Unde Lucanus de raptu animae Pompeii;*

Quodque patet terras inter caelique meatus,
Semidei Manes habitant.

48



49



48. BARNAEVS. *Huius cognominis alium damus Libertum in proxima Tabula marmorea.*

50

D . M
C . IVLIVS . C . L
BARNAEVS
OLLA . EIVS . SI QVI
OVVIOLARIT . AD
IFEROS NON RECIPIA
TVR

51

VARICIA
C . C . ET . Ɔ . L
CALLITYCHE

52

D . M
VMIDIAE CALEMERIDI
CONI . FECIT
VLPIVS . FELIX . ET
VLPIAE . CHRESTENI
MAT . ET . LIB . LIB .
OB DONAB AVTRONIO
PRISCO

53

v IVLIA . C . L .
PRIMIGENIA

54

OSSA . HIC . SITA
SVNT . AVCTES
APVSTIAE RVFAE . QV
AE . FVIT . ROGO . PER SVPE
ROS . QVI . ESTIS . OSSA . MEA . TVEATIS

55

Q . PLANIVS
OPTATVS

50. OLLA. IFEROS. idest OLLAM. INFEROS.

OVVIOLARIT. *idest* OVVIOLAVERIT. *Perperam edidit Sponius* OVVIOLAVIT *primum in* Les Recherches curieuses d'Antiquite dis. 18. *deinde in Miscell. Erud. Antiq. Sect.* 1. *Art.* 7. *pag.* 23. *qui etiam id alio detorsit. Reinesius quatuor mendis deformavit* Cl. *VII. pag.* 862. *Inscr.* 168.

Haec eadem Inscriptio legitur in pereleganti Urna marmorea quadrata in Museo Stroziano Villae suburbanae ad Montem Hugonis. De hac, ob pravam litterarum figurationem, est ambigendi locus.

52. VMIDIAE. Vide doctissimum Cardinalem Norisium in Cenotaphiis Pisanis, de huius nominis Familia.

CALEMERIDI. καλημερίδι. *Pulchra Vitis.* ἡμερίς. *Vitis cicur.*

CONI. pro CONIVGI. singulari nota.

CHRESTENI. χρηστίνη. Hinc vulgari pronunciatione, *Christina* Virgo.

54. AVCTAES APVSTIAE. *idest* Auctae Apustiae. *a Graeco genitivo. Multa exempla congerit Fabrettus Cap.* 7. *pag.* 496.

QVAE. FVIT. *Virgil.* Iam fuimus Troes. *Tibull. lib.* 3. *El.* 6.

Sive erimus, seu nos fata fuisse velint.

& Albinovanus Elegia in obitum Maecenatis.

Mollibus ex oculis aliquis tibi decidet humor,
Cum dicar subita voce fuisse tibi.

Usitata etiam Sacrarum Literarum phrasis. Hieremias Propheta in Orat. v. 7. Patres nostri peccaverunt, & non sunt. *idest* mortui sunt. *In Graecis etiam Lapidibus legitur haec phrasis. Nicomedes Medicus Smyrnaeus in Basi Romana apud Sponium Miscell. erud. Ant. Sect. IV. pag.* 131. *viatores sic alloquitur:* ΟΥΚ ΕΙΜΙ ΚΑΙ ΟΥ ΛΥΠΟΥΜΑΙ. non sum & non contristor.

OSSA. MEA. TVEATIS. *tueatis*, pro *tueamini*. Verba antiquitus ἐδιφοροῦντο, tam active, quam passive. Quadratarii errorem male putat Sponius *dans les Recherches curieuses*. Pacuvius Periboea. *Tu mulier, tege te, & tuta templa Liberi.* Plautus Mercatore:

Invoco vos Lares Diales, ut me tutetis.

Si ergo frequentativum *tuto*, invenitur, cur non & *tueo*, primitivum?

Reinesius Cl. VII. pag. 862. *Inscr.* 170. *Sponius pag.* 24. *Fabrettus ex Sponio pag.* 498. *Inscr.* 23. *vulgarunt, sed malo ordine, & orthographia.*

56

M. LIVIVS. MITHRES
LIVIA. MVSA

57

TI. CLAVDIVS.
AVG L. THEODOTVS
VIX. ANNOS. L

56. MITHRES. μίθρης. *Mithra.* hoc epithetum Solis, quo denominatur hic M. Livius.

57. THEODOTVS. θεόδοτος. *Adeodatus.*

58.

58



HAVE ❦ DVLCIS
POPILIA . ALEXANDRIA RARISSIMA
FEMINA . A . XXXV . HIC . SITA . EST
M. VLPIVS . INGENVVS . B . M . ET . SIBI
DVLCIS ❧ VALE
QVID . LACRIMAS . FACTVM EST
VIR . BONE . VIVE . VALE
SED TIBI . INVIDE OPTO QVI
OSSVCVLA . MEA . HIC . SITA . ESSE
... MIS MORTE TARDARDATA VIVAS *sic*
AEGER . INOPS

58. HAVE ❦ DVLCIS. Χαῖρε γλυκῆα. HAVE cum aspiratione; nam qui avet, anhelat, inhiat. Virg. Georg. lib. 2. ver. 463.

Nec varios inhiant pulchra testudine postes.

idest *avent*, *cupiunt ardenter*, *avide*. In quodam Codice erat *Habe*. Cuiacius in Observationibus, feliciter emendavit *Ave*.

M. VLPIVS . INGENVVS . Εὐγενὴς, *Eugenes*. B. M. idest *Bene Merenti*.

DVLCIS ❧ VALE. χαῖρε. Salve, atque Vale. *Plures funebres acclamationes, adlocutionesque, ut in nostro sepulcrali titulo, leguntur in magno Gruteri Thesauro. Prius* Have *dixit vir mortuae uxori, nunc uxor viro* Vale *dicit, blandis verbis respondet, & solatur.*

QVID. LACRIMAS. FACTVM EST VIR. BONE. VIVE. VALE. Pentameter. FACTVM EST, Galli : *c' est fait*. Latini : *factum, infectum fieri nequit*.

OSSVCVLA. MEA. (idest OSSICVLA) diminutivum ab *Ossua*. ὀστέα. unde *Ossuarium*, apud lacum Thrasymenum, Romanorum equitum clade insignem; hodie *l' Ossaia*. S. Augustinus, ne in Sacris Literis *Os oris*, cum *Os ossis*, confunderetur, non dubitavit, perspicuitatis gratia, dicere *Ossum, ossi*.

∴ ᒥMIS. *f.* GEMIS. *idest* nolles hic sita esse. O invide, opto te mori. rumparis invidia. MORTE TARDARDATA, forte MORTE TARDATA. Quadratarii error propter R & T crebram repetitionem ; τὸ DAR, παρέλκειν videtur.

Primus nonnullis inquinatam mendis vulgavit Reinesius Cl. XIV. pag. 779. Inscript. 192. ver. 8. sic habet : SED TIBI INVIDEO PIO QVI. *Male etiam apud Guicciardinios extare dixit. Fabrettus item ex Schedis Barber. pag. 420. Inscr. 381.*

59

NAEVIA . TERTVLLA
FECIT . SIBI . ET . C . NAEVIO
IVSTO VERNAE SVO
VIXIT. ANNO. ET. M. XI. D. XXV
HORIS IIII

60

D . M .
AEGRILIA.
VITALIONI
ALVMNO.
SVO . B M . F.
Q . V . M . X

59. NAEVIA. TERTVLLA. Diminutivum a TERTIA. Dicterium Ciceronis super nomine *Tertiae* extat apud Quintilianum l. 6. cap. de Risu ; & Macrobium Saturnalium l. 2. cap. 2. In Pandectis Florentinis : *ad Senatusconsultum Tertyllianum*, quasi a diminutivo *Tertyllo*. Τερτύλλῳ.

60. Q. V. M. X. *idest* Qui vixit menses decem. *Antiqui oculis acerba funera subtrahebant, & pueros noctu sepeliebant, ut Cornelius Tacitus Annalium libro decimotertio testatur, quasi nefas esset tantam cladem intueri. Brevis vitae mentio pietatem excitat.*

Ta-

Tabula marmorea ex utraque parte inscripta.

61 VIPSANIA . M . L . PHILVSA
VIXIT . ANN . XX
TE LAPIS . OBTESTOR . LEVITER . SVPER OSSA
RESIDAS. NE.NOSTRO. DOLEAT. CONDITA.OFFICIO *sic*
M . VIPSANIVS . SP . F . LATINVS VIXIT ANNO . I
FILIVS. FACERE.QVOD. DEBVERAT.PATRI MORS. INl
QVA INTERCESSIT . FILIO FECIT PATER

VIPSANIA . FORTVNATA
VIX . AN . XIX . M . X . H . X
VIPSANIA . EVPOSIA . FECIT
FILIAE . SVAE . CARISSIMAE

61. VIPSANIA. Vipſania Familia non ita nobilis. Quare M. Vipſanius Agrippa gener Auguſti in Panthei inſcriptione nomen ſuum reticuit.

PHILVSA. φιλοῦσα. *Amans femina*. Philumene, *Amata*.

LEVITER. SVPER. OSSA RESIDAS. *Formula bene precantis defuncto. Propertius Lib.* 1. *Eleg.* 17.

Ut mihi non ullo pondere terra foret.

Ti-

Tibull. Lib. 2. *Eleg.* 4.

Et bene, discedens dicet, placideque quiescas,
Terraque securae sit super ossa levis.

FILIO FECIT PATER. In plerisque Inscriptionibus adiicitur CONTRA VOTVM. παρ' εὐχήν. *Fabrettus pag.* 284. *Inscr.* 185. *habet* ANN. L. *sed male*.

62

D M
M. T. DRVSI. PATERES
PRIMICINIO. QVI. VIXIT
ANN. XXXXII. DIES. VII

FAVSTVS.ANTONIAE.DRVSI.IVS
EMIT.IVCVNDI.CHRESTIANI.OLL

63

C VITIDIVS
PRIAMVS.OL.D
RESTVS

64

Q. VIBI ANTEROTIS
ET VTI DONATI
OLLAS. VI

65

ACTI. ET. C. TERENTI
CERINTHI. EX. HOC. LOCO
VSQVE. AD. SCALARIA
OLLAE NVMERO LXVIII

66

IANVARIVS IN BIM
HYPATVS PATER ET FRATc
AB. C. SALIO. OPTATO

67

D M
C. PVBLICIO AGLAO

63. OL. D. idest OLLAM DEDIT. *vel* OLLA DATA.

65. VSQVE. AD. SCALARIA. *In Scalariis* (*nos* Scalere) *ut visitur in Schemate allato a Fabretto Cap. I. Inscript. Antiq. pag.* 10. & 16. *varii loculi, seu cubicula erant distributa ad Ollas*

las recipiendas ; quod etiam innuere videtur vetus Inſcriptio apud Fabrettum 302. *pag.* 165. *in qua legitur* HOC. MONVMENTVM. ET. LOCI. SCALARE. CVBICVLI SVPERIORIS. *&c. Scalaria etiam Sepulcris fuiſſe adplicita, teſtatur marmorea Tabula apud Reineſium Cl. VII. pag.* 486. *Inſcr.* 16. *Perperam idem Fabrettus ex hac, & alia quadam unam confinxit pag.* 189. *Inſcr.* 179.

66. IN BIM. *forte* IN BIMATV. *De ſanctis Puerulis ab Herode occiſis, dicitur Matth. cap.* 2. *ver.* 16. ἀπὸ διετοῦς καὶ κατωτέρω. a bimatu, & infra.

68 D M

BLAESIO | O FORTVNAT
V. A | IIII
M. IIII | D.. XIIII
BLAESIVS | VICTOR INVS



PATER. F.

68. *Viſitur in hoc marmoreo Cippulo anaglypho opere inſculptus puer, faſcia pectore involuto, & in manu ludicro quodam, ſeu* ἀθύρματι. Hac imagine viſuntur in Coenobio Flor. S. Mariae Novellae depicti Sancti Innocentes, in loco, quod *Capitulum* vulgo dicitur.

69 LVTTIEDIVS
L. L
ALEXANDER

70 LIVIA. EVTYCHIS
NARCISSVS | M. LIVIVS. M
SCIRTI | ARICIA

71

TI TERGINI HILAR
OL . III C . IVLIVS
SECV

72

M LIVIVS
QVADRATVS

73

TALANTARIA
CHRESTE

70. EVTYCHIS. Eutychis, seu Eutychetis uxor, vel εὐτυχίς. *Fortunata*.

72. QVADRATVS. Κοδράτος, ut Κόιντος, *Quintus*; quia non habent Q, quod respondet Hebraico *Coph*. Olim vero habebant literam Κόππα, & erat ϙ, qua nonaginta numerus apud Graecos signatur; quod Hebraicae literae ex adverso respondet; unde Κοππατίαι, *equi*, apud Aristophanem hac litera inusti.

73. TALANTARIA. forte ἀπὸ τῶν ταλάντων, a *talentis*, seu librae ponderibus.

74 D M
FVFICIAE . CALE
L . DOMITIVS . CARPVS
sic FEC . COIVGI . BENEMERE
ET . LIB . LIBERTABVS
POSTERISQVE . EORVM

75 D M
IVNIAE, TIME
VIX. AN · III . M. X
IVNIA . MARIA
NA . SORORI . PI
ENTISSIMAE
FECIT

76 D . M
VLPIO . VENERIO
QVI . VIXI . ANN . XVII . M . D
CANNEIVS . ONESIMVS
FILIO . DVLCISSIMO
FECIT

77 D . M
C . LARISI VERI QVI VI
XIT ANNIS . VI . MENSIB
X . DIEBVS . VIII . AVRELIA ME
LISSA FILIO PIENTISSIMO ET
INCOMPARAVILI . FE .

74. FVFICIAE. CALE. καλῆ. *Pulchrae*. CARPVS, forte *Fructuosus*. εὔκαρπος.

75.

75. IVNIAE, TIME · τιμὴ. *Honor*. idest τιμία. *Honorata*. Horat. in Arte:

honoratum si forte reponis Achillem.

τίμιον. ὑπὸ τοῦ Ομήρου τετιμημένον.


ab Homero honoratum; nimis fidenter insignis Criticus reposuit *Homereum*, Ομήρειον.

CANNEIVS. idest CAIVS ANNEIVS. *Agellius*. idest *A. Gellius*.


ONESIMVS, idem vi verbi ac CHRESIMVS, idest *Utilis*. ὀνήσιμος. χρήσιμος. *Fructuosus*.

77. INCOMPARAVILI. idest INCOMPARABILI. B, & V consonans, in omnibus Linguis inter se commutantur, labiales enim sunt literae.

78



79



78. IVLIO NESIMO. idest IVLIO ONESIMO. *Huius elisionis plura exempla suppeditat Scaligerianus Index ad Gruteri Thesau-*

saurum, in iis, quae ad Grammaticam pertinent. Vide Clarissimi Salvinii Notas ad Inscriptionem Graecam Damae Medici, allatam a Clarissimo Senatore Bonarota in Observ. ad Vitrea Fragmenta Coemeter. In Manuscriptis etiam Codicibus optimae notae frequenter huiusmodi elisiones occurrunt, seu eiusdem literae, alia eiusdem generis sequente, omissae repetitiones.

79. L Ɔ LARTIVS Ɔ THALLVS. θάλλος. Catull. Carm. 25.

Cinaede Thalle mollior cuniculi capillo.

Thallus, *ramus, surculus*. Iuvenes, ἔρνεσι, *surculis* comparati Homero.

80

C. IVLIVS. SALVIVS
STRVCTOR PARIETARIVS
IVLIAE. HEVRESI
CONIVGI. SANCTISSIMAE
IVLIAE. RESTITVTAE. E
C. IVLIO. STATVTO. F
AEDICVLAE. IN. QVA. OLLAE. IIII
ET. INFERIORES. II. DATAE. A. M. IVLIO
IANVARIO. ET. A. IVLIA. BVRVSA

80. STRVCTOR PARIETARIVS. *Structores vocantur fabri caementarii*. PARIETARIVM *vero* C. IVLIVM. SALVIVM, *ex eo dictum arbitror, quod parietes ad imagines rerum, & animalium opere museo exornaret, vel in tale opus praepararet. Hos Artifices*, parietum instructores *appellavit Cassiodorius Senator Variar. lib. 7. 5. Musivis illis operibus pavimenta initio exornabantur; quaeque vermiculato opere reliquias coenae repraesentabant, quasi ver-*

ri

ri non possent, ἀσάρωτα *Statius appellavit*. *Verum*, *crescente Romano luxu*, *musiva opera in camerarum*, *parietumque ornamenta transiere*; *sic enim Plinius lib.* 36. *cap.* 25. *Hist. Nat.* Pulsa deinde ex humo picta pavimenta in cameras transiere è vitro. *Camerae opere museo exornatae meminit allata superius pag.* 8. *n.* 3. *Africana Basis Musei Medicei*. *Parietes vestiri marmoreis crustis*, *variisque lapillis testatur Seneca lib.* 2. *controv.* 1. In hos ergo exitus varius ille lapis secatur, ut tenui fronte parietes tegat. *Sen. fil. Epist.* 87. Pauper sibi videtur, ac sordidus, nisi Alexandrina marmora Numidicis crustis distincta sint. *Vide doctissimum Iulium Caesarem Bulengerum de Pictura, Plastice, Statuaria lib.* 1. *cap.* 7. & *Pignorium de Servis*.

IVLIAE. HEVRESI. εὕρησις. vel εὕρεσις. *Inventio*. ut EPICTESIS, cognomen in Inscriptionibus, ἐπίκτησις. *Acquisitio*.

AEDICVLAE. *AEdiculae quaenam essent*, & *cuius figurae*, *monstravit Fabrettus*, *allato exemplo Sepulchri ad Viam Salariam Cap.* 1. *Inscr. Antiq. pag.* 16. *Erant concava*, & *arcuata loculamenta* [*nos* Nicchie] *in quibus Urnae cinerariae*, & *ossuariae recondebantur*; *ut nempe Ollae minores in suis columbariis*, *Urnulae Ollaeque maiores in AEdiculis ordinarentur*.

OLLAE. IIII. *Ollarum etiam figuram exhibuit Fabrettus in laudato Capite pag.* 19. *Erant enim ovalis figurae*, *superne operculo tectae*; *quae in loculis aedicularum*, & *columbariorum fere usque ad operculum recludebantur*.

Sponius edidit pag. 233. *Fabrettus pag.* 457. *Inscr.* 254. *Reinesius inemendatam primus dedit Cl. XI. pag.* 647. *Inscr.* 112.

81 D . M	82 D . M .
AELIA . CALLISTE	VETVRIO . MOSCHATI
FECIT . EROTI	POPILIA . DIONYSIAS
FILIO . PIENTIS	COIVGI . SVO . F . B . M .
SIMO . QVI . VIX	SIBI . ET . POSTERISQVE
ANNIS . XXV	SVIS
SIBI	

83

v. T. MINISIVS. T. L. AMPHIO
FECIT. SIBI. ET
MINISIAE. T. L. LAVDICAE. VXORI. ET
v. T. MINISIO. T. F. QVI. CLEMENTI. FILIO. ET *sic*
T. MINISIO. T. L. FAVSTO. ET
LIBERTIS. LIBERTABVS. POSTERISQ. EORVM
C. PETRONIVS. LIBANVS. FECIT
SIBI. ET. LIBERTIS. LIBERTABVS. QVE
POSTERISQVE ♂ EORVM

82. VETVRIO. MOSCHATI. f. Μοσχαλίῳ, vel potius Μοσχαρίῳ. Moſchario. *Vitulo*, *Vitello*.
DIONYSIAS. Διονύσιας. δος. ut Olympias, dis. quaſi *Bacchea*.
83. AMPHIO. ἀμφίων. Dictus & Amphion, &c.
LAVDICAE. Λαοδίκη. ſic *Lautumiae*, *Laumedon*, *Laudicea*.
C. PETRONIVS LIBANVS. Λίβανος. *Thus*. Λιβάνωτος.

84

v MARCIA. L. L. APTA
MATRI. SVAE. ET. SVIS
v SEX. RACILIVS. SEX. F. COL
RVFVS. ET. SVIS
v L. MARCVS. Ɔ. L. THEOPHILVS
v Q. PETRONIVS Q. L. TENAX
v L. MARCIVS. Ɔ. L. NICHEPOR

84. SEX. F. COL. ideſt *Collina* Tribu. THEOPHILVS. Θεόφιλος. *Dei amicus*. NICHEPOR. forte Νικήφορος, Nicephorus.

rus. *Victoriae reportator*. P, & PH invicem commutantur. Βόσπορος. *Bosphorus*. τρόπαιον. *trophaeum*.

V. *idest* VIVENS. *Reinesio magis placet* Υ, *quae prima in voce* Υγιὴς, Sanus, *Variar. Lect. cap.* 7. *lib.* 1. *suaeque sententiae confirmandae caussa Galeni locum affert. Vide Sponium Sect. VII. pag.* 245. *Certe* V, *&* Θ, *tum viris, tum feminis apponuntur, vitae, mortisque indices.*

85

D M
DISCE QUISQUE PIUS PATER ES UEL
MATER QUE GENERASTI NATOS *sic*
HABERE BONU EST SI NON SINT
INUIDA. FATA. SIC TIBI NON RA
PIAT MORS INUIDA TAM CITO
NATOS UT MEIS ATQUE TUIS
DICNISILUE TERRA PRECERIS *sic*
UT MORS IN UOLTUM UIUAT
SEMPERQUE COLATUR
AELIUS MARCELLINUS PATER
FILIO FELICISSIMO
HOC EGO FECI BENE SI QUID SAPIUNT
INFERI. QUI. UIX. ANNIS X. MENSES. V
DIES X

85. BONU EST. idest BONUM EST. Antiqui *bonu' st*. In Pandectis Flor. *factu iri*, pro *factum iri*. & similia.

SI NON SINT INUIDA. FATA. Gregorii duo, Nyssenus, & Nazianzenus ὁ φθόνος usurpant. Nazianzenus Epigr. in adolescentem immatura morte praereptum, ὁ φθόνος ἡρπάσατο, *invidia rapuit*. h. e. *mors invida*. Hoc ex more Gentilium, qui Nemesin, Rhamnusiam, Adrasteam bonos rapere, & nobis nimia laetitia exultantibus invidere credebant.

NON

SI QVID SAPIVNT INFERI. εἴ τι φρονοῦσιν. οἱ κάτω. Simile illud Isocratis: εἴ τίς ἐστιν αἴσθησις τοῖς τετελευτηκόσιν.

86

ANNIAE . QVARTILLAE
ANNIA . TROPHIME
ANNIA . DAPHNE
ANNIA . IRENE
PATRONAE . SVAE . BENEMERENTI
FECERVNT.ET.SIBI.ET.SVIS.POSTERISQ.EORVM

87 AEFVLANA. C. F
POLLA
HIC CONDITA

88 TERENTIA
TYCHE
V . A . XVIIII

89 APER
SIBI ET
LVSIAE . PYRALLIDI
CONTVB . BENEMERENTI
VIXIT . ANN . XVIII

90 D M
C . SEMPRONIVS
C L . PLOCAMVS
SEMPRONIA . C. L.
CALLITYCHE

87. **AEFVLANA**. forte **AEPVLANA**. αἴπολος. *Caprarius*. **POLLA**. idest **PAVLLA**.

89. **LVSIAE. PYRALLIDI.** Λυσίᾳ Πυραλλίδι. **CONTVB.** i *Contubernali*, vel *Contubernae*; idest *Uxori Servi*. ἐγγαμέτῃ (nam matrimonium inter cives Romanos est, & iustae nuptiae) non uxori, sed contubernali, συνοίκῳ. Πυραλλὶς ἀπὸ τοῦ πῦρ, *ignis* & ἅλλομαι, *salto*. forte eadem ac *noctiluca*, λαμπουρίς. Hesychio. Lucretius lib. 4. *At flagrans, odiosa, loquacula*. λαμπάδιον fit; idest *facula*.

90. **PLOCAMVS**. Πλοκαμὸς, *Cirrus*, *Cincinnus*. forte pro *Cirrato*, *Cincinnato*. **CALLITYCHE**. Καλλιτύχη. *Bonae fortunae femina*. Sic καλλιτέχνας ab Anacreonte dicitur pictor; idest *bonus artifex*.

91

D . M . M . B*irri*
A L B A N*i*
B I R R I A . N I*ce*
C O N I V G I . A

92

CN . DOMIT
CN . L . CAST
DOM

93
C . LARONIVS . C . L . ORESTES
C. LARONIVS. C. C. L. MENOPHILVS
C. LARONIVS. C. C. L. ANNALIS
C. LARONIVS. C. C. L. BASSVS
POMPEIA . CN . L . PRIMA
LARONI
sic M . ANINIVS . FORTNATVS

94
D . M
CORNELIAE
EROTE
CONIVGI BE
NEMERENTI
CORNELIVS
EROS FECIT

93. **ORESTES**. *Aut Agamemnonius furiis agitatus Orestes*.

ME-

MENOPHILVS. μηνόφιλος. *Lunae amicus.*

ANNALIS. forte χρόνιος. nam χρόνος, *annus*. χρονικά, *Annales*. *Apud Fabr. haeret menda in ultimo versu Inscr.* 331. *pag.* 58.


94. EROS. Ερως. Horatius:

Davusne loquatur, an Heros.


Quidam eruditus legit: *Erosne* aliud nomen servi. *Amor*. unde & *Phileros*. Epigramma antiquum apud Gellium:

Quid faculam praefers, Phileros, qua nil opu' nobis?


95



96



97



98



95. DoRIS. Δωρίς. nomen Nymphae marinae.

96. CRESCENS. Gr. κρήσκης. vulgari Graecorum pronuntiatione *Criscis*; unde *Criscus* in veteri Vita S. Crescii Martyris Florentini. Sic *Pudens*, *Clemens*. Πούδης. Κλήμης in Epistolis Divi Pauli.

99

D . M
FL . CALES . 7
QVAE . VIXIT . 7
ANN : L . DIEB . X
HEREDES . FEC
BENE . MERENTI

100

D . M
TI . CLADIVS
FIILIX . FIICIT.
TI . CLAVDIO . FIILICI
FILIO . SVO

101

D . M
AVIDI . HILARI
AVIDIA
CHRESTE
CONIVGI
OPTIMO

102

D . M
M . VLPIO
HERMETI
PATRONVS
FECIT

X

100. FIILIX . FIICIT . pro FELIX . FECIT. nam E longum, valet duo EE, correpta. Ita H figura sua indigitat duo II; sed quoniam sonus τοῦ ἰῶτα forte non abludebat a sono τοῦ epsilon. hinc factum est ut eta apud veteres Latinos, pro E longo, perpetuo repraesentetur; & vulgari pronuntiatione sonet Ita, hoc est I longum. Duo II, pro E, in Inscriptione Narbonensi ab Aldo in Orthographia allata; & apud Nobiles Gallios Florentinos in Villa Scamnicia, quae vulgo *a Scandicci*, legitur in sepulcrali Tabula PARAMYTHI TRAIANA DOMINA SIIRVO MIIRIINTI FIICIT.

103
DIIS MANIBVS CAELIAE ROMANILLAE
QVIETISSIMAE . AC FIDELISSIMAE . LIB.
CAELIVS QVADRATVS PATRONVS

104
D . M . S
C IVLIo FORTVNA
To FRATRI
C. IVLIVS . APRILIS
FEcIT

105
D . M
VALERIAE PRIMAE
FECIT . L . VESTIARIVS
TROPHIMVS. CONIVGI
BENE : MERENTI

106
RVBRIA HILARA
VIXSIT. ANN. XX

107
ALICO L
LVPERCVS B. M

108
MEDATES
ARETHVSAE

108. ARETHVSAE. In Pand. Flor. quod in editis est *Arethusa*, ibi est *Arescusa*, ἀρέσκουσα. *Placens*. Horatius Carm. L. 2. Ode 14.

Linquenda tellus, & domus, & placens
Uxor.

108.

109

DIS MAN
M AEBVTIVS HERMES AEBVTIAE
MARCIAE LIB. ET. COIVGI SANCTISS
ET. Q. MAGIVS. EVTRAPELVS ET
HORATIAE CORNELIAE FECER P. P. S
ET SIBI. ET. LIB. LIB. Q. POSTERISQ. EOR
ET FABIA CHRYSIS AEMIT. P. P. S.

110

METILIA
A METILI
MEROPIS. L
AVGE

111

AGLA
APATI
MAGIA
PRIMA

109. EVTRAPELVS. εὐτράπελος. *facetus*. Hinc εὐτραπελία apud Ariſtot. Ethic.

P. P. S. *forte* Poſteriſque ſuis.

CHRYSIS AEMIT. ideſt EMIT. AI pro E, & AE pro E paſſim in libris Mss. & in vetuſtis lapidibus.

110. MEROPIS. L AVGE. Μέροπος, genit. *varii aſpectus*, *variae linguae*. Hom. μερόπων ἀνθρώπων. αὐγὴ, *lux*.

111. AGLA. ἀγλαὴ, *laeta*, *illustris*. ἄγλαον ὕδωρ, *splendida*, *limpida aqua*. ἀγλαΐα una Gratiarum. ἀπὸ τῆς αἴγλης. *a radio*, *splendore*.

112

DIVS. T. L. EROS
AMPEL

113

VETVRIA. AGATHOCLEA
CELADVS VETVRIAE

Tabula marmorea utraque parte insculpta.

114

IVRIS . HVIVS . MONVM
CRAMMI . CONOPIS
ET MVSSIAE . LIBADIS
DIMIDIVM. ET. DVODECVM
ALLONIAE . C . F. POTITAE
PARS . QVARTA
PROCVLEIAE . C . L . MA
PARS . VI . SIBI . ET. SVIS

D . M
TI. CLAVDIO . FELICI. PATRI . SVO
TI. CLAVDIO. TROPHIMO. CONIVGI
CLAVDIAE . MAXIMAE. F. SVAE
SIBI. POSTERISQVE. SVIS. OMNIBVS. FECIT
CLAVDIA FELICVLA

115

VETVLENAE
FORTVNATAE
CONIVGI . B . M
VETVLENVS
CHRESIMVS. FECIT
ET. SIBI. ET. SVIS . QVAE
VIXIT . CVM . EO
ANNIS . XXII

116

D M
M. LVCVLEI
MARVLLI
ATILIA
CALLIPODA
CONIVGI . SVO
B . M . F

114. CONOPIS. Κόνωψ κόνωπος. *Culicis*. forte quia femina longis pedibus, macra, & loquacula, ſtridula. Sic quaedam femina vocata *Bombyx* apud Theocritum.

LIBADIS. λιβάδες. *Guttae*, *Stillae*.

DIMIDIVM. Ponitur in monumento partium diſtributio, & aſsignatio; ut unuſquiſque ſociorum, ſeu amicorum ſua parte potiatur.

PROCVLEIAE. Horat. Carm. Lib 2. Ode 2.

Vivet extento Proculeius aevo.

117

CLODIA . Ɔ . L. SECVNDA
OSSA . HIC . S . S.

118

L. RVPILI. L. F. COL. MACRI
L. RVPILI. L. F. COL. FRONTONI

117. S. S. ideſt *ſita ſunt*. In Kapitibus legum SS valent *ſupraſcripta*. In Cathedra Sancti Hippolyti SS valent *bis sexto*.

119

B | M

CALLINIO
ET OCTAVIO
FELICISSIMO
ALVM . M
QVI . VIX . ANN
XIII. MEN . VII . D . VII

120

TI . CLAVDIO
ABASCANTO . ET
TI . CLAVDIO
EVRYTHIMIO . FILIO
EIVS. V. A. IX. M. VI. D. XV.

121

D
AELIVS
AVRELIVS
CONIVGI
QVAE. V. M. BEne

122

M
DIDIAE . EVPORIAE
VCI . QVAE. VIXIT . AN
MEN . VII . ET
O . FILIO . EIVS
M

123

DIS M

P. AELI PONTIANI QVI
VIXIT . ANNIS . XVIII
MESE VNO DIEBVS XIIX
PARENTES FILIO DVLCISSI
MO LOCVM PRECARIO PETIE
RVNT. A . T. EREDIO GALO


119. CALLINIO. ſ. pro CALLINICO. καλλινίκῳ.

120. EVRYTHIMIO. ἐυρυθύμω, vel ἐυρυθυμίω. *lati cordis viro; magnanimo*, μεγαλοψύχω.

123. PRECARIO PETIERVNT. Precario, *idem ac* Permiſſo, *ut explicat Fabrett. multis allatis Inſcript. Cap. III. pag.* 160. Vox Iuriſconſultorum; *Nec vi. nec clam. nec precario.*

124

D M
PLAVTIAE.
FELICITATI.
VIX. AN. XV



M. IIII. D. XXVI

125

LABERIA
MAXIMINA
MATRI DVLC
IN. FR. P. V
IN. AGRO. P. VI



126

D. M. VIBIAE. AGATHES
VXORI. BENE. MERENTI.
CUM. QUA. UIXIT. ANN. XXVI
sic C. UIBIUS. EUTROPUS. FECIT.

127

QVENTILI
Ɔ ⁊ L ⁊ V. A. IXX
EPAPHRODITI

Sub protome mulieris.

128

DIS. MANIBVS
PAELIAE
VERAE

129

D. M.
VALERIAE SATVRNINAE
STRATONICVS CONIVGI
B. M

124. *Fabr. habet pag.* 66. *Inſcr.* 25. *ex Sched. Barber.*

127.

125. *Visitur in hoc sepulcrali Titulo ascia ad macerandam subigendamque calcem arenae commixtam, longiori hastae innixa; qua Veteres Sepulcrorum mediocrem sumtum indicare voluisse censet Fabrettus Cap. III. Inscr. Antiq. pag. 205. Hinc frequens vetustorum lapidum formula* SVB ASCIA DEDICAVIT, *vel* DEDICARVNT.

127. QVENTILI, pro QVINTILI. *Domitius, Domitianus, Sicilia, Capitolium*, Graecis Δομέτιος, Δομετιανὸς, Σικελία, Καπετόλιον.

128. *Fabrett. habet pag. 637. Inscr. 311. ex Sched. Barber.*

Tabula marmorea ex utraque parte inscripta.

130 D ⚹ M
Q. DOMITIVS . IVNI
OR . EROTVLO . S . P . BEN
EMERENTI EROTVLS *sic*
FILIVS FECIT. QVI. V. ANNIS. X
⚹ ME IIIIII

D . M . AELIAE . NYMPHE
VIXIT. ANNV. III. MENS. VIIII. DIEB. XIII
ALVMNAE BENEMERENTI FECERVNT
P. AELIVS. EPAPHRODITVS ET SETERIA
PROSDECTE ET SIBI ET SVIS . LIB
LIBERTABVSQ. POSTERISQ. EORVM

130. S. P. forte *Suo Patri*. EROTVLVS. ἐρωτύλος, idem ac *Erotion*, diminutivum *Erotis*. ANNV. *leg.* ANNIS.

Vetustos hos lapides in utraque parte inscriptos, medios inter duas Urnas, sive Ollas fuisse, easque ambas sua quamque facie respexisse, congruum opinatur Fabrettus Cap. IV. Inscr. pag. 307.

131
..ABRVS. OREI. SER

132
...MENICEROTIS. IN S

Tabula marmorea utraque parte inscripta.

133
D M
VALERIVS MAGNVS
FECIT VALERIO
MAXIMO
PATRI SVO
DVLCISSIMO
QVI VIXIT A. XXI
MEN. V. D. IIII

D M
VIBIAE FLV[illegible]
PLIAE N[illegible]
DAI M S
ALVIVS M
A·R·I·N·V·S·
CON. BENE
MERENTI
FEC

Tabula marmorea in antica, & postica parte exsculpta.

134
DEPOSITA CANDIDA DIE
ς IDUUM MAKIIARVM
POST. CONSVL. IOHANNIS
ET BARANAE DIE SOLIS

IN HOC LOCO QVI
ESCET FORTVNA
QVAE VIXIT
ANN XLq
MARITVS SE BIBV FECIT

134. ϛ IDUUM. *i.* Sexto Iduum. *Iohannes Mabillonius in Opere de Re Diplomatica pag.* 215. *& in supplemento pag.* 95. *docet, illud* ϛ *natum ex Graeco notam esse numeri senarii, & inter alia ex Kalendario Saeculi VIII. ostendit* ϛ II. K. Ianuar. *diem natalem Christi haberi, qui VIII. Kal. Ian. celebratur. Reinesius pro nota numeri quinarii habuit. Vide Hadriani Relandi Praef. ad Fastos Consulares; qui etiam huius marmoreae Tabulae primam tantum inscriptionem protulit pag.* 637. *ex Fabretto pag.* 738. *Inscr.* 486. *duobus respersam mendis. Addit vero Fabrettus post inscriptionem quoddam signum, quod dicitur* ὑγεία; *cuius quinque anguli, qui extra prominent, aequales sunt duobus rectis: quod signum in marmore certe non visitur.* MAKIIARVM, *f.* MARTIARVM. *Resolvendum videtur* K *in* R, *&* I *in* T, *quorum forsitan transversas lineas detrivit vetustas.*

ANN. XLq. *i.* ANNIS XLVI.

BARANAE, *idest* VARANAE. *Iohannes, & Varana Consules in Oriente fuerunt A. U. C.* 1209. *Chr.* 457. *Inscriptio Christiana.*

DIE SOLIS. i. *Dominico*. Germanice *Sontag*, Angl. *Sun day.*

QVIESCET, idest QVIESCIT. ἀναπαυέ(ται). FORTVNA, respondet τῷ τύχῃ. *Tyche*. SE BIBV. *se vivo*. ἑαυτοῦ ζῶντος.

135

D . M
ATINIA . HEL
ATINIA . PAV
F P

136

ARLENA . L . L .
AMANDA . V . A . XXXIII

137 L . IVLIVS . L . F
IRVNDO

138 D . M
ALBIAE . DORCADIS
PLOTIA . ONESIME
FILIA
MATRI PIISSIMAE

In Cippulo marmoreo inferius oblongo, & utraque parte insculpto.

139

DIS . MANES
VENERIA COÍVGI
SVO . ISOCHRYSO
VIXSIT . ANNIS
XXIII

D . M
CN . ASINIO . SERVANDO
FECIT
VENVLEIA . VENERIA
CONIVGI . BENEMER
ENTI . ET . POSTERISQVE
SVIS
DIS

137. IRVNDO. idest HIRVNDO. χελιδών.

138. ALBIAE DORCADIS. δορκάδος. Lucretius lib. IV. *naevosa*, & *lignea*. δορκάς. idest *dama*.

139. DIS. MANES. pro DIIS. MANIBVS.

ISOCHRYSO. ἰσοχρύσῳ. *auro contra pretioso*. Vulgata Etrusca paroemia: *Vale tanto oro, quanto egli pesa*.

Primam Inscriptionem quatuor mendis inquinatam dedit Fabrettus pag. 310. Inscript. 340.

CN. ASINIO. SERVANDO. f. Libertus; & tertium Graecum nomen erat Σοζόμενος. VENVLEIA. VENERIA. *Aphrodite*, ἀφροδίτη, vel *Aphrodisia*. ἀφροδισία. vel *Epaphrodite*, i. *Venusta*.

140

D ✠ M
FENIO . ANTHO
ET . SIGENIANO
Q. V.A.XX.FILIO. PIISSIMO
FENIA . ISIGENIA
FECIT . ET SIBI . ET . SVIS
POSTERISQ. EORVM

141

EM .... DPIO ..... M .. FIL
IVLIA . L . F . INVENTA
sic M . VLIO . ADIVTORI
CONIVGI . BENEMERENTI
FECIT . ET . SIBI . LIBERTIS
sic LIBERTABVSQVE
VTRORVMQVE
POSTERISQVE . EORVM

142

ATALANTVS
VERNA
EROTIS . L . OLL

143

IVLIVS . C . L . THYRSVS
IRENE . CONIVGI . SVAE
MEMMIO . DIOGNETO . OLL . II

144

P . ATTI
SI
TREBELLIA
CONIVGI
QVAE DVM
PRECOR SI QVIS
SIT . SVAVITER

145

D . M
SEX . VINIO . DAMA
ET NATVLA TYCHE
FECIT ET AVLVS
PRIMIGENIVS ET
ADITVM DEDIT

142. **ATALANTVS**. ἀτάλαντος, *aequalis*. Hom. ἀτάλαντος ἄρηϊ. *aequalis Marti*. **EROTIS**. *Eros*, Servus. Ερως. Ερωτίς, nomen ancillae. Apud Iuriſconſultos **VERNAE** ſunt filii ex ancillis Domi nati. οἰκογενεῖς. Tibull. Lib. 1. Eleg. 5.

conſueſcet amantis
Garrulus in Dominae ludere Verna sinu.

143. **THYRSVS**. θυρσός. Bacchantium haſta, hederis, ac pampinis involuta; quo armorum genere Indiam ſubegit Bacchus ovantis, & exultabundi more. Orationem furioſe debacchantem παρήνθυρσον, vocat Longinus Criticorum doctiſſimus, aureo libello Περὶ ὕψους. quem Etruſcè vertit eleganter Auctor collectionis harum Inſcriptionum.

DIOGNETO . OLL . II. *Ollas duas*. Διογνήτω. *ab Iove genito*. quod erat maximae nobilitatis. quare διογενέας βασιλῆας, *ab Iove genitos*, Reges appellat Homerus. immo non ſolum natos, ſed *enutritos*. διοτρεφέας βασιλῆας.

145. **DAMA**. ideſt Δαμάτριος correptum in Δάμας, ut Γέτας *Geta*. Χαιρέας, *Chaerea*. Doricè. Horat.

Verterit hunc Praetor, momento temporis exit
Marcus Dama.

Vide de Dama Inſcriptionem Gr. apud Cl. Senatorem Bonarotium in Fragm. Vitror. Coemeter. pag. 137.

In marmorea Tabula ex utraque parte inſcripta.

146 CINERES
Q. FABI DIO
NYSI. FECE
RVNT. FABI
ROGATVS ET MACRINVS
FRATRES. B. M.

MNVS PACAT
LIB. V. A. XXX · ET
ROMVLO FIL
V. A. VIII FECIT
B ❦ M

147 D · M
CAS · TI · NI · VS · PRE · SES *ſic*
M · CAS · TI · NI · O · OC · TA · BI · A ·
NO · FRA · TRI · B · M · V · A · XVIIII

147. *Veteres puncta interponere conſueviſſe poſt unamquamque ſyllabam cum in Romanis, tum in Graecis Inſcriptionibus obſervat Fabrettus Inſcript. Antiq. Cap. III. pag.* 374. 375. & 376. *ut ex his forſitan ad exprimendum moerorem interiectis pauſis, in legentium animis propinquorum ſeu viatorum facilius excitaretur dolor, & fierent productiora ſuſpiria.*

148 M. LIVIVS. M. L
CASSIVS
CLODIANVS

149 M. LIVIVS. TEMENI. ET
AMBROSI. L. DEMET
O

150

DIS . MANIBVS
C . MARI ANTI
OCHI
VIXIT . ANNIS
XI
sic FILIO . PIENT
MO FECIT
C . MARIVS
SALVTARIS

151

C . QVINTIVS
C L
TRICVNDA
PIVS
C . QVINTIVS &
C . ET . Ↄ . LIB
PRIMIGENIVS
VALERIA . Ↄ . L . MVSA.

150. SALVTARIS. σωτὴρ, vel σωτηριχὸς, vel σωτίων.

151. C . ET . Ↄ . LIB . idest *Caii*. &. *Caiae*. *Libertus*.

MVSA . Μῦσα. Hoc cognomen etiam fuit Antonii Medici Augusti Caesaris, qui vocatus est *Musa* ob eruditionem, & elegantiam. Sic Xenophon *Attica Musa* cognominatus.

152

D . M
SOMNO . PERPETOALI
L . IVLIVS . EVCARPVS
VIVVS . FECIT . SIBI . ET
IVLIAE . POLITICE . NI.
CONIVGI . SVAE . ET .
L . IVLIO . SAGARIANO F$\overset{\text{I}}{\text{L}}$
LIBERTIS . LIBERTABVS
QVE . POSTERISQVE
EORVM

sic

153

SOMNO . ETERNALI
SACRVM
ARRVNTIAE . VALEN
TILLAE . FECIT . DATERIVS
ARRVNTIVS . FILIVS
ET LIBERTIS LIBERTA
BVSQVAE EORVM

152. *Sponius exhibet Misc. Erud. Ant. Sect. IV. pag.* 128.

153.

153. *Fabrettus habet Inscr. Ant. Cap. VIII. pag. 555. Inscr. 57.*

154 D . M
C . FABIVS
MERCVRIALI
sic ALIS . CLAVDIAE
DEVTERE BENEM
ERENTI CONIVGI
FECIT

155 D . M
M . LICINIO
HERMETI
M . LICINIVS . HILARVS
CoLLIBERTO MERENTI
FECIT

156 IVLIA
IERIS
CAENEI

C . IVLIVS DIO*nysius*
FRATER
CAENEI

157 D M
R V F O
RVFILLA . MATER
FILIO . CARISSIMO
FECIT.

158 D M
L.CALPVRNIO IVCVNDO
FECIT
LVCRETIA MARYLLA
CONIVGI

159 IN . FR . P . XIS
IN . AG . P . XIIS

160 TI . CLAVDI
ONESIMI

154. MERCVRIALIS. *Hermias*. ἑρμείας. *Hermes, tis,* ἑρμῆς. DEVTERE. *Secundae*. δευτέρῃ. δευτέρα.

156. IVLIA IERIS. f. HIERIS. ἱερὶς, pro ἱερεία. *Sacerdos*.

158.

158. MARYLLA. idest MARVLLA. *S. C. Tertyllianum*, pro *Tertullianum*.

161

D M
T. VAL. AELIANVS ET SEX. AR
RVNTIVS. CICERO EXS PAR
TIBVS. AEQVIS SIBI ET SVIS
LIBERTIS LIBERTABVSQVE
POSTERISQ. SVORVM
EX DONATIONE IVNIAE
THEOPHILE


162

D. M
NATRONIA. TI.
TROFIME FECIT
SIBI ET SVIS

163

D : M
CALPVRNIA. VRBI
CAL
CALPVRNIAE IO
NICENI FILIAE
SVAE FECIT

164



165

D M
C. LVCRETI. NICEPHOR...
COIVGI B. M.
AIBVCIA RESI. TVTA
FECIT. SIBI. POSTERIS
QVE. SVIS.

166

PRIMIGEN
LIVIAE. ELEV
L.

162. TROFIME, pro TROPHIME, τροφίμη. *Alumna*. *Gruterus habet pag.* 986. 10.

164.

164. VLPIVS TALLION. ideſt THALLION diminutivum a Thallus. θάλλος. θαλλίων. *Ramulus*. PROCLE. τῇ Πρόκλῃ. Proculae.

QVAE VIXIT. ANNV· ideſt ANNVM. In Pandectis Florentinis, & in Oroſio Mediceo notae τοῦ M et τοῦ N probe diſtinguuntur; quas notas invenit ſcriba librarius in fine verſus, quando erat ſpatiis excluſus iniquis. M notatur τῷ ∸ ſcilicet linea cum puncto ſubſcripto, quod medium crus elementi ſignat. N, vero notatur ſimplici linea, ſed inibi viſuntur veſtigia duorum crurum τοῦ N. & lineae, ut ita dicam, diagoniae ſic: ⊢

167

D M
P. CASSIO. PRI
MITIVO. ET
CASSIO. FILIO
B. M. FECIT
CASSIA. INGE
NVA. PATRO
NO. QVI. VIX
A. II. M. VIII.

168

L. PLOTIO· SECVN
DO. MESSIA
PROCLA
CONIVGI. CARIS
SIMO. FECIT ET
SIBI. ET. SVIS. LIBER
TIS. LIBERTABVSQVE
POSTERISQVE EORV
ſic IN FROTE. P. VIII
IN. AGRO. P. VIII
H. M. H· N. S

169

D.M. SEX SVETTIO ROMANO
SVETTIVS.L.∴RAX.LIB.PATRON
ET CORNELIA.PROCLA.COIVGI
FECERVNT. B. M

170

RIS
TABVS
ET
ET VIRIAE L.F HE
ET INNOCENTIS
AE VIXIT ANIS XV

171

D . M
A . VALERIO . A . F . PROCVLO
V . A . XIX . M . VIII . D . IIII
A . VALERIVS . C . F . PATER
INFELICISSIMVS
ARNATIA . PROCVLA
MATER

172

ACILIA . G L
V . AN XI
PLATO

173

D
RVFILIO
FILIO . C
FE

174

M . RVFRIVS . M . L .
PHILADELPHVS
RVFRIA . M . L . IVCVNDA
SOROR . ARCYNNI

175

ARLENVS
CHRESTVS
V . AN . XXXV

176

D . M
C . IVLIO . C . F . IVLIANO . FILIO
DVLCISSIMO . VIXIT . ANN . II.
M . VII . DIEBVS . XIII
C.IVLIVS. VIRILIS. ET. ABVCCIA. MELITINE
FECERVNT . SIBI . ET . SVIS . LIBERTIS
LIBERTABVSQ . POSTERISQ . EORVM

174. PHILADELPHVS. *Fratris*, ſeu *Sororis amicus*. φιλάδελφος Ptolemaeus cognominatus, quia uxorem eamdem ac ſororem habebat. Theocr. Encom. Ptol. in fine.

177

BIVS
LYDE . ET
CEDAE
N. XXIIIII

178

D M
MANLIA . SEVERA
MANLIAE. IVCVNDAE
NVTRICI . F.

179

D . M
ADVENTO
QVI VIXIT
MESES . VIII
DIEBVS . XXII
PARIDIANVS
ET GEMELLA
FILIO DVLCISSI
MO POSVERVNT

180

ARVLENVS. L.L. SCARIPHVS
ARVLENA. SCARIPHI. L. LITE
ARVLENA. METHE. F. EORVM

181

D . M
LVSIVS. MAXIMVS
AGNETI. FILIAE. DVLCISSI
MAE. QVE. VIXIT. ANNIS. IIII
DIEBVS . XXXX . VI

182

D M
AVIDIAE . VRSVLAE
QVAE. VIXIT. ANN. XX. MENS. VI
DIEB. V. AVRELIVS. ANTIOCHVS
CONIVGI . INCOMPARABILI
BENE . MERENTI . FECIT

180. LITE . λιτὴ . *ſimplex* , *frugalis* , *parca* . vel λίτη . *ſupplicatio* , *prex* , ideſt *ſupplex* . Deſcriptio Litarum , ſive Precum elegans apud Homerum , quas gibbas , & rugoſas facit. *Oneroſum .n. verbum eſt Rogo* , ut ait Sen. de benef. In Antiquit. Conſtantinopolit. Patris eximii Bandurii pag. 151. in Epigr. λιτῆς δ' ἀντίασον ξεινῆς . vertitur : *Excipias facili ſed bonus aure preces* .

ces. vertendum; *Et tenui hic perfruere hospitio*. λίτη, *prex*, prima corripitur. λιτή, *tenuis*, prima producitur.

ARVLENA METHE F. idest *filia eorum*. METHE. μέθη. *Ebrietas*, idest *Ebriola*. unde *temetum*, vinum. τὸ μεθύ.

183

ANTONIV
CHRESIM

184

TI. CLAVDIVS TIRO
LARCIA. Ͻ. L. NYMPHE
LARCIA. TYNDARIS. TIRONIS

185

CLAVDI
THEODORI

186

VOLVNTILLA
ANTIOPA
SEX. VALERIVS
T. F. CLV

187

AD. VIX. INF
STIS. MANES
ET TIBI. BENE

188

COCCEIAE. L. L
CALLISTE
L. COCCEIVS. SPERATVS
MATRI


189

IVLIANA
IVLIA
MENA *sic*


190

D. M.
N. BALONIVS FAVSTVS
BAEONIAE. N. L
SECVNDAE. VIX. AN. XXV
N. BALONIO DARDANO

191



192




186 ANTIOPA . ideſt ANTIOPE . ἀντιόπη.

CLV . ideſt *Cluſtumina Tribu*.

192. *Superius huius marmorei Cippuli modo ſupereſt fragmentum, quod multarum etiam Corſiniarum Inſcriptionum fuit fatum. Integrum nobis ſervarunt Caroli Senatoris Strozzae apographum, & Caroli Caeſaris Comitis Malvaſiae Marmora Felſinea pag. 416. qui ex Schedis Vaticanis protulit.*

193



193. M/ AEMILIVS. In Valerio Maximo Amſtelodami olim excuſo, MV pro M/ i. Manius, lib. 9. c. 13. M/ Aquillius.

194

CN. ATELLI. CN. L. HILARI
C. ANNEI. C. L. HILARI
SEXTILIAES. Ↄ. L. NICENIS

195

D ✕ M
AELIVS. NARCISSVS
AVRELIE. EVROPAE
CONIVGI. DVLCISSIMAE
QVAE. VIX. ANN. XXIIII.
M. II. BENE. MER. FECIT

196

D M
LIVIA. EVPHROSYNE
V. A. VI. M. VII
TI. CLAVDIVS. PRIMIGENI
VS. PATER. FIL. DVLCISSIMAE

197

D M
COSSIVS
CHRYSANTHVS
VIRRIAE HEDIAE
CONIVGI F
B M

198

C. TITIVS. C. L IVLIA. C. F
STORAX MAGNA
FRATER. VIX. AN. XII
C. IVLI. LYRI

199

D. M
TVLLIA. PIA
TVLLIAE SATV
RNINAE FECIT. B
ENEMERENTI

200

*Ven*VSTAE. L
*Alexan*DER
*Alexa*NDRI

201

T. LIVIVS NICEPHOR LIVIA. CALLISTE
NICEPHORI
C. MAECIVS AE HIC TVS

201. HIC TVS. ideſt HIC SITVS EST.

202

202

LIVS STROM
DIONYSI . LIB
FELIX

203

D . M
PHOE . BVS
MERCVRIO
F. BEG. V . A

204

D . M
T . FLAVI
VENVSTI

205

ARVLENA L. L. Ͻ· T. L
RHODINE
PHILOGENIS
HERACLIDAE ET

L . A R L
Ͻ . L . A
PAMPHIL

206

s C IVLIVS
MVRRANVS

207

D . M
Q . SOCENNIO
NATALI
VIX. ANN. XVII
M . TIBERIVS
TROPHIMVS . ET
NAEVIA . THALLVSA
FILIO PIENTISSIM
B . M . F

Tabula marmorea in utraque facie inscripta.

208

D M
ABVCCIAE FLO
RAE. Q. V. AN. X. M. VII
D. XVIII. ABVCCIA
MELITINE. VER
NAE SVAE DVL
CISSIMAE. F. C

D M
CN. CORNELIO
DROMONI . FE
CIT . AELIVS . FELIX

209

T . MINISIVS . T . L
FAVSTVS
HILARA VXOR

207. Q. SOCENNIO. A Socio, ficut Socienus. THALLVSA. θάλλυσα. *florens*, *laeta*.

208. DROMONI. δρόμωνι. *Curfori*.

Se-

Sequentes Inscriptiones olim extantes in Urbanis Hortis Marchionis Corsinii, modò deperditas, Clariss. Senatoris Caroli Strozzii servavit autographum.

210

M . IVLIVS . ANTHI . L
PAMPHILVS
LIVIA . AMARYLLIS

211

TI . CLAVDI
POTHI . L
PRIMA

212

DIS . MANIBVS
TERENTIAE . Ɔ · L
PRIMAE

213

D M
CORNELIA
EPICTESIS
MYRTILO FILIO
SVO QVI
VIXIT . A . IIII
M.VII. D.XXII

214

D . M
A . FVRIVS DORIPHORVS
L. FVRIO . THYMOITE . F. SVO
V . A . XII . M . X . ET . FVRIAE
REGILLAE . COLLIBER
ET . CONIVGI . DVLC
ISSIMAE ♂ FECIT

215

C. IVLIVS. C. L
DIONYSIVS

216

M' ACILIVS
SALVIVS
ACILIA PARATA

217

L. CORNELIVS . L . Ɔ . L . SETVS
CORNELIA . L . L . PHILEVTERA
OLAS . DVAS

218

ARVLENA. L. Ɔ · Ɔ · L
PRIMILLA

219

D . M
L . IVLIO . EVTVCHO
ET . IVLIAE . NICE
PATRONIS . BENE
MERENTIBVS
APOLLODORVS
LIB . FECIT
SIBI . ET . SVIS
POSTERISQVE
EORVM

220

DIS . MANIB
M . VALERIO
EVTACTO . ET
GERMANO FILIO
FECIT
LVCCEIA SECVNDA
CONIVGI . SVO . ET
SIBI . ET . SVIS . POSTE
RISQVE . EORVM

221 D M
CNEVS . LVCRETIVS . M
ACRINVS . EX . P. S. ET COELI
AES EPICTESIDIS HEREDE
S. EX PARTE . S. C. IVLIVS. ISI
DORVS ET IVLIAES . INGEN
VAES . ET . SIBI SVISQVE PO
STERISQVE . EORVM

222 DIIS . MANI
SACRVM
C . OPPIO
XYSTO
FECIT
C . OPPIVS . ARTE
MIDORVS
PATRONO . B . M

223 D M
M . A. ET . L . F
FIL . CAR . B . M
POSVIT . VIXIT . AN
XXXX . DIES . IX . O . II

224 D . M
SIMILI . THEODORI
FILIO . FECIT CASCELLI
VS . EPAFRODITVS

Apud Marcb. Corsinium protulit Reinef. Cl. XIV. pag. 779. Inscr. 193.

225 CANINIAE MARCELLINAE
SANCTISSIMAE CONIVGI QVAE
VIXIT . ANN. XXIII . M. I. D. VIIII.
T . VILLIVS CHARITINVS
CONIVX DOMINAE

Sponius Sect. IV. Inscr. 13. p. 144.

226 HELPIS LIVIAE
AD . VALETVDINAR.

225. CHARITINVS CONIVX DOMINAE. χαριτῖνος. *Gratiosus*. τῇ κυρίᾳ. ita viri uxores appellitabant, quemadmodum fit & hodie.



INSCRIPTIONES
ANTIQUAE
FLORENTIAE
IN HORTO
NOBB. GADDIORUM.

1



HERCVLI IOVI GENIO
IVLIANO CAELIO CAELIMONTIS
ANNA SACRVM

1. HERCVLI IVLIANO. An patrono gentis *Iuliae?* Hercules iuvenili ſpecie, tonſus, dextra tenens clavam, ſiniſtra Nemeae leoninae pellis inſigne. Iuxta Herculem arbor quaedam ei ſacra; forſitan, oleaſter, quam ad coronandos Victores in ludis Olympiacis ex Hyperboreis attuliſse teſtatur Pindarus Olymp. Ode III.

IOVI CAELIO, ideſt *Caelii montis*. Iuppiter capillatus,

& barbatus cum clamyde, & ad pedes aquila apertis alis, ideſt ad volandum Iovique miniſtrandum parata.

GENIO CAELIMONTIS, ideſt *Genio Caelii Montis*. Genius barbatus, ſeminudus, ut *Fluvii* deſcribuntur; forte propterea quod è montibus aquae oriantur. Horatius Lib. IV. Ode 12.

Monte decurrens velut amnis.


Homerus: Δύω ποταμοὶ κατ' ὄρεσφι ῥέοντε. *Duo fluvii è montibus defluentes.*

ANNA SACRVM. Forte: *Annale Sacrum*, quotannis recurrens. Vide Idyllium de Adonide in fine.

Interpretatio de Anna Perenni, *quam aliqui* Lunam *putant, quae propterea* Anna *vocatur, quod annus ex menſibus fiat, de qua Ovidius Faſt. III.* 658. *& num.* 657. *& Gyrald. Synt. Deorum* I. *p.* 59. *abſona prorſus videtur, deficiente praeſertim una litera diphthongi* AE.

Allatum marmor tribus ſimulacris, totidemque ſubſcriptionibus pereleganter ornatum, olim Romae fuit in Quirinali ad malum Punicam in Hortis Iacobi Cardinalis Sadoleti Viri longe praeſtantiſſimi, & Leonis X. Summi Pontificis a Secretis, ut ex Pigbio teſtatur Gruterus, qui omiſſa ſimulacrorum delineatione ſolam inſcriptionem profert pag. XLVIII. 7. *&* COELIO *pro* CAELIO *ponit. Huic, & aliam ſimilem exhibet pag. XVIII.* 4. *Hoc marmor altitudine conſtat Ped.* II. *unc.* XI. *longitudine Ped.* III.

2



2

2. **FACT. AIBAIAE**. legendum **FACT***ionis* **ALBATAE**. Una è quatuor illis celebribus; *Russata*, *Veneta*, *Prasina*. Palma sculpta ob Victoriam. Inscriptio votiva Silvano dicata.

3 *In parva Tabula marmorea.*

ΟΥΧΙ ΠΟΝѠ ΔΟΛΙΑ ΛΗΜΦΘЄΙϹ ΤΟ ΠΡΙΝ ΗΛΘΑ ϹΟΙ ΝΥΝ ЄΠΙΓΡΑΨΑϹ
ΑΛΛΑ ΝΟϹѠ ΛΗΜΦΘЄΙϹ ΗϹЄϹΧЄΠΙϹΟΙ ΒΑΙΑΝΟΝ
ΝΥΝ ΔЄ ϹΟΙ ΤΗΝ ΔЄ ΓΡΑΦΗΝ ΘΗϹѠ ΧΑΡΙΝ ΗϹ ΑΠΟΚΗΡΟΥ
ΑΝΤΙ ΤΥΠΟΝ ΡЄΥϹЄΙ ΤΟΙϹ ΔΑΚΡΥΟΙϹ ΧΑΡΙΤΑ
ЄΙ ΔЄ ΤΙϹ ЄϹΤΙΝΟΟϹ ΠΑΡΑ ΤΑΡΤΑϹΙΝ Η ΠΑΡΑ ΛΗΘΗ
ΗϹЄϹΧΟΝ ϹΠΟΥΔΗϹ ЄΠΙ ϹΟΙ ΝΥΝ ΚΑΤЄΧЄΙϹ ΧΑΡΙΤΑ
ΤΙϹ ΔЄ ΤΥΠѠϹЄ ΤΑ ΓΡΑΜΜΑΤΑ ЄΙΜΙ ΤΟ ΠΡΙΝ ϹΟΥ
ΑΙΜΑ ϹΟΝ ЄΝ ΖѠϹΙΝ ΛΥΠЄΙϹ ΜЄ ΤЄΛΟϹ ΚΑΤЄΧΟΥϹΑ
ΑΓΑΘѠΝ ΑΔΗΛΦΗ ΑΤΤΑΛΙΔΙ ΜΝЄΙΑϹ ΧΑΡΙΝ

o o o o

3. Interpretatio Graecae Inscriptionis.

Minime dolore in totum captus prius. accessi ad te nunc inscribens
Sed morbo correptus. habui in te tormentum.
Nunc tibi hanc inscriptionem tui gratia ponam cuius a morte
Respondentem effundes lacrimis (nostris) gratiam.
Si vero quis est sensus apud Tartara & Lethen
Eius studii. & amoris quem habui nunc possides gratiam.
Quis vero sculpsit literas? sum antea tuus
Sanguis inter vivos. contristas me. finem possidens
Agatho. Sorori Attalidi memoriae gratia.

Ver. 1. ΔΟΛΙΑ quid sit nescio; forte δι' ὅλου. *omnino. in totum*. Hic primus versus heptameter. τὸ ϹΟΙ breve.

Ver. 2. ΛΗΜΦΘЄΙϹ. pro ΛΗΦΘЄΙϹ, vitium oris in scripturam derivati.

Ver. eodem ΗϹ ЄϹΧ ЄΠΙ ϹΟΙ ΒΑΙΑΝΟΝ. lege ἧς ἔσχ' ἐπί σοὶ βάσανον. *cruciatum, tormentum.* Aa 2

Ver. 3. HC ΑΠΟΚΗΡΟΥ. forte ἧς ἀπὸ κλήρου. vel potius κηρὸς, *morte. fato*; sed hoc est hariolari.

Ver. 5. ЄΙ ΔЄ ΤΙC &c. Isocrates: εἴ τις ἐστὶν αἴσθησις τοῖς τετελευτηκόσιν. *Si quis sensus est vita functis.*

Ver. 6. Qui interiicit ЄΠΙ COΙ in hoc versu HC ЄCΧΟΝ CΠΟΥΔΗC ΝΥΝ ΚΑΤЄΚΕΙC ΧΑΡΙΤΑ, pentametrum corrumpit atque dissolvit; & illud ἐπὶ σοὶ speciem habet glossematis inepti cuiusdam; legitur tamen in marmore. *Versu 6. & 4.* ΧΑΡΙΤΑ, pro χάριτας.

Ver. 9. ΑΔΗΛΦΗ. lege ἀδέλφη.

Ver. 7. & 8. COΥ ΑΙΜΑ *tuus sanguis.* Virg. AEn. lib. 6. v. 836.

Troiice tela manu, sanguis meus.

Iuppiter apud Silium lib. 3. loquens ad Venerem:

tenet longumque tenebit
Tarpeias arces sanguis tuus.

Graecum H *in hac nostra parva marmorea Tabula tali figura* ⊢ *repraesentatur; ea prorsus qua sculpta est marmorea Tabula Musei Comitis Moscardi, cuius ectypa exhibet Montfauconius Diar. Ital. pag.* 457.

Apud Reinesium Cl. XV. pag. 792. *Inscript.* 28. *Langermanno descriptori praeter marmoris fidem tria menda obrepserunt, quae conferentibus liquido patebunt. Langermannus aetate sua vidit Romae in aedibus Iulii Herculani.*

4

Hic sculptus iuvenis iacens in lecto

ΓЄΜΙΝΑΝ ЄΚΑΛЄCΑΝ
ЄCΧЄ ΔЄ ΚΑΙ ΑΛΟΝΟΜΑ ΧΑΡΙЄCΤΑΤΟΝ ΠΟΘ
ЄΤΑΙΡΟΙ ΠЄΤΡΟΚΟΡΑΚΑ ΝЄΚΗΖΟΝ ΟΥ ΤΑΧΥΒΡ
ΟΤΩΝ ΤΙC ΤΟΙΑΝ ЄΚΤΗCΑΤΟ ΓΝΩΜΗΝ. ΗCΧΙ ΤΗ
ΝΑΠΛΟΤΗΤΑ ΦΙΛΟΥC ΥΠЄΡΑΤΟΝ ЄΤΙΜΑΔΙΑ ΤΟΥΤΟ
ΜΝΗΜΗC ЄΝCΚЄΝ ΧΑΡΙΤΟC ΔЄ ΑΠΑCЄC ΟΙ COΙ ΑΔЄΛΦΟΙ
ЄΘΗΚΑΝ ΓΝΩCΤΟΝ ΠΟΛΛΟΙCΙ ΒΡΟΤΟΙCΙ ΙΝΑ
CЄ ΠΑC ΠΑΡΑΓΩΝ ΟΝΟΜΖΗ ΑΓΑΘЄ ΠЄΤΡΟΚΟΡΑΞ
ЄΖΗ ЄΤΗ ΧΧΧ

Hanc Inscriptionem ita legit, & ordinat Cl. V. Antonius M. Salvinius.

Γέμιναν ἐκάλεσαν
Εἶχε δὲ καὶ ἄλλ᾽ ὄνομα χαριέστατον ὄν ποθ᾽ ἑταῖροι
Πετροκόρακ᾽ ἀνέκλησον. ὀ ταχὺ . . . . βροτῶν.
τίς τοίαν εκτήσατο γνώμην.
Ησκει τὴν ἁπλότητα. φίλους ὑπὲρ αὐτὸν ἐτίμα.
Διὰ τοῦτο μνήμης ἕνεκεν. χάριτες δὲ ἁπάσης.
Οἱ σοὶ ἀδελφοί.
Εθηκαν γνωστὸν πολλοῖσι βρότοισιν ἵνα
Σὲ πᾶς παράγων ὀνόμαζῃ
Αγαθὲ Πετροκόραξ.
Εζη ἔτη XXX

Ideſt: *Geminum appellarunt*
Habuit & aliud nomen gratiſſimum. quem olim amici
Petrocoraca vocarunt. non ita cito mortalium
Aliquis huiuſmodi poſſedit mentem.
Exercuit ſimplicitatem. amicos ſupra ſe ipſum honorabat.
Propterea memoriae & gratiae cauſſa univerſae
tui fratres
Poſuere notum multis mortalibus.
Te omnis praeteriens nominet
Bone Petrocorax.
Vixit ann. XXX.

Eadem Inſcriptio latino carmine verſa a Cl. V. Antonio M. Salvinio.

Geminum vocitarunt.
Feſtivumque aliud nomen fecere ſodales
Atque appellatus eis nomine Petrocorax.
Certe hac mente fuit mortalis praeditu' nemo.
Simplicitate probus. pluſquam ſe. ornavit amicos.
Mnemoſynon Charitos cauſſa fratres poſuere
Nobile. quod poſſint mortales viſere multi.
Gaudeat & BONE PETROCORAX dixiſſe Viator.

Ver-

Versu 1. ΓЄΜΙΝΑΝ ЄΚΑΛЄϹΑΝ, forte Γέμιναν, vel Γέμιναν ἐκάλεσαν. poeticè.

Ver. 2. ΚΑΙ ΑΛΟΝΟΜΑ. lege. ἀλλ᾽ ὄνομα. ἄλος ἀντὶ τοῦ ἄλλος in MSS. Codicibus ſaepe legitur. πόλα ἀντὶ τοῦ πολλά. pronuntiationis vitio.

Ver. 2. & 3. ΧΑΡΙЄϹΤΑΤΟΝ ΠΟΘ ЄΤΑΙΡΟΙ. lego χαριέστατον ὄν ποθ᾽ ἑταῖροι. & ſic verſus conſtat. Eamdem ſyllabam concurrentem interdum minime geminabant antiqui, ut in Graeca Inſcriptione apud Senatorem longe clariſſimum Philippum Bonarotam in eius Obſervationum libro in Vitreorum Vaſium fragmenta relata pag. 137. & in Pandectis Florentinis paſſim videre eſt.

Ver. 3. ΠЄΤΡΟΚΟΡΑΚΑΝЄΚΗΖΟΝ. forte Πετροκόρακ᾽ ἀνέκληξον. Petrocoraca, quaſi [*ſaxatilem corvum*] vocarunt.

Ver. 4. ΗϹΧΙ, lege ἴσχει.

Ver. 5. ΥΠЄΡΑΤΟΝ. lege, ὑπὲρ αὐτόν.

Ver. 6. ΟΙϹ ΟΙ. lege οἱ σοί.

Ver. 7. ΒΡΟΤΟΙϹΙΙΝΑ. lege βροτοῖσιν ἵνα.

Pluribus mendis depravatam produxit Reineſius Cl. XVII. pag. 863. Inſcr. 174. Sponius non tot vitiis maculiſque offuſam, ſed integro ſeptimo verſu mancam Sect. X. pag. 357.

5

FVRINIA . SABINA . FECIT
C . FVNDANIO . SABINO CON
IVGI SVO . DE SE . BENE . MERENTI
MILITI PRAETORIANO . COH . II
>. ALLIACI . SEVERI . VIXIT . ANNIS
XXXII . MILITAVIT . ANNIS . XIII

5. DE SE. *Excidit Fabretto, qui inemendatam refert pag. 134. Inſcript. 99.*

MILITI PRAETORIANO. *Praetoriani Milites Caeſarum cuſtodiae erant deſtinati.* σωματοφύλακες.

In

In Ara praegrandi marmorea, ornata encarpo, capitibus arietinis, sphyngibus, & aquila in medio expansis alis, quasi signo ἀποθεώσεως consecrationis, & lupa duos pueros lactante.

6



6. RVFIONINO. *Rufus. Rufio*, & diminutivum diminutivi *Rufioninus*. CESTVS. κεστὸς.


ΤΟΥϹ ΑΓΑΘΟΥϹ ΚΑΙ ΘΑΝΟΝΤΑϹ ΕΥΕΡΓΕΤΕΙΝ ΔΕΙ. Ideſt: *Bonis etiam mortuis benefacere oportet.*

Romae hanc vidit, & descripsit Horatius a Valle in S. Luciae ad Ripam Tiberis; apud Gruterum pag. DCXV. 2.

In

In Ara marmorea elegantissima.

7



7. *Idest* Deis et Genio Rhodonis Domitiae . Augustae . Servi Ex. Actoribus. Hereditatium [*ita & Pandectae Florent. loquuntur*] Legatorum . Peculiorum . vixit annis plus minus XXIIII. Rhodinus fratri optimo piissimo et Gemino sibi fecit.

Ornatur haec Ara in antica facie Hammonibus, ex quibus pendet encarpus variis floribus, fructibusque contextus . Sub inscriptione est caput Gorgonis . In utroque anteriori angulo sunt duae Aquilae expansis alis . In utriusque lateris facie urceolus , & patera ad sacrificia , & inferias , & aviculae , seu potius columbae se invicem osculantes , encarpus , post quem delphines . In posteriori vero ciconiae .

Haec insignia ad elegantiam formae spectare videntur .

Del-

Delphines Veneri amici; pisces amatorii, puerorum amantes, ut fabula testatur Arionis; cuius figuram a delphino succollati in suis nummis Lesbii repraesentant eleganter effictam. Columbae se invicem osculantes; unde περιςερὰ *columba*, osculi genus. Cnaeus Matius Mimiiambis apud Gellium l. xx. cap. VIII.

Columbatimque labra conserens labris,

& ut ait vetus Gallus poeta Ronsardus, magnus Graecorum, Latinorum, Etruscorumque poetarum imitator, *bec contre bec*. Aquilae expansis alis; nam Aquila Ganymedem ob formae praestantiam in coelum vexit.

GENIO RHODONIS. ῥόδων. *Rosa*, *Roseus*. Servus elegans, qualem decebat esse Domitiae Augustae servum. Virgilius AEneid. lib. IX. ver. 435. Euryalum rosae, vel purpureo flori comparat, ut eius ostendat pulchritudinem.


Purpureus veluti cum flos succisus aratro
Languescit moriens; lassove papavera collo
Demisere caput, pluvia cum forte gravantur.

Papaveris flos purpureus. Idem, AEn. lib. I. ver. 590.

lumenque iuventae
Purpureum, & laetos oculis adflarat honores.

RHODINVS. ῥόδινος, *Roseolus*. *Roseus*.

DEIS. ET. GENIO RHODONIS. *Vivis, & Defunctis peculiarem Genium Veteres tribuere; qui, ut liquet ex pluribus funebribus Epigraphis apud Fabrettum pag. 72. 73. & 74. & ex hac nostra, saepe cum Diis Manibus confunditur. AEneam pateram, forsitan Hetruscam, huiusce moduli, ex Museo March. Riccardii commodum hic adnectere tandem placuit, propter honorem Antiquitatis; de qua alii melius posteritati consulent. Duplicem Genium bonum, & malum unicuique in ortu datum repraesentare puto. De his Servius in Virgilium lib. VI. AEneid. ver. 743.* Nam cum nascimur, duos Genios sortimur. Unus est, qui hortatur ad bona; alter, qui depravat ad mala; quibus assistentibus post mortem aut asserimur in meliorem vitam, aut condemnamur in deteriorem; per quos aut vacationem meremur, aut reditum in corpora.



Verum absque dubio feminas esse iudicat Vir longe doctissimus, & clarissimus Antonius Maria Salvinius. An Fortunae Bona, & Mala? *Genius Urbis.* Gr. τύχη τῆς πόλεως. *Forte manticam habent.* Catullus ad Varum:

Sed non videmus manticae quod in tergo est.

Novum quid curiosumque certè exhibet pileoli, & vestimenti genus.

Punctum, quod est inter Ιοῦ. EX et ACTOR, *non marmoris vitio, vel casu factum, sed antiqua marmorarii manu, haud observavit Smetius, qui hanc ornatissimam Aram Romae vidit in AEde*

S. Qui-

S. Quirici e regione Palatii Nervae. Gruterus ex eo mendose vulgavit EXACTOR *pag. DXC. 2.*

ACTOR *Servus*, *L.* 1. C. *Th. de peculio* : cui peculium domini, & res curae erant ; quique reliquum gregem moderabatur. *Vide doctissimum Reinesium Cl. XI. pag.* 631. *ad Inscr. LXV.* ACTOREM *Imperatoris Commodi Augusti profert Fabrettus Inscr. Cap. IV. pag.* 308. *Inscr.* 319.

8

AGATHOPVS . AVG . LIB . INVITATOR .
QVE AD MODVM . IN INTROITVM . PORTICVNCVLAE
AD MONIMENTVM . AVRELIAE . IRENES . SVPERPOSITO
TITVLO . SVPER OSTIVM . SCRIPTVRA . CONTINETVR . QVI
TITVLVS. ATTENDIT . IN HORTO . EA OMNIA . DE SVO . FECIT.
QVAE PERTINENT. AD MONIMENTVM. SIVE. SEPVLCHRVM. ISDEM
AGATHOPI. QVOD. VIVVS. A SOLO. ET. IVNIA. EPICTESIS. FECERVNT.
AB IIS OMNIBVS . DOLVS . MALVS. ABESTO . ET . IVS . CIVILE.

8. AGATHOPVS. Agathopus, vel est Ἀγαθόπους, ποδος. Agathopus, genit. Agathopodis, *vir bonis pedibus*, vel Ἀγαθῶπος, *vir bono aspectu*.

INVITATOR. Eximius Vir Carolus Datus in Noctibus suis non editis, ad hanc inscriptionem animadvertit hunc servum, qui dicitur *Invitator*, ab antiquis *Vocatorem*, κλήτορα appellatum, qui & *Nomenclator* ; qui nomina eorum qui vocati erant, recitabat ; dictus quoque *Nomenculator*, quasi a *calandis*, idest *vocandis* iis, qui ad coenam invitati erant, & plurimis id adductis testimoniis confirmavit.

De Invitatoribus habetur etiam mentio in l. ult. Cod. de divers. Officiis.

ET. IVS. CIVILE. *Non insulse excogitata phrasis adversus eas forenses ambages aperte dispositionis vim enervantes ; ut erudite ob-*

servat Fabrettus Inscriptionum Antiquarum Cap. III. pag. 149. *In antiqua Inscriptione apud Gruterum pag. DCLXII.* 5. *legitur* : HVIVS MONV . DOLVS MAL . ABESTO . ET IVRISCONSVLT . *quam expressam animadvertit idem Fabrettus ex non absimili clausula , l. codicilli* 89. *D. de legat. II. Ovidius Amorum* :

Dictatis ab eo feci sponsalia verbis,
Consultoque fui iuris amore vafer.

Apud Fabrettum Inscript. Ant. Cap. III. pag. 146. *Inscr.* 176. *T. AElius Florus Augusti Libertus posteritati consulens* , & *monumenti sui perpetuitati , sepulcralem epigraphen ita claudit* : LIBERTIS. LIBERTABVSQVE . POSTERISQVE EORVM . AVT SI CVI IVS. MONVMENTI RELIQVERO. SINE CONTROVERSIA. *Montfauconius in Diar. Ital. pag.* 359. *descripsit secundo versu* PORTIVNCVLAE . *Marmor habet* PORTICVNCVLAE . *Tertio versu* MONVMENTVM . *Marmor* MONIMENTVM.

Eiusdem Agathopodis *inscriptio alia habetur in Grutero pag. DXCVIII.* 6. *ubi itidem* Invitator *vocatur , eiusque uxor dicitur* Iunia Epictesis ; & *filiae* Aurelia Epictesis , & Aurelia Irene.

9

HERACLIDES . MENODOTI . F
CALLISTE . MATRI . SVAE . ET
MENODOTO. FRATRI . L. L. L . P. O. M. S
TI . PLAVTIVS LVPVS
TI . PLAVTIVS EVARISTVS
A . PLAVTIVS SINEGDEMVS
HOC . MONVMENTVM . SVVM
VIOLATVM . VINDICARVNT
RESTITVERVNT . NOMINA
OBITORVNT

9. L. L. L. P. O. M. S. forte : *Luciorum liberti partem omnibus monumenti sui*. SINEGDEMVS. συνέκδημος. quasi *comperegrinus*.

Trac-

In praegrandi Urna marmorea quadrata, in qua supra inscriptionis Tabulam pereleganter insculpta femina puerum vi rapiens in curru quatuor equis vecto, quos alatus Genius regit. Ex utraque parte columnae rotundae striatae, super eas Genii operculum manibus fulciunt; inferius duo Genii coronam tenent, & in utroque latere Gryps alis expansis.

10

D. M. M. VLPIO. AVG. LIB.
FLORIDO PATRONO
OPTIMO. ET. BENE
MERENTI
M. VLPIVS. PHILETVS. ALVMNVS
M. VLP. TELESPHORVS
VLPIA. PARAMONE
LIBERTI

11

TVVIA. L. L. MNEME
GRATVS. CONIVGI
SVAE. ET. SIBI.
FECIT

12

DIS M S
OBVLCIAE. ❦
SVCCESSAE VIXIT
ANNIS
XXI ❦

11. MNEME. *Memoria.* Μνήμη. Musae Iovis, h. e. τοῦ Νοῦ. *Intellectus*, & Mnemosynes h. e. *Memoriae* filiae. *Apud Fabrettum pag.* 653. *Inscr.* 458.

13

V. ORBIA . Ͻ . L.	T. COCCEIVS
ATHENAIS	T. L . FELIX

14

FALERNVS
• EVCLITO •
FRATRI . SVO

15

A. MANLLIVS A. LIB
AZBESTVS
o SIBI . ET o
TITIENAE . NAPENI
CONTVBERNALI. ET
LIBERTIS. POSTERISQVE
EORVM

16

D . M.
P . PACILIO . ALEXIS . M.
ANTONIVS . PHRONIMVS
ET . PACILIA . PRISCA . FILIO
CARISSIMO.ET.PIISSIMO.Q.V
ANN . VIII . MENS . DVO

14. EVCLITO. forte pro *Eucleto*. εὐκλήτῳ. *Boni nominis viro*. *Literae huius sepulcralis tituli sunt rubricatae, quemadmodum in pluribus aliis, qui in hoc Horto visuntur.*

15. A. MANLLIVS. Apud veteres L geminare diu fuit usitatissimi moris, *Sollemnis*. *Sollers*: ni legendum sit A. MANILIVS, ut exhibuit Fabrettus pag. 316. Inscr. 404. qui & NAPE, pro NAPENI perperam descripsit.

AZBESTVS. l. ASBESTVS. ἄσβεστος. *inextinctus*. Hom. Od. in fabula Martis, & Veneris a Vulcano, laqueo constrictorum;

Ἄσβεστος δ' ἄρ' ἐνῶρτο γέλως μακάρεσσι θεοῖσιν.
Inextinctus tunc excitatus est risus beatis Diis.

NAPENI. Ut Niceni a Nice, ita Napeni a Nape, *idest* Napaea Nympha Collina. νάπη. *collis*.

16. P. PACILLIO. ALEXIS. f. ALEXIDI. Alexis, Ἄλεξις. quo nomine insignis Comicus est apud Athenaeum, est ὑποκοριστικόν, ab Alexandro. Virg. Ecl. 2.

O crudelis Alexi, nihil mea carmina curas.

PACILIA . PRISCA. Aliam huius nominis feminam profert Gruterus pag. DCXCIX. 8.

17

M. GAVIO ORFITO. L.
ARRIO. PVDENTE COS
FONTI. SCAVRIANO. SAC
MAG
G. ANTONIVS. HYMNVS
G. VALERIVS. HILARVS
G. FVFEIVS. FILEROS
P. CAECILIVS. AGATYRSVS *sic*
EPITYNCHAN. MIN. VS. BASSI. EVTY
CHES. CORNELIAES. ACRIBES. DON
ATI FACVNDVS. ZOTICI. KAL. SEPTE

17. MAG. *i.* Magistri Fontis Scauriani.

HYMNVS. ὁ ὕμνος. *Hymnus*, *laus Deorum*.

AGATYRSVS. Agathyrsus. Αγάθυρσος. Indiae populi Agathyrsi, quos Bacchus thyrsis debellavit. Agathyrsi etiam gens Scythiae, de quibus Pomponii Melae verba sunt haec: *Ora artusque pingunt: ut quisque maioribus praestat, ita magis, vel minus: ceterum iisdem omnes notis, & sic, ut ablui nequeant*. De his Virgilius AEneid. lib. IV. ver. 146.

Cretesque, Dryopesque fremunt, pictique Agathyrsi.

EPITYNCHAN. MIN. VS. alibi: EPITYNCHANON. Επιτυγχάνων. *Assequens*. contrarium τῷ ἀποτυγχάνοντι. *spe frustrato, non assecuto*.

Inter literas ultimae syllabae EPITYNCHAN — VS, *minores hae literae* . MIN. *spatium implent*; *i.* MINISTRI, *quorum nomina sequuntur*.

EVTYCHES. Ευτυχής. *Fortunatus*. *Faustus*. *Felix*.

FACVNDVS. ZOTICI. ζωτικοῦ. idest *Vitalis*.

Nonnullis

Nonnullis cum mendis Sponius Sect. II. Artic. VII. pag. 33. Miscell. erud. Antiq. vulgavit hanc nostram Tabulam marmoream; cum quo haereo in Consulum nominibus, quos tamen in alia Inscriptione apud Gruterum invenio pag. MXXXII. 6. De Scauriano Fonte, eiusque Magistris, & Ministris meminit alia Inscriptio apud eumdem Sponium loco suprascripto.

18 D . M
C . CASI LI
BERALIS
MILIT COH
XI . VRBAN
ANNOR XVII

19 D . M
L . MEMMIO
THEOPHILI
CAREIA . TYCHE
CONIVGI BENE
MERENTI

20 D . I . S . M
TI . CLAVDIVS . NOSTVS .
CORNELIAI . VOLVPTATI .
CONIVGI . OPTIMAE . ET FIDELISSIMAE
ET . KARISSIMAE . FECIT .

20. TI . CLAVDIVS . NOSTVS. νόστος. *Reditus*. Hom. Odyss. νόστον ἑταίρων. νόστιμος. *Nostimus*, apud eumdem Homerum *Suavis*, quasi *ad quod quis libenter redit*.

CORNELIAI. ut *Caisar*, & *Aimilius* in Fastis, & in priscis lapidibus. Virgilius vetustatis amantissimus AEn. l. III. ver. 354.

Aulai in medio libabant pocula Bacchi.

Item apud eumdem *Aurai*, *aquai*, *pictai*; & apud Lucretium *Animai*, *Sylvai*, *Aquai*, pro illis genitivis *Animae*, *Sylvae*, *Aquae*. Quae apud nos est diphthongus *ae*, apud Graecos est *ai*. Vide Quintilianum lib. 1. cap. 7. & Politianum Miscell. c. 48.

VO-

VOLVPTATI. Nomen Graecum huius libertae fuerit *Hedone*. ἡδονή. *Dedit etiam Fabrettus pag.* 254. *Inscr.* 56.

21

D . M
HELVIAE
IANVARIAE
L . FAENIVS
AMERIMNVS
CONIVGI
B . M . FEC
ET . SIBI
ET . SVIS

22

sic

TI . CLAVDIO . THALLO
TI . CLAVDIVS . ZOSIMVS
IDEN CLAVDIA TYCHE
FECE RVN
BENE MERENTI
PATRO NO
IDEN CLAVDIVS
PRIMITIVS IDEN
CLAVDIVS IANVARIVS

23

MYRMEX . SIBI
ANTHVSA . SIBI
FAVSTIO . SIBI

24

D . M
EVPHEMIANO
L' CATILIVS EVPHEMVS
ET CATILIA HELENE
FILIO PIISSIMO PARENT
FECERVNT
VIXIT ANNIS . XVIII . MEN
. VIII . DIEBVS VIII

22. IDEN. i. ITEM. Contra in MSS. *Set*, *aput*, pro *sed*, *apud*. *Id* latinum Angli in sua lingua fecerunt *it*.

PRIMITIVS, pro PRIMITIVVS. pronuntiationis vitium. Nativus nobis *natìo*. ex opacus, opacivus, fecimus *bacìo*. *Graecum* Y *in hoc lapide insculptum pro* V *latino*. *Plura afferuntur exempla in Scaligeriano indice ad Gruterum*. *Accurate non exhibuit Fabrettus pag.* 66. *Inscr.* 22.

23. MYRMEX. μύρμηξ. *Formica*. ANTHVSA. ἀνθοῦσα. *Florens*. *Florida*.

25

PACONIAE
TERTVLLAE
COCCEIA
CYPRIS.AMICAE

26

COCCEIAE
NICENI.
DEDIT ANOPTES
FABER

ANOPTES
FABER

27

D . M
L. VALERIO. PHILVMENO
FILIO. QVI. VIXIT. AN. VIII
L. VALERIVS ADIECTVS
ET .SATIVA . MARGARIS
FECERVNT . SIBI . ET SVIS
LIB. LIBERTAB. Q. P.Q. EORVM

28

DIS MAN
ALLBIA CRISIS

29

PAPAS . SE
RVOS

25. COCCEIA CYPRIS. Κυπρὶς. *Venus*. *O Venus Regina Gnidi Paphique*; quae urbes insulae Cypri sunt; ad quam insulam Venus ἀναδυομένη seu *emergens* appulit. Sic *Aphrodite* i. Venus, nomen mulieris in plurimis Inscriptionibus.

De

De his titulis partim vacuis, partimque inscriptis, spatio quo repleantur relicto, consulendus Fabrettus Inscript. Antiq. Cap. I. pag. 52. & 53. qui & hunc nostrum producit.


26. COCCEIAE NICENI ἀπὸ τῆς Νίκης. a Nice, *Victoria*. mulieris itidem nomine. ANOPTES FABER. Quid est ἀνόπτης; An *sursum spectans?*

27. MARGARIS. Μαργαρίς. *Margarita* a Splendore, candoreque. Plin. *Dos in candore*; insigne Serenissimae Victoriae Roboreae ἡ Μαργαρίς. *unio*.


CRISIS. I. CHRYSIS. χρυσίς. *Aureola*.

PAPAS SERVOS. i. Papias Servus. Παπίας.

30



31



30. POMPONIAE, ATTICILLAE. diminutivum, seu ὑποκοριστικὸν τοῦ ATTICAE. ET POMPONIA PROBATA forte Δοκίμη, *Docime*. cum semicirculis, quae nostra commata referunt.

31. EVPHROSYNO. *Laeto*, *Iocundo*, *Grato*. ἀπὸ τῆς εὐφροσύνης. Nos fecimus per aphaeresin *Fruosino*, & *Frosino*.

MIINS. *Mensibus*. Duo iota, quae sonum singula τȣ̃ epsilon subobscure exprimunt, faciunt antiquis *eta*, hodiernis Graecis *ita*. vel etiam *epsilon*. Sic in Inscript. Narbonensi apud Ald. in Ortograph. & in altera inferius apud Nobb. de Gallis.

32
D · M
SEX . OVELLIO
PRIMO . VIX . ANN . XX
P. PETRONIVS . SATYR
FIL . DVLCISS . B . M . F

33
P . AELIVS . P . L
SALVIVS
CATIA . C . L . MONIME
CATIA > L. SCITA. VIX. AN.XX
DIES . XXXIIII

34

C. VOLTILIVS . C . L	ANAXENOR
DAT	D.OPPIO.D.L
ACILIAE.M.L.ANTIOCINI	EPAPRAE

35

M. RVBBIVS . S.P. F	M.RVBBIVS . M. L
RESTITVTVS . VIXIT	MINIVS
ANNOS.III.M.II.DIES.XX	

32. SEX. OVELLIO. f. SEX. OBELLIO. *Obelliae*, & *Ovelliae* familiae extat memoria in Inscriptionibus antiquis apud Fabrettum pag. 71. & 638.

33. CATIA. a Catus, Cautus, Prudens. Catius Philosophus Epicureus; de quo Horatius; *Unde & quo Catius?* SCITA. idest *festiva, lepida*. Scitulus puer. idest *festivus*. Scitamenta, bellaria; τραγήματα. quasi mensae lepores.

34. ANAXENOR. quasi *Rex virorum*. ἄναξ ἀνδρῶν, Agamemnon. Homerus, ea forma, qua dicitur Agenor ἀγήνωρ. Dux virorum vel ἄγαν ἀνήρ. *Valde vir*. Μεγάνωρ Pindaro *Plutus* dicitur; divitiae scilicet quae fortes viros efficiunt.

D. OPPIO. D. L. i. *Dat Oppio Decimi Liberto.*

ANTIOCINI. Videtur esse pro ANTIOCHENAE. τῇ ἀντιοχήνῃ ab ἀντιοχείας. EPAPRAE pro EPAPHRAE, supple VXORI. ἐπαφρᾶς, diminutivum τοῦ Ἐπαφροδίτου.

Mancam, & vitiosam protulit Fabrettus pag. 71. Inscr. 53.

35. M. RVBBIVS. *Rubbiam Familiam Grutero incognitam dedit Fabrettus in alia Inscriptione 365. pag. 643.*

S. P. F. *Spurii filius.* S. P. quasi alludat ad etymon S. P. *sine patre*, a Plutarcho relatum. Ceterum *Spurius*, quasi σπόριος.

36

DIS . MANIB . SACR
BISELLIA . CHARIS . FECIT
SIBI . ET. GENIALLNI . VERNAE
SVO . ET. GERMANO . CONIVG.
SVO . KARISSIMO

37

APOLLONIA . QVAE FVIT.
CVM. BISYRCO. C. NORBANI
FLACCI. ANCILLA. VIX. AN.
NIS . XVIII . HYMNIS.
SORORCI IAM. DEDIT

38

D . M
C . GEMINIVS
IONICVS
IVLIAE . CALENI
CONIVGI . PIAE
CARISSIMAE . ET
BONO CONSILIO
DE QVA NIL QVE
ROR . CVM . QVA . VI
XI BENE. ET INTEGRE
ET. IN RE. SVA. POSITA
EST. B. M. ET. SIBI. ET. FILI
FECERVNT

36. BISELLIA. i VISELLIA. CHARIS, χάρις. *Gratia. Fabrettus praeter fidem marmoris excidit in quarto versu pag. 609. Inscr. 76.* GENIALLNI. forte GENIALINI.

37. HYMNIS. ἡ Ὑμνὶς, ίδος.

38. IVLIAE. CALENI. Sicut Niceni a Nice, Chresteni a Chreste, Napeni in sequenti inscriptione a Nape. ita Caleni a Cale. i. *Pulchra*. ἀπὸ τοῦ Καλῆς.

CARISSIMAE. ET BONO CONSILIO. φιλτάτῃ καὶ εὐβούλῳ.

De

De Anulena Certa in allata superius Tabula legimus, num. 97. pag. 116. DESIDERANTISSIMAE SODALICIARIA CONSILI BONI. B. M. ποθεινοτάτῃ.

DE QVA NIL QVEROR. Formulae antiquae: CVM QVA VIXI SINE QVERELA. SINE BILE. SINE CONTROVERSIA. ἀμέμπτως. ἀχόλως. Horatius lib. 1. Od. 13.

Quos irrupta tenet copula, nec malis
Divulsus querimoniis
Suprema citius solvet amor die.

ET IN RE SVA POSITA EST. Quid hoc? An id valet, *tumulo reposita*, tumulata, composita? Hoc sensu legitur apud Horatium in ea Satyra, cuius initium: *Ibam forte via Sacra. &c. Omnes composui.* Nos diceremus, *Gli ho ripiegati tutti.*

In antiqua Inscriptione apud Fabrettum pag. 200. *num.* 490. FORTVNAM. MIRARE. MEAM. VERVM. EXITVS. HIC. EST OMNIA. MECVM. VNO. HOC. COMPOSVI. TVMVLO.

39

D . M . S
IVLIANI MATER
FECIT . FILIO . DVLCIS
SIMO . DE SE . BENE
MERENTI . QVI . VIXIT
ANNIS . XVI . MENSES . VII
DIES . XVII
ΧΡΗCΤΗ. ΨΥΧΗ. ΥΙΕ. ΚΑΙ. CΤΟΜΑ
ΤΩΝ ❦ ΜΟΥCΩΝ

39. D. M. S IVLIANI. *Coniunctim legendum.* Diis manibus Iu-

Iuliani. *ita & in aliis plurimis vetustis saxis*. Graeci inscriptionibus suis praeponunt Θ.K, i. Θεοῖς καταχθονίοις. *Diis inferis*.

Graeci postremi versus haec sonant. *Bona anima. fili. & os Musarum*. idest *bone fili*, & *os bonum*. idest *diserte eloquens*; funebris acclamatio. In Epitaphio Bionis apud Theocritum, Homerus appellatur *Os dulce Calliopes*. Τῆνο τὸ Καλλιόπης γλυκερὸν στόμα.

40

HIC EST POSITVS FL. HER
MES QVEM FATVS LONGIVS
DVCERE NOLVIT QVI MALVIT LVC
TVM LINQVERE QVAM GRATIAS
REDDERE SVIS DERISOR AVIAE
S QVIA SE DICEBAT NVTRIRE
BACCHILLVM SVMMAE SENEC
TAE DELVSIT FRATREM PATRIS QVIA
NIMIVS ERAT BLANDVS AD ILLVM AVI
VMQVE SVVM ADLECTABAT VOCE
PVSILLA VT CVNCTI VICINI DICEBANT
O DVLCETITVDVNC HAEC AGERENTV
R IVVENES DE SVBITO ACCEPERVNT
SVI LVCTV PARENTES HIC TAMEN
IN BIENNIO VIXIT QVASI QVI VIXISS
ET SEDECIM ANNIS TALIS ENIM
SENSVS ERAT ILLI QVASI PROPE
RANTIS AD ORCVM ITAQVE
TIBI DICO QVI NESCIS DVLCE
VOCE DICERE FILII NE VELLIS
CVPIDVS POENE MANERE
MALE

40. FATVS. Pinguis Soloecismus sequioris seculi impolitiem indicat. Sic *Monimentus*, & *Monumentus* in masculino saepe legitur in vetustis saxis. Vide Reinesium Cl. VIII. Inscr.

Inſcr. LVI. pag. 535. ad hanc vocem. MONVMENTVM VIRGINEM habet Inſcriptio 308. pag. 53. apud Fabrett.

DERISOR AVIAES. i. *Aviae*. mixtus genitivus e Latino *Aviae*, & inſtar Graecanici genitivi ης. *Avies*.

BACCHILLVM. i. *bacillum* diminutivum *baculi*. *Baculus ſenectutis* vocatur a parentibus Tobias. Tob. cap. x. 4. BACCHILLVM. vel q. Bacchi diminutivum. Hinc nos inertem, & pigrum vocamus *Bacchillone*.

NIMIVS. f. NIMIVM. ut ſupra *Fatus*, ἀντὶ τοῦ *Fatum*.

AVIVMQVE. i. *Aviumque*. ut Avia, μάμμη.


O DVLCETITVDVNC. *Literae in hoc verſu ſe ſe invicem impellunt*, & ſenſum enecant; forte O DVLCITVDO. DVMQ.

NE VELLIS. l. NE VELIS, vitium oris. *In Romano marmoreo Cippo apud Comitem Malvaſiam pag.* 327.

ITO. PROCVL. ET. LINQVE NE FAS TIBI. DICO. VIATOR. PARCE OCVLIS NEC NOSTRA VELLIS. COGNOSCERE FATA.

Fabrettus vulgavit Inſcr. Ant. Cap. V. pag. 417. *num.* 370.

41



41. *Piſcis, & anchora Chriſtianorum Symbola, Chriſtianam arguunt Inſcriptionem. De his veterum Chriſtianorum ſignis diſerte Aringhius lib. V. cap. XI. & Fabrettus cap. VIII. Inſcript. Antiq. pag.* 568. Anchora, *Fidei anchoram ſignificat, ne circumferamur omni vento Doctrinae, ut ait D. Paullus*.

Piſcis *Chriſtum deſignat, ut eſt apud Tertullianum*. Ἰησοῦς Χρι-
στός

στὸς Θεȣ̃ Υἱὸς Σωτήρ. idest *Iesus Christus Dei Filius Servator*. Initiales horum Graecorum nominum literae efficiunt: ΙΧΘΥΣ h. e. PISCIS.

42

D . M
P. VALLIO. EVTYCHO
CLAVDIA
CHRYSANTHE
CONIVGI . CARISSIMO
ET. P. VALLIVS. NICEPHOR
PATRI. NDVLGENTISSIMO *sic*
B . M . FECERVNT . ET
SIBI . ET . SVIS

43

D . M .
PAPIAE . CAE . N̄
SER . VLPIA . AM
MIA . CONIV . B . M

44

REDEPTI PVBLICI
SEVERIAN LI
CVRCNLALIS

45

D ➤ M
M . IVLIO . POMPEIANO
PVERO . INNOCENTISSIMO
BENEMERENTI. FECIT.
PHILETVS . AMICVS
SIBI ➤ ET ➤ SVIS

47

L. SEPTVMVLEIVS
SP . F . A . III

48

C. IVLIVS. STAPHYLI . L
CLEMENS

46

V VERTIGEA Ɔ· L.FELICVLA FECIT. SIBI. ET PATRONAE.SVAE	VERTIGEAE P . P . L CALLISTENI

49

L. MANLIVS
AMICVS

42. CHRYSANTHE. χρυσάνθη. *la fleur d'or*.
45. PHILETVS. φιλητὸς, *amandus*, *amicus*.

46. CALLISTENI. l. CALLISTHENI. καλλισθενῆ. *Pulchritudinis robore praeditae. Vitium admisit Gruterus in secundo versu* pag. CIↃ 3.

48. STAPHYLI. ἀπὸ τῆς σταφυλῆς. *ab uva.*

50

CLAVDIA . OCTAVIAE . DIVI . CLAVDI . F . LIB . PELORIS
ET. TI CLAVDIVS AVG LIB . EVTYCHVS . PROC . AVGVSTOR
SORORIBVS ET. LIB . LIBERTABVSQ . POSTERISQ . EORVM
MAS AEDIFICI . CVSTODIAE . ET . MONVMENTI . RELIQVERVNT

51

TI . CLAVDIVS . Ↄ . L . PRIMVS
IONNIAE . Ↄ . L . PRIMAE CONIVGI
IVCVNDISSIMAE . SI . PRO . VIRTVTE . ET . ANIMO
FORTVNAM . HABVISSEM . MAGNIFICVM . MONIMEN
TVM . HIC . AEDIFICASSEM . TIBI . NVNC . QVONIAM . OMNES
MORTVI . IDEM . SAPIMVS . SATIS . EST

51. IDEM. SAPIMVS. i. *sentimus.* τὸ αὐτὸ φρονοῦμεν. Isocrates. εἴ τις ἐστὶν αἴσθησις τοῖς τετελευτηκόσιν. *si quis sensus est mortuis.*

52

IVLIA . TYNDARIS
C . IVLI . REGIS
RHOEMETALCAES . L
FECIT. SIBI . ET. SVIS . ET
LIBERTIS. LIBERTABVS
POSTERISQVE . EORVM
IN.FR.P.XII.IN.AGRO.P.XII

53

C.IVLIVS.DORYPHORVS
ET.L.TERENTIVS.PHILETVS
ET . TERENTIA . MOSCHIS
PORTICVM. TECTVM. D. D
PERMISSV . L . TERENTI MOSCHI

54

Q. CAECILIVS . Ɔ. L. EROS
SIBI . ET
STATIAE. LALAGENI. PVPAE. SVAE. V.A. IV
STATIAE MELITINENI . CONIVGI . S

55

M I
PROCVLAE FECT
INIVS. CASTOR
BENEMERENTI
AN . XXXXV
IIII . Q. EORVM

52. RHOEMETALCAES. Rhoemetalcae, vel Rhoemetalcis.

53. DORYPHORVS. δορύφορος. *Corporis custos. hastatus.*

PHILETVS. *Piletum* Ursi famulum in Epicedio Statii lib. 2. Sylv. libens in *Philetum* mutarem. *Iam littora duri Saeva Philete senis.*

TERENTIA. MOSCHIS. μοσχίς. *Iuvenca. Iuvencula.* MOSCHI μόσχου. *Iuvenci.*

54. LALAGENI a Lalage. Horat. Carm. lib. 1. Ode 22.

Dulce ridentem Lalagen amabo,
Dulce loquentem.

Λαλάγη. *loquax, loquacula.* ἀπὸ τοῦ λαλῶν. Lucr. lib. 4. *loquacula* λαμπάδιον fit, idest *facula.*

In tympano perelegantis Cippi Marmorei sub quo pulchrae feminae Simulachrum manu gemmulas tenentis, iuxta ancilla, cum aperta arcula, seu myrothecio.

56 EVHODVS . EVPLAE . LVEMATI CAMPI CONCVB
ATHENESIS DE SVO FECIT

In basi Cippi

D . S . M

56. CONCVB. i. CONCVBINAE. παλλακή. *pellici*. ATHENESIS . forte ATHENIENSIS.



INSCRIPTIONES ANTIQUAE FLORENTIAE APUD PHILIPPUM SENATOREM BONAROTAM.

I

Q. SEPTIMIO · Q · F
SCA · PRIMO
PRAÉF · FABR · AÉD
II. VIR · PONT
HVIC. PVBLICE . D D. FÚNVS
LOCVSQVE . SEPVLTVRAE
DATVS

I. SCA. *idest*; Scaptia Tribu. LOCVM SEPVLTVRÆ *honoris virtutisque caussa decretum praestantibus viris de Municipiis, & Coloniis optime meritis, plures memorant Inscriptiones. Apud Fabrettum pag.* 105. *n.* 249. *Ordo Municipii Flavii Salpesani L. Marcio Saturnino locum Sepulturae, & hoc amplius, laudationem, statuam pedestrem, impensam funeris, & ornamenta decurionatus decrevit.*

D. D. FVNVS. *idest* Decreto Decurionum. *Notandi apices vocalibus longis superpositi; quibus, aureo quoque Augustorum aevo, insculpti*

insculpti Lapides signantur, exemplo sunt Pisana Cenotaphia, quae inferius quam accuratissima damus. Vide Fabrettum Inscript. Antiq. Cap. III. pag. 167. ubi & hoc nostrum honorarium marmor producit.


Cippus Marmoreus repertus Florentiae extra Portam D. Nicolai, prope Arnum miliario III. ubi etiam reperta Balnei antiqui vestigia anno CIↃ.IↃ.CLXXXVIII.

2



In tegula fictili prope Clusium reperta an. CIↃ.IↃ.CC.XXIIII. *in praedio vocato* il Casone, *Nobb. de Samuelis.*

3



2. SEX VIR MAG AVG. *idest* Sex Viro Magistro Augustalium. *In Coloniis non Libertos tantum, ut vult Reinesius Cl. I. pag. 19. ad Inscr. XII. sed ingenuos etiam ad Augustalitatis, Magistrique Augustalium munus evectos hinc observo; nam noster Lucius Sattius Creticus ingenuus vir est, itemque Atilia Severa coniux eiusdem, & fortassis non ex ultimis Coloniae Florentinae. Magister Augustalis is, qui Collegium, seu Corpus Augustalium moderabatur cum sociis [plures enim digesti in corpus] Augustalibus, aut Seviris, titulo Magistrorum.*

3. Hu-

3. *Huiusmodi tegulis claudebantur loculi, in quibus Urnae cinerariae recondi solebant.*

Reperta in Suburbanis Flor. ad Plebem Carrariae in Valle Marinae.

4

Q. ATT
ATTI
Q. ATT

In rudi & impolito Lapide

5

C. ALLIO. Q. F. RVFO.
ET. C. ALLIO. C. F. APTO.
IN FR. P. X. IN. AG. P. XII

Duae Tabulae marmoreae Volaterris repertae.

6

D . M
HERMES . AVG . LIB . FEC . FILIAE
SVAE . AELIAE . VICTORIAE
Q. V. A. XVII . M. II. D. V. ET. SIBI . ET.
COIVGI SVAE . AELIAE . MARMA
RIDI . ET . LIBERIS . LIBERTABVS
QVE. POSTERISQVE. EOR. H. M. H. N. S

7

L CALPVRNIO RE
EPTO FILIO DVLCISS
IMO MATER . ET FRA
TRI SOROR. FECERV
N T. B . M . R. T.

6. AELIAE . MARMARIDI. μαρμαρίδι. *marmoreae, splendenti*. Horatius Carm. lib. I. Ode 19.

Urit me Glycerae nitor
Splendentis Pario marmore purius. H. M.

H. M. H. N. S. *ideſt* Hoc monumentum heredem non ſequitur, *vel* heredes non ſequuntur.

7. B. M. R. T. *ideſt* Benemerenti; *e ſeculi barbarie provenire docet Fabrettus has notas per ſyllabarum aliquot initia in vocabulis Inſcr. Ant. Cap. III. pag.* 164.

Reperta in Suburbanis Flor. ad Pontem Rifredi.

8

ϴ L. LVSIANO. BASSO
v L. LVSIANO. HYMETO
v LVSIANAE. L. CALLISTI

9

D M
CORNELIAE. PRIMIGENIAE
L. CORNELIVS. PRIMIGENIVS
MATRI . PIENTISSIMAE
FECIT

Roma advecta.

10

VARIA . Ͻ . L . TERTIA
VARIA . C . L . TERPNE

Roma advecta.

11

L. LAEVIVS . NICEPOR
●
LAEVIAE S. L. ET. PAEDAG


8. HYMETO. I. HYMETTO. ὕμηττος. Mons Atticae Attico melle celebris.

Fabrettus pag. 33. *n.* 157. *tribus haud levibus mendis inquinatam dedit.*

10. TERPNE, τέρπνη. *Iucunda*. Terpnus Neronis libertus. τερπνός. *Iucundus*. Vide Suetonium in Nerone.

11. ET. PAEDAG. id. ET. PAEDAGOGVS. De Paedagogis barbarizantibus vide Platonem in Lyſide prope finem.

Fabrettus mendoſe vulgavit pag. 497. *Inſcr.* 1.

12



12. *Hic Titulus ollae fictili cinerariae praefixus, forsitan ad illum pertinet servum, de quo meminit Persius Satyr.* 5.

> Verterit hunc Dominus, momento turbinis, exit
> Marcus Dama.

cuius fortassis dominus fuerit M. Fufius, a quo manumissus exiit hic M. Dama; quemadmodum observat insigni rerum antiquarum scientia praeclarissimus Philippus Senator Bonarota in Fragm. Vas. Vitr. Coemeter. pag. 136.

Observanda clausula ET. TV. *subintelligendum*, ET. TV VALE, *vel* BONVS HOMO ET TV. *Vox enim est defuncti ad viatorem, seu propinquum, titulum legentem, sibique bene precatum; quae legitur in plerisque Inscriptionibus, quae Dialogicae appellari possunt. Vide Reinesium Cl. VI. pag.* 455. *ad Inscr. CXVII. & Cl. XI. pag.* 606. *ad Inscr. I. & Fabrettum pag.* 680. *qui & hanc affert.*

In antiqua Inscriptione in Museo Minervae Italico ΚΑΙ ΣΥΤΕ. idest ET TV. male conversum est: ET TACE. quasi esset Σίγα.

13


In Urnula marmorea quadrata Roma advecta.

14

D. M.
AP. ANNIVS. PRI
MITIVVS. PA
TRASTER. C. VI
BI. VIT. ALIO
NIS. FEC. SIBI

In Urnula marmorea semirotunda Roma advecta.

15

DIS MAN
CASSIAE SATVRNINAE
C. CASSIVS. THALAMVS. F.
MATRI. PIISSIMAE

14. AP. ANNIVS. i. APPIVS ANNIVS. PRIMITIVVS. πρωτογενής, *prior natu*. PATRASTER. nos *padrigno*, & *matrigna*: L. *noverca*. Hispanis *madrastra*. Patraster, ut Philosophaster; qui nequaquam verus philosophus est, sed philosophus vult videri; & philosophum affectat, & imitatur, & philosophi personam falsam gerit.

FILIASTER, & FILIASTRA *legitur in Inscriptionibus a Fabretto relatis Cap. III. pag.* 202. *&* 203. *nos* figliastro, *&* figliastra; *ubi & nostra num.* 505.

In fragmento plumbi aquaeductus Romae reperto, in Vinea Cicciaporcia ad Caput Bruitii.

16
PRISCIANVS AVG N FECIT

In Urnula marmorea quadrata.

17
SEX . SEPTIMI

In operculo marmoreo rotundo, cuius Urna deest, reperto anno CIↃ. IↃCCXI. *prope Castrum Terrae Novae Vallis Arni in praedio Cl. Senatoris Dominici de Tornaquincis, qui dono dedit Cl. Senatori Bonarotae.*

18
LALIAE . A . F

Tabula marmorea Roma advecta cum Corpore, & signo Martyrii, reperta an. CIↃ IↃ·C.XCIIII. *in Coemeterio SS. Gordiani, & Epimachi, quae in domestico Sacello Cl. Senatoris adservantur.*

19 SABBATI DVLCIS
ANIM A PETE ET RO
GA PRO FRATRES ET
SODALES TVOS

19. *Veteres Christiani invocare Sanctos, & Sanctorum orationibus sese commendare ab ipsis Ecclesiae incunabulis consuevere. Nam Deus eorum orationibus, & deprecationibus preces nostras suscipit, & omnia largitur bona. Vide Cl. Senatoris Observationes in Vitra Coemeter. pag.* 167.


Tabula marmorea Romae reperta in Coemeterio iuxta AEdem D. Laurentii extra moenia, & Florentiam advecta cum signo martyrii.

20 ΣΙΜΙΙΛΙΚΙΑ-Η-ΚΑΙ
ΚΑΛΩΝΥΜΟΣ-ΕΖΗ
ΣΕΝ-ΕΤΗ-ΙΑ-ΗΜΕΡΑΣ-ΚΓ
ΕΤΕΛΕΥΤΗΣΕΝ ΠΡ-ΙΓ-ΚΑΛ-ΝΟΒΕΜΒΡ ΦΑΥΣΤΩ ΚΑΙ
ΓΑΛΛΩ ΥΠΑΤΟΙΣ

20. Idest: *Simplicia quae & Calonymos* [seu pulchre vocitata, pulchro nomine mulier] *Vixit Annos XI. Dies XXIII. Obiit ante diem XIII. Kal. Novembr. Fausto, & Gallo Consulibus.*

Anicius Faustus *II. & Severus* Gallus *Consules fuere Anno U. C.* 1050. *Chr.* 298. *Martyrio coronata sub Diocletiano. Vide Cl. Senatoris Observationes in Vitra Coemeter. pag.* 43. *Montfauconius dedit in Diar. Ital. pag.* 353.

Fragmentum tabulae alabastritidos Roma advectum ex dono D. Leonis Strozzae.

21


Fragm. repertum in Subterraneis Basil. Laurentianae Florentiae.

22


Tabula marmorea Romam advecta.

23


21. *Vide Cl. Senatorem in libro Observ. in Fragm. &c. pag.* 106. *Mancam dedit Fabrettus Cap. X. pag. 736. Inscr. 475.*

22. Id. *Hic requiescit in pace Ancilla Dei Iuliana quae vixit* &c.

Cum

Cum viris Florentinarum Antiquitatum peritissimis sentio, in antiquis Cryptis huius Laurentianae Basilicae, veterum nostrorum Christianorum fuisse Coemeterium, extra civitatis moenia, prisca consuetudine, tunc locatum. Huiusmodi coniecturae asserendae multum praesidii, & lucis affert haec Christiana Inscriptio, eodem in loco paucis ab hinc annis reperta; quae, ut videtur, de Iuliana nobili piaque Florentina Vidua, de Laurentiana Basilica optime merita, insigne profert testimonium. Consulendus Cl. V. Vincentius Borghinius de Ecclesia, & Episcopis Florentinis pag. 373. & seqq.

23. INTER DORMIENTES. idest *mortuos*.

ZONE. ζώνη. Dormire haec dicitur in spem resurrectionis. *Apud Fabrettum Cap. VIII. pag. 554. Inscr.*

In Diptycho Ecclesiastico eburneo sacris imaginibus ornato Seculi IX.

24

CONFESSORIS DNI SCIS GREGORIVS SILVESTRO FLA
VIANI CENOBIO RAMBONA A GELTRVDA CONSTRVXI
QVOD EGO ODELRICVS INFIMVS DNI SERBVS ET ABBAS
SCVLPIREMINISIT IN DOMINO AMEN

24. Idest *Confessoribus Domini Sanctis Gregorio Silvestro Flaviano Coenobii Rambonensis [quod] Ageltruda construxit quod ego Odelricus infimus Domini Servus & Abbas sculpire [i. sculpere] mihi sit in Domino Amen.*

In hoc diptychum peculiarem elaboravit Dissertationem idem praestantissimus Senator post Observationes ad Vitra Coemeteriorum pag. 257. Non ea qua oportuit cura, & diligentia descripsit Montfauconius in Diar. Ital. pag. 353.

Frag-

Fragment. Lucernae fictilis, cui adsimilem affert Sanctes Bartolus Ant. Lucern. p. 3. n. 5.

25

ANNVM
NOVM FA
STVM FEL
ICEM MIH
HIC

hic Victoriae brachium

In aerea lamella literis argenteis aere inclusis ex uno latere.

26

SALVIS
DD NN
ALBINVS
FECIT

25. *Hae Lucernae fictiles mittebantur amicis in Saturnalibus. Fabrettus parum accurate exhibuit pag.* 500.

26. *Vide Sponium Miscell. Erud. Antiq. sect. IX. pag.* 303.

In Lucerna fictili cum cervo.

27 B

In Lucerna fictili.

28 L CAESAR

In Lucerna fictili ornata corona hederacea.

29 ERACLIO

In Lucerna fictili cum AEnea, Anchise, & Ascanio.

30 IAS AVGV,

In Lucerna.

31 CASSI

In Lucerna fictili.

32 C IVLI NICE

In

In Lucerna fictili cum apro.	*In Lucerna fictili.*
33 CAESAR	34 C. ATIL VEST.
In fundo Crateris [Ciotola] *fictilis è parte interiori in sigillo cum vestigio pedis.*	*In fragmento similis Crateris.*
35 C. IVLI. SIR	36 SEX. M. FE
In exiguo Sigillo in fragmento fictili.	*Circa Annulum aureum.*
37 A N T I H C I	38 BONIFATI VIVAS


38. *De hac, & aliis faustis acclamationibus idem nobilissimus Auctor consulendus in Observat. ad Fragm. Vitr. Coemeter. Tab. XXIX. fig. 1. pag. 207.*

In pondere ex lapide atro viridi.

ab una parte — *ab altera*

39





In fragmento armillae aereae.

40  VBINVS  VIVATIS

In pala aurea annuli aurei.

41 

42 *In gemma caelata, in qua manus pollice, & indice extremam aurem apprehendit, literis ectypis.*

ΜΝΗΜΟΝЄΥЄ

42. ΜΝΗΜΟΝΕΥΕ. idest *Memento*. Cynthius aurem vellit. & Mors aurem vellens vivite, ait, venio.

In fragmento corneolae literis ectypis.

43 BONE MVNVS

In fibula rotunda ex dono D. Leonis Strozzae.

44 

44. *Id.* Annia Tarces T. Present.

Vide quae erudite observat amplissimus Senator in Praefatione ad Vitra Coemeter. pag. XXI. cuius humanitati, & bonas artes iuvandi studio singulari hanc, & alias debeo Inscriptiones superius relatas, ea literarum forma descriptas, quae in ipsis lapidibus visitur.

In Lucerna fictili duabus personis scaenicis ornata.

45 OCTAVI

In Lucerna fictili cum corona hederacea.

46 FLORENT

46. FLORENT. *Nomen forsitan artificis. AEnea Lucerna Musei Medicei, superius allata pag. 71. num. 193. cum epigraphe* FORTIS, *artificis nomen potius praeferre videtur, quam laudem mulieris fortis. Idem nomen* FLOREN *legitur in alia fictili Lucerna superius producta pag.* 117. *num.* 102.

In Iaspide Calchedonio, in quo canis assurgens in sella.

47 ΚΟΙΝΑ ЄΝ
ΒΑΙШΝ

47. ΚΟΙΝΑ ЄΝ ΒΑΙШΝ. Intelligerem, si esset κυὼν ἐνβαίνων, antique pro ἐμβαίνων. *Canis inscendens.*

INSCRIPTIONES ANTIQUAE *FLORENTIAE* APUD NOB. FRANCISCUM GUICCIARDINIUM.

In praegrandi marmoreo Cippo quadrato.

1

DIIS. MANIBVS
CORNELIAE . GEMELLINAE
PIAE . SANCTISSIMAE . SACRVM
ANICETVS . AVG . LIB
PRISCIANVS . ET
CORNELIA . GEMELLA . PARENTES
FECERVNT . ET . SIBI . ET . LIEERTIS
LIBERTABVSQ.SVIS.POSTERISQ.EORVM

1. ANICETVS. ἀνίκητος. *Invictus*. CORNELIA. GEMELLA. διδύμη. Thomas, qui dictus est δίδυμος. ideſt *Geminus*, *Gemellus*. Hebraice *Thomiin*, Gemini; non vero *Dubius*, quod alii exiſtimant.

In Urna marmorea encarpo coronata in utroque latere, quem tenent duae feminae longa veste bis succinctae, & passis crinibus, quasi praeficae. Dextro latere duo Genii ollam cinerariam attollunt; sinistro, mulier in sella sedens puerum manu praehendit, & hac epigraphe.

2

D. CINERAR .M
M HIRRIO
PYLADIO
A. O. B. M. F

3

D M
M. HIRRIO
PYLADI
C. OCTAVIVS
CERIALIS
AMICO
OPTVMO
B. M. F

4



D > M
LICINIAE > LV
CANAE > LIB >
BENEMERENTI
FECIT
M. LICINIVS
FAVSTVS

2. *Idest* Diis Manibus. Cinerarium M. Hirrio Pyladio Amico. optumo. bene. merenti. fecit. *Sequens Inscr. praefert nomen, quod heic tacetur, amici, qui* M. HIRRIO. PYLADIO *fecit* CINERARIVM. *Is fuit* C. OCTAVIVS CERIALIS. Cinerarium *quid sit monstrat Fabrettus in descriptione, & delineatione sepulcri ad vi-*

am

am Salariam, Villa DD. de Paulutiis, Inscr. Antiq. Cap. I. pag. 16. *Locus, scilicet, in aediculis ad urnas lapideas asservandas statutus. Urnae vero ibidem collocatae* Ossuaria *vocabantur, ut ex nomine iisdem inscripto colligitur.* CINERARIVM MEDIANVM *ab ollis, & columbariis distinctum ostendit Insc.* 71. *apud Fab. C. I. p.* 19.

3. PYLADI. Nomen etiam Pantomimi tempore Augusti: & Pylades, & Orestes nobile par amicorum.

In pereleganti marmorea Urna quadrata, ornata Sphingibus, duabus coronis, & encarpo, suspenso a capitibus arietinis.

5

D · CINERAR · M
AEMILIAE. FORTVNATAES
ET.MESSIAE.VALERIANAES
ET. MESSI. EVTYCHI

In alia simili Urna ornata coronis, & Geniis, qui manum tenent super ollam, & cane duos cervos insequente.

6

T. CVTIO. CILLI. L
NERITO
DONATA. L
CONIVGI. KARISSIMO

In marmorea Urnula quadrata.

7

I N
VIRDIARIO.PARTIS
P. XIX
M.LIVIV.S M F.CASSIVS *sic*
DON

5. FORTVNATAES. VALERIANAES. More Graeco ἀντὶ τοῦ *Fortunatae. Valerianae*. Sic ad morem Graecorum *pater*, & *mater familias*; genitivus Grecae declinationis. *familiae*, Latinae.

7. IN VIRDIARIO. Virdiarium *est sepulcrum subdivale*; *&* *ut Vitruvius vocitare amat*, hypaethrum; *quasi* ὑπὸ τῇ αἴθρῃ, *apertum, aeri expositum, sub divo, sine ullo tecto*; *differt ab* Hypogaeo, *loco scilicet, undique parietibus tecto, & tanquam subterraneae porticus. Fabrettus Cap. III. pag.* 225. ait VIRDIARIVM *idem significare ac* CEPOTAPHIVM; *quam peregrinam vocem Latinis Scriptoribus incognitam ex duabus Graecis derivatam agnoscit* κῆπος, hortus, *&* τάφος, sepulcrum. *h. e.* Sepulcrum subdivale *distinctum a* MONVMENTO, *tanquam locus apertus ab operto. Hanc nostram Inscriptionem producit Fabr. Cap. III. pag.* 158. *n.*274. *quam laudato superius loco explicat*; *sed marmor, ut ad oculum testatur, habet* IN VIRDIARIO; *non* IN VIRDIARO, *ut ille perperam descriptum accepit ex Schedis Barberinis*.

PARTIS P. XIX. *forte* Pedes novemdecim. DON. *idest* Donat.

In Urna marmerea pereleganter elaborata.

8



S.

8. SER. ASINI. PHAINI. *ideſt* Servii Aſinii Phaini. φαι-νοῦ. Lucidi.

In Urna ſimili ornata capitibus arietinis, avibus, & encarpo.

9

C. FABI. C. ET. Ɔ. L.
FELICIS.

In Urna marm. quadrata, eleganter ornata Geniis lugentibus, manibus inverſam facem, & duplices corollas tenentibus, & avibus, & gryphibus ad utrumque latus.

10

D ❧ M
MEMORIAE.
C. IVLI · HELI
C. IVLIVS. SIMIIIS
PATRONO. B. M. F
ET. OSTORIA. EVTYCHIA
CON IVNX

In eleganti Urna marmorea ornata encarpo, avibus, & tripode ad utrumque latus.

11

D. M. P. AMBIV
IO. GRATO. P.
AMBIVIVS. FRO
NTO. PATR. ET
MATRI. FEC

In Urna quadrata pulcherrima, ornata Hammonibus, ex quibus pendet encarpus, & duobus Gryphibus tenentibus aram tripodem accenſam.

12

P. AMBIVIVS
FELIX. VIX. A. XXXV
TROPHIMAE. LIB
FECIT

9. C. ET. Ɔ. L. id. *Caii. & Caiae Liberti*. FELICIS. εὐτυχοῦς.
10. MEMORIAE. C. IVLI. HELI. ἡλίου. *Helii*. ideſt *Solis*.
C. IVLIVS. SIMIIIS. *Tres ante ultimam literae, exeſae, & fugientes ſunt*. Lege: C. IVLIVS. SIMILIS.

In

In arcula marmorea, in qua perbelle sculptus iacens quidam puerulus, cuius pectus lacerat avis, & exta discerpit.

Elegans Urnula quadrata, ornata capitibus arietinis, encarpo, avibus, & vase proiecto, referto fructibus, quos comedit felis, sive cuniculus; cum tabula absque inscriptione.

13

D M
IVLIAE . PAEPVSAE *sic*
Q . MARCIVS
AMARANTHVS
CONIVGI . B . M . F

14

15

8 | PINNIA . Ɔ . L . ELEVTHERIS | PINNIA Ɔ . L . PRIMA | 8
M. FVLVIVS. Ɔ. L. PAMPHILVS. DONAT

13. PAEPVSAE. l. PRAEPVSAE. In codicib. optimae notae *pretium* scriptum reperitur cum diphthongo; quasi esset a praepositione *prae*. Ita & hic PAEPVSAE, videlicet PREPVSAE. ϖρεπούσῃ. *Decorae*. Similiter AMARANTVS, scriptum est cum *th* AMARANTHVS, quasi esset ab Anthus *flos*. sed est ἀμάραντος. *incorruptus*, a μαραίνω. *corrumpo*; hodie *sciamito* ab hexamitus. ἑξάμιτος. flos acuminatus, panno holoserico purpureo similis, qui amictum illum purpureum nunquam amittit.

amittit. Ideo vim nominis, ac floris proprietatem explicans Plinius lib. XXI. cap. VIII. *Summa eius natura in nomine est, quoniam non marcescit*. *Acolytus* male scribitur cum *th*, ἀκώλυτος, quasi *cui minime vetatur, quin adeat ad altare*.

16

TITVLEIA CLEMENS AVG
NOBILIS AD. SVPELECT

17

L . ARLENVS . CERDONIS
L . CELER . VIXSIT . ANNOS.
XXV
PRIMIGENIA . CELERIS . F ↄ
VIXSIT . ANNOS . III ↄ

18

AELIAE. GAMICENI. SORORI.
QVAE. VIX. ANN. XVIIII. M̅. VI. D̅. XIIII
AEL . MARCELLINVS . FRATER
B . M . F.

16. AD . SUPELECT. id. AD . SVPELLECTILEM. *Apud Ulpianum l. Idem ff. de Instrum.* Supellecticarius *dicitur servus, qui* supellectilem *curat, & etiam qui facit*.

18. GAMICENI, a γαμικὴ. *Gamice, nuptialis*.

19.

19

❦ D ❦ M ❦
DASVMIA . ERASTE . ET
MARIVS . ZOTICVS . SE
VIVI . FECERVNT . SIBI . ET
FILIS . SVIS . ET . LIBERTIS
LIBERTABVSQVE . POSTE
RISQVE ❦ EORVM ❦
IN FRONTE ❦ PEDES . XVIIS
IN . AGRO . PEDES . XXXII ❦
CVM . MACERIA . CINCTA

In Urna rotunda marmorea.

20

DIIS . MANIB
NAEVIAE . CASSIÆ

In alia simili.

21

SILIAE . NIPHADIS
VIXIT . ANNIS . VII

19. DASVMIA . ERASTE . ἐραστὴ, *Amabilis*, *Amanda*. ZOTICVS . ζωτικὸς, *Vitalis*. SE VIVI . FECERVNT . Se vivis.

PEDES . XVIIS . *i*, Pedes ſeptemdecim cum ſemiſse, *h. e.* dimidio.

CVM . MACERIA . αἱμασία. *Sepe e lapidibus ſine calce constructa, qua aream concludebant; ut legitur apud Fabrettum Antiq. Inſcr. Cap. I. pag.* 14. *in Inſcr.* 61. *& pag.* 91. *in Inſcr.* 179.

21. SILIAE . NIPHADIS, ideſt Νιφάδος. *Nivis*, h. e. *Niveae*, *Candidae*: Catullus

Non ſine candida puella.

Illud Homeri de Ulyſſis eloquentia,

Καὶ

Καὶ ἔπεα νιφάδεσσιν ἐοικότα χειμερίῃσιν

Plinius in epistolis transtulit; *verba nivibus hibernis crebriora*. Martial. Lib. III. Ep. 34. lusit in puellae nomine, & χιόνι *nive*:

Frigida es, & nigra es; non es, & es Chione.

22

D . M
TI. CICHARITO
ONESIMO PVERO
B.M.ET.SIB.POSTE
RISQ. SV. IS.

23

POSTVMO
TVSSANIO. CN. F
ANI. PROCVLO

22. TI. CICHARITO. *lego* TIberius CLaudius CHARITO.

23. POSTVMO. *Integrum servat praenomen haec inscriptio, recedens a frequentiori usu scribendi per compendia literarum, ut animadvertit Fabrettus Cap. I. pag. 30. Inscr. 137. quam apud Nobiles Guicciardinios extare dicit. Verum deperditam, vel ab aliquo surreptam credo, una cum duabus sequentibus Tabulis, quas nunquam, adhibita diligentia, invenire potui. Idem fatetur Illustriss. Carolus Caesar Comes Malvasia, qui in Marm. Felsin. refert pag. 226.*

ANI. *idest* ANIENSI *Tribu*.

24

CASTOR THYLLIVS
CAESARIS GERMANICI L
GEMELLI VNCTOR

25

APHAREVS. IVLIAE
AVG. L. OPSON
DAT
LIVIAE. HILARAE

24. CASTOR THYLLIVS. *Reinesius Cl. IX. pag. 581. Inscr. LXXX. Florentiae apud Guicciardinios hanc marmoream Tabulam reperiri testatur. Pro* CASTOR THYLLIVS, *legit* CAESO RVTILLIVS, *an sana Minerva, alii videant*. VNCTOR ἀλείπτης, ἰατραλείπτης.

λιάπτης. *Medicus Unctor.* Unctores *vel in balneis, vel in palaestris ungendi ministerio fungebantur. Ungebantur Veteres ceromate in Palaestris, hoc est oleo cera subacta, quod* ξηραλοιφεῖν *dicebatur, ut distingueretur ab unctione, qua in balneis utebantur. Nam in balneis oleo ungebantur; quapropter in antiquis monumentis, interdum videre est, balineum publice, & oleum gratuito datum. Plinius Traiano de balineo Prusensium Epist. lib. X. sic ait*: deinde [*pecuniam*] quam ipsi erogare in oleum soliti, parati sunt in opus balinei conferre, quod alioqui & dignitas civitatis, & seculi tui nitor postulat. *Gymnasiis Balneisque, uti & Curiis, Basilicisque, adstructa erant* Ἀλειπτήρια, Unctuaria, *loca ungendis curandisque corporibus se exercentium adornata. Vide Reinesium Cl. V. pag.* 376. *ad Inscr. XXXIV.*

25. APHAREVS. ἀφαρεύς. Nomen hoc propr. invenitur in Diosc. Theocriti. OPSON. *id.* OPSONATOR. *Opsonator* ὀψώνης. *In antiq. lapidib.* OPSONATOR. *non per literam* B, *sed per* P *constanter insculptum est* (*ad Gr. morem.*) Opsonatorum *officium luculenter ostendit Sen. Ep.* 47. adiice opsonatores, quibus dominici palati notitia subtilis est; qui sciunt, cuius rei illum sapor excitet, cuius delectet aspectus, cuius novitate nauseabundus erigi posit, quid iam ipsa satietate fastidiat, quid illo die esuriat. OPSONATOR *est etiam popinarum magister, cuius ministerium eleganter expressit Martialis lib. XIV. Epigr.* 217. *Victores in certaminibus* Iselasticis, *sic dictis, quod athletae victores magna pompa coronati introducebantur in patriam suam, a Traiano institutis*, opsonia *petebant in praemium. Plin. Epist. lib. X. ad Traianum*: Iidem *opsonia* petunt pro agone, qui a te *Iselasticus* factus est, quamvis vicerint antequam fieret. OPSONATOR *apud Reinesium Cl. IX. pag.* 566. *ad Inscr. XLII. est* Minister ad mensam, qui quicquid mensis Domini inferendum erat, de foro emeret. *Produxit Reinesius hunc titulum Cl. IX. pag.* 582. *Inscr. LXXXI. Sponius Misc. Erud. Antiq. Sect. VI. pag.* 214. *Fabrettus Cap. II. Inscr. Ant. pag.* 71. *Inscr.* 56. *cuius descriptionem secutus sum.*

INSCRIPTIONES ANTIQUAE FLORENTIAE APUD NOB. PETRUM ANDREAM ANDREINIUM.

1

EX. IMPERIO GENI. ALOTIANI EVARISTVS. SERVI TOR. DEORVM. EX. VI SO. LIB. AN.

1. EX. IMPERIO. *In aliis huiusmodi votivis Tabulis Latinis* EX. IVSSV. EX. MONITV. EX PRAECEPTO. *In Graecis* ΚΑΤΑ ΠΡΟΣΤΑΓΜΑ. ЄΞ ЄΠΙΤΑΓΜΑΤΟΣ.

GENI. Genium SANCTVM, *&* DEVM SANCTISSIMVM *appellant antiqua marmora*. *Tibullus lib.* 4. *ad Cherintum*, MAGNVM *vocat*.

Magne Geni, cape thura libens, votisque faveto.

De Votis Genio dicatis erudite, & luculenter Cl. V. Iacobus Philippus Tomasinus de Donariis, ac Tabellis Votivis Cap. VIII.

ALOTIANI. Alotiani *cognomen unde Genius hic sortitus sit, an ab aliqua huius nominis familia, an ab loco aliquo, hactenus latet.*

EVARISTVS. εὐάριστος, *quam optimus*.

SERVITOR. DEORVM. *Idest* Cultor Deorum. Θεραπευτής, *vel*

vel Θεράπων. *Apud Philonem* Θεραπεύται, *Esseni, sive Monachi* Dei Cultores, *vel* Deo Servientes. *De his doctissimus P. Montfauconius in libro, ea super re, Gallica lingua edito. Vox observatione digna, quae in aliquibus tantum sequioris aevi monumentis occurrit. Legitur in veteri Christiana Inscriptione apud Aringhium Lib. II. Cap.* XXII. *Vide Glossarium Cl. V. Du-Fresne in voce* Servitor.

EX. VISO. *In aliquibus votivis saxis* EX. VISV. Gr. ἐξ ἐνυπνίου, ἐξ ὁράσεως. In somniis *scilicet, imperio accepto Genii Alotiani; cui* LIB*ens* AN*nuit; vel, quod* LIB*ens* AN*imo solvit Evaristus Servitor Deorum.*

EVARISTVS *absque dubio marmoream hanc Tabulam praeferre auctor est Cl. V. Petrus Andreas Andreinius Patricius Florentinus, egregiis animi dotibus, insignique eruditione, & Antiquitatis peritia longe ornatissimus, qui oculata manu descripsit; non vero* LVARISTVS, *ut est apud V. Cl. Ioannem Vignolium in Classe I. Selectarum Veterum Inscriptionum pag.* 183. *qui post Dissertationem de Columna Imperatoris Antonini Pii, omnium primus edidit, & illustravit.*

2

D . M
C. NONIO . CALVISIO
VETER. EVOKA. EX. CL. PR. MIS.
STIP . XXIX . VIX . ANN . LIII
T . SEMPRONIVS . SEVER
H . B . M . F .

2. *Merito in hac, quam subiicimus, Maritimarum Inscriptionum serie, principem locum obtinet haec marmorea Tabula, hactenus Antiquariis incognita, quae ad illustrandam Navalis Militiae Romanae historiam non parum lucis, & praesidii afferre potest. Ex ea id colligitur;* C. Nonio Calvisio Veterano Evokato ex Classe Praetoria Misenensi stipendiorum XXIX. [*qui*] vixit annis LIII. T. Sempronius Severus heres bene merenti fecit, *vel sepulcralem titulum, vel monumentum.* *Igi-*

Igitur ex hoc marmore C. Nonii Calvisii militis ex Classe Praetoria Misenensi officium conditionemque intelligimus; qui cum iam VETERANVS militia liberatus esset, confectis legitimis stipendiis, quae in Classiariis Militibus, utpote deterioris conditionis, Classis Praetoriae cum Misenensis, tum Ravennatis, Romani Imperatores Vespasianus, & Hadrianus, data eisdem honesta missione, sena, & vicena esse voluerunt, ut est in 1. & 2. DLXXIII. & 9. DLX. in magno Gruteri thesauro, EVOKATVS fuerit, idest ad navalis, vel terrestris militiae labores iterum vocatus: & exinde alia tria stipendia meruerit, supra sena & vicena; videlicet tribus aliis annis, supra sex & viginti militaverit. Nam etiam per stipendia, annos militiae numerabant veteres; & per eadem stipendia significabant annos, quibus milites merent; teste Cornel. Tacito Annalium 1. 36. 4. & Cl. Viro Thoma Dempstero ad Rosinum de Militia lib. x. Igitur cum alii milites vicesimo anno militia liberarentur, Classiarii longius suam operam praestare coacti sunt; eosque, teste hac Tabula, supra viginti sex annos militasse quandoque animadvertimus; quod latuit Clarissimos Viros Lipsium de Militia Rom. V. Dial. 19. Schefferum de Militia Navali lib. IV. cap. 1. in fine, & Samuelem Pitischium in Thesauro Antiquitatum in voce Missio.

EX. CL. PR. MIS. idest Ex Classe Praetoria Misenensi. Navis Praetoria, Gr. ναῦς στρατηγίς. vulgo la Capitana. Quid sit Classis vide Servium in AEneid. lib. VI. v. 1. Cur vero PRAETORIAE in vetustis marmoribus constanter dicantur omnes hae Classes, ignorare fateor. Forsitan dignitatis caussa, vel exemplo Praetoriarum Cobortium, ad Italiae, & Principis tutelam; vel quia sub Praetoris Romani custodia, & cura essent; quod innuere videtur Cicero in Oratione XIII. pro Lege Manilia, ubi sic ait: An vero ignoratis, Portum Caietae celeberrimum, atque plenissimum navium, inspectante Praetore, a praedonibus esse direptum? Ex Miseno autem, eius ipsius liberos, qui cum praedonibus antea ibi bellum gesserat, a praedonibus esse sublatos? MISENENSIS vero dicta Classis a Miseno Italiae promontorio, cui Misenus AEneae tubicen nomen dedit; de quo Virgilius AEneid. lib. III. & IV. Augustus vagas antea Classes certis

locis

locis distribuit, unamque Miseni, *alteram* Ravennae *ad tutelam* inferi, & superi *maris, collocavit. Sueton. cap.* 49. *n.* 2. *Tacitus Annal.* IV. 5. 1. *Vegetius de re mil. lib.* V. *c.* 1. *Lipsius de Magnit. Rom.* 1. 5. *Reinesius Cl. IX. pag.* 573. *ad Inscr. LVII. ad quos Lectorem mittimus.*

Animadversione prorsus non indignum τὸ H *fere in omnibus his maritimis militaribus saxis, in quibus in extremo versu legitur* H. B. M. F. *idest* Heres bene merenti fecit; *peculiari forma* Ħ, *sic descriptum.*

Reperta ad Mare mortuum a quodam rustico anno CIↃ.IↃ.CLXXXVIII.

3

D . M
L. TERENTIO. SABINO
ĪĪĪ. SALVTE. MIL. CLAS
PRAET. MISEN. NAT.
PANNONIO. AELIVS
ROMANVS. Ħ. B. M. F.

Effossa in antiquo Miseno eodem anno.

4

D . M
C. MVSSIDI. CAPITON
MIL. CLASS. PR. MISEN.
EX ĪĪĪ. PIETATE. VIX. AN
NIS. XXXVI. MIL. ANN.
XVI. TERENTIVS. VALENS
Ħ. B. M. F.

3. *Idest*: Diis Manibus L. Terentio Sabino Triere Salute Militi Classis Praetoriae Misenensis, *vel* Misenatium Natione Pannonio AElius Romanus heres bene merenti fecit.

ĪĪĪ. SALVTE. *idest*, Triere Salute, *non* Tertia Salute, *ut male nonnulli interpretati sunt. Ita omnino legendum, auctoritate veterum lapidum evincit Fabrettus in praeclarissimo opere Syntagm. de Columna Traiana Cap. VI. pag.* 113. *Quomodo enim credibile, ut verbis ipsius utar, tot* tertias, *nullasque vel* primas, *vel* secundas *sub eodem nomine obvias esse? Confirmant hanc lectionem alia exempla, desumta ex marmoreis Tabulis superius allatis pagg.* 125. &

& 129. *quae extant Florentiae in Hortis D. March. Corsinii; in quibus expresse legitur* TRIERE SPE . QVADRIERE FIDE.

Post illam notam III. *in maritimis hisce Inscriptionibus additur* SALVTE. PIETATE. ATHEN. TIBERI. LVCIFERO. TAVRO. MARTE . IIII. VESTA *a quibus hae Triremes, & Quadriremes nomen habent. Huic a* SALVTE *nomen ortum*. Salus *apud Graecos, & Romanos Dea habita est; unde Romae* Salutaris Porta *appellata ab eius AEde, quae ei proxima fuit.*

In Navibus duo consideranda occurrunt, INSIGNE *Graece* παράσημον *dictum*, *&* TVTELA . *Haec omnino diversa, & inter se distincta fuisse luculenter ostendit Fabrettus Cap. VI. Syntagm. de Colum. Traiana, allatis insignioribus Poetarum locis. Equidem* Insigne, *Navis* prorae *erat vel insculptum, vel pictum*. Tutela *vero, sive Numen Tutelare, cuius curae commissum erat navigium; cuiusque Simulacrum, vel ligno, vel ebore caelatum*, puppi *manebat affixum. Ita propemodum navis Alexandrina, quae D. Paulum ex Melita insula in Italiam exposuit, ut habetur in Act. Apost. Cap. ult. v.* 11. Castores *in* παράσημον, *seu* Insigne *ad denominandam Navim, non in* Tutelam *habuit. Utraque clare distinxit Ovidius Eleg. IX. I. Trist.*

Est mihi, sitque precor, flavae tutela Minervae;
Navis & a picta casside nomen habet.

Virgilius AEneid. lib. V. ver. 114. *plures Naves describens, quibus ab Insignibus, quae ferebant, nomen impositum, sic ait:*

Prima pares ineunt gravibus certamina remis
Quattuor, ex omni delectae classe, carinae.
Velocem Mnestheus agit acri remige PISTRIN,
Mox Italus Mnestheus, genus a quo nomine Memmi,
Ingentemque Gyas ingenti mole CHIMAERAM,
Urbis opus: triplici pubes quam Dardana versu
Impellunt; terno consurgunt ordine remi.
Sergestusque, domus tenet a quo Sergia nomen,
CENTAVRO invehitur magna; SCYLLAque Cloanthus
Caerulea: genus unde tibi, Romane Cluenti.

Ab huius CENTAVRI *nomine Veneti Ducariam suam Navim, aut Senatoriam,*

Senatoriam, elegantissimam illam quidem, & pictura auroque praefulgentem, Bucentoro, *quasi Bucentaurum appellant, quod antea docti viri notarunt.*

In hac Inscriptione, ut in aliis pluribus videre est, cum vitae, tum militiae anni tacentur. AELIVS. ROMANVS, *nomen non patriae, sed hominis, ut Florentinus vetus I. C.*

Has Maritimas antiquas Tabulas Cl. V. Petrus Andreas Andreinius Antiquitatum omnium indagator studiosissimus cum Neapoli versaretur anno CIↃ IↃCLXXXVIII. summo labore conquisivit, & comparavit.

4. *Idest*. Diis Manibus C. Mussidii Capitonis Militis Classis Praetoriae Misenensis ex Triere Pietate vixit annis XXXVI. militavit annis XVI. Terentius Valens heres bene merenti fecit.

III. PIETATE. Pietas *a Romanis Dea credita est, quae AEdem habuit Romae eo in loco, ubi postea Marcelli Theatrum extructum fuit, ut est auctor Plinius Lib. VII. c. 36.*

MIL. ANN. XVI. *idest, stipendia sexdecim meruit; Cum autem vixerit annis xxxvj. profecto liquet, anno aetatis suae xx. primum militiam auspicatum fuisse.*

In his, aliisque Classiariorum Inscriptionibus observo, nusquam patris praenomen legi, quod in aliorum Militum perraro tacetur.

Ex ruderibus antiqui Miseni, effossae anno
CIↃ IↃ CLXXXVIII.

5.

D . M
C. PETICI. HERACLI. N.
AEGAR. M. III. ATHEN.
VIX. AN. XXX. MIL. AN. XII
VALERIA . THEODOTE
VXOR. ET. H. B. M. F.

6.

D . M
VALERI. HIC. HIERAC. L
SITVS. VIXIT. AN. V. MENS. II
DIEBVS. XI. VALERIVS. GER
MANVS. OPTI. III. TIBERI. PA
TER. PIENTIS. FILIO. SVO. FE
CIT. MISERRIMO.

5. *Idest*. Diis Manibus C. Peticii Heraclii Natione AEgarensis.

rensis. Militis Triere Athena. Vixit annis xxx. militavit annis xii. Valeria Theodote uxor et heres bene merenti fecit.

Aegara *Urbs Lydiae, Ptolemaeo Geogr. lib. V. & Abrahamo Ortelio teste*, Gr. Αἰγάρα.

Huius VALERIAE. THEODOTES *Soror forsitan fuerit* ANTONIA. THEODOTE, *cuius meminit Neapolitanum marmor dicatum Militi Classis Praetoriae Misenatium apud Reinesium Cl. VIII. pag.* 523. *Inscr. XXXV.*

THEODOTE. θεοδότη. *a Deo data.*

6. OPTI. *f.* OPTIO. Optio, *ut ait Reinesius ad Inscr. III. Cl. I. pag.* 11. est adiutor Centurionis, vel alterius ordinarii a Tribuno datus, tanquam eius vel valetudine praepediti, vel negotiis aliis obruti, vel absentis Vicarius, & rerum eius privatarum administer; tanquam adoptatus quidam, selectus, & ascitus. *Vide etiam Rosinum Antiq. Rom. lib. X. cap. VII.*

III. TIBERI. Triere Tiberi. *Triere in vetustis lapidibus expresse legitur, a Greco* τριήρης. *non* Triremi, *etiamsi idem significet.*, *unde etiam* TRIERARCHI *appellatio apud Tacitum Hist. II. c.* 9. datae a classae Misenensi duae triremes ad prosequendum eum, quibus Cythnam insulam tenuit; nec defuere qui *Trierarchos* nomine Neronis accirent. *Singulis navibus singulos praefuisse* Trierarchos *ostendit Schefferus de Mil. Nav. l. IV. cap. VI.* TIBERI. Tiberis, *vel* Thybris *celeberrimus Italiae fluvius, qui e radicibus Montis Apennini ex Etruria Romam decurrit, quondam Tuscos dividens, de quo Virgilius AEn. lib. VIII. v.* 330. *Ab hoc fluvio huius* Triereos *denominatio; quemadmodum apud Reinesium Cl. VIII. pag.* 530. *in Neapolitana Inscriptione:* III. EVPHRATE, *ab* Euphrate *Mesopotamiae fluvio* trieres *nomen habet. Nam Flumina veteres pro Numinibus, & Diis coluere, eisque immolare victimas, comaeque primitias consecrare consueverunt, ut eruditi omnes norunt.*

Inventae eodem in loco anno CIƆ.IƆ.C.LXXXVII.

7

D . M

ANTONIAE . DOMINAE
VIX . ANN . XIX . CAMVRIVS
COLO . HARM . III . LVCIFER .
CONIVGI . SANCTISSIMAE . ET
ANTONIVS . COLO . MATRI .
SANCTISSIMAE . B . M . P..

8

D . M

VLPIAE . PRIMIGENIAE
sic SANCTISSIMA . FEMINA
VIXIT . ANNIS . XXX
IVLIVS . SEVERVS . Ɔ . III . LV
CIFERO . CONIVGI . KA
RISSIMAE . ET . SVI
AMANTISSIMAE
B . M . F.

7. HARM. *Haeret mihi aqua in interpretatione huius notae, aliorum esto provincia.* III. LVCIFER. *hoc est* Triere Lucifero, *accepto forsitan nomine a Lucifero, Veneris stella, quae Solem antegreditur; de qua perelegcanter Virgilius AEn. lib. VIII. v.* 589.

Qualis, ubi Oceani perfusus *Lucifer* unda,
Quem Venus ante alios astrorum diligit ignis,
Extulit os sacrum caelo, tenebrasque resolvit.

Luciferi *appellati etiam Lunae equi. Ovid. Epist. II.*

Iam novies erat orta soror pulcherrima Phoebi,
Denaque *Luciferos* Luna premebat equos.

B. M. P. *idest* Bene merenti posuit.

8. VLPIAE . PRIMIGENIAE. *Primigeniae*, πρωτογένες. *Hoc cognomine culta a Romanis* Fortuna, *cui in vetustis lapidibus plurima vota persoluta leguntur.*

IVLIVS . SEVERVS . Ɔ . III . LVCIFERO. *hoc est* Iulius Severus Centurio Triere Lucifero. *Centurionis Classiarii meminit Tacitus Annal. lib. XIV. ubi ait:* Tu quoque me deseris, prolocuta, [*Agrippina*] respicit Anicetum Trierarcho Herculeo, & Oloarito Centurione Classiario, comitatum.

9

D . M
C . VALERI . GERMANI
MIL . EX . CL . PR . MIS
III . TAVRO . STIP . XXV
NAT . SARDVS
MESTRIA . EVHODIA
H . B . M . F

10

D . M
ANTONIO . RVFO . MA
NIPVLAR . P . CL . PR . RA
VENNAT . III . MARTE . VI
XIT . ANN . XXX . MIL . ANN . XV
IVLIVS . PHILIPPVS . HERES . B
M . F

9. *Ideſt*: Diis Manibus C. Valerii Germani Militis ex Claſſe Praetoria Miſenenſi Triere Tauro ſtipendiorum xxv. natione Sardus Meſtria Euhodia heres bene merenti fecit.

III. TAVRO. *Huius navis inſigne* Taurus; *a quo etiam appellata fuerit ea navis, quae Europam Agenoris regis filiam rapuit; quae anſam dedit fabulae Europae a Iove tauro raptae, de qua Ovidius Metamorph. Lib. II.*

STIP. XXV. *Perſpicuum eſt ex hoc ſtipendiorum numero, C. Valerium Germanum vigintiquinque annis militaſſe; unumque ſtipendium, ſive annum ei defuiſſe, ut accepta honeſta Miſsione, quae* vicena, & ſena *ſtipendia meritis, ut ſupra oſtendimus, dabatur, militia liberaretur. Verum quandoque* octona, & vicena *ſtipendia emereri Claſsiarios Milites debuiſſe, ut honeſte mitterentur, colligimus ex aenea lamina penes Picchiatum Neapolitanum Regium Architectum, in qua formula Honeſtae Miſſionis datae ab Imperatoribus M. Iulio Philippo patre, & filio, militibus Claſſis Praetoriae Miſenenſis, anno U. C.* 1000. & *Chr.* 248. *quam primus vulgavit Fabrettus Cap. III. pag.* 70. *Syntagm. de Columna Traiani, & Cap. X. pag.* 687. *num.* 96. *Inſcript. Antiq. & Sponius Miſcell. Erud. Antiq. Sect. VII. pag.* 244.

NAT. SARDVS. *i.* Natione Sardus; *ex Sardinia, inſula in mari Libyco, quae a Stephano, & Graecis dicitur* σαρδώ.

EVHODIA. Cum adſpiratione perpetuo legitur in anti-

quis lapidibus ; nam *Hodos* , via adſpiratur . Ita *proboemium* cum adſpiratione in medio ; *Home* enim , cantilena adſpiratur.

Protulit Vignolius Veter. Inſcr. Selectarum Claſs. II. pag. 297. *In quarto verſu* STEP. XXV. *edidit ; verum in notis* STIP. XXV. *legendum obſervavit .*

10. MANIPVLAR . P. CL . PR. RAVENNAT. *Hoc eſt* Manipularium Praefecto Claſſis Praetoriae Ravennatis ; *ut interpretatur Vignolius , qui & hanc Inſcriptionem primus luce donavit Cl. II. Vet. Inſcr. Select. pag.* 296. *Miles Manipularis unus e manipulo , qui & manipularis dicitur abſolute . Cicero ad Attic. lib. IX. Epiſt.* X. Amens mihi fuiſſe videor a principio , & me una haec res torquet , quod non omnibus in rebus labentem , vel potius ruentem Pompeium tanquam unus *manipularis* ſecutus ſim . *In Puteolano marmore apud Gruterum pag.* DLX. 1. *legitur* : D. M. C. SENIO. SEVERO MANIPVLARIO. EX. III. FIDE. NATIONE. BESSVS. &c. *& in ſequenti Puteolano apud Reineſium Cl. VIII. pag.* 527. *Inſcr. XLIV. quod explicat Capacius lib. XI. Hiſt. Neapol. Cap.* 24. *pag.* 725. *& ipſe Reineſius loco ſupraſcripto ; ille vocem* NEPTVNIO *interpretatur de Numine , & Templo* NEPTVNI *apud Puteolanos ; hic de* NEPTVNIO , *patria Marci Valerii Dexteri : quem ea , qua pollet doctrina , & ingenio ,* LIB*rarium* MANIPVLAREM *fuiſſe affirmat ; videlicet , tractandis rationibus Manipularium ſuorum in Coborte Dacica , aliiſque huiuſmodi muniis obeundis , addictum . Inſuper etiam , mutatis quatuor his unitatum ſignis* IIII. *in literas , exire facit* MIL ; *ut L. Calviſius Cerealis miles fuerit Daciae Cohortis , & heres . Verum ut rariſſimam hanc maritimam Tabulam venerandae , & eruditae Antiquitatis Cultores expendant , primo heic loco , ut ut iacet , apud ipſum Reineſium expono ; e regione vero ut egomet legendam putarem , deſcribo .*

D. M.	D . M
M. VALERIVS. DEXTER. LIB.	M. VALERIVS. DEXTER. LIB.
NEPTVNIO. MANIPVLARIS	NEPTVNO . MANIPVLARIS
L. CALVISIVS. CEREALIS. IIII.	L. CALVISIVS . CEREALIS. IIII
DACI . COHERES	DACICO. HERES

Hoc

Hoc igitur si placet sensu: Lucius Calvisius Cerealis *miles* Quadriere *cognomine* Dacico heres, *sepulcralem titulum ponit* Diis Manibus M. Valerii Dexteri Manipularis Liburna, *idest navi, denominatione* Neptuno. *Fabrettus cum nonnullis aliis maritimis, relata ex Reinesio hac Tabula, Cap. V. pag.* 366. *Inscr.* 123. *versui* L. CALVISIVS. CEREALIS. IIII DACI. COHERES, *in ora Inscriptionis addidit* forsan III. PACE. *Ansam meae vel coniecturae, vel interpretationi dedit aliud Puteolanum marmor apud Vignolium Cl. II. Select. Inscriptionum pag.* 297. *in quo legitur* D. M. C. IVLIO DIODO*ro*. MIL. CLASS. PR. MIS*en*. IIII. DACICO. NAT. B..... *f. Bessus*. VIX. ANN. XLV. MIL.. TI. CLAVDIVS. PATE... SCRIBA. HERES....

Liburnae naves quae fuerint innuit Suidas hisce verbis: Λιβυρνικὰ, νῆες ἦσαν, ὐ κατὰ τὸν τριηραρχικὸν ἐσχηματισμέναι τύπον, ἀλλὰ ληστρικώτεραι, χαλεμβολοίτε, καὶ ἰσχυραὶ, καὶ κατάφρακτοι, καὶ τάχος αὐτῶν ἄπιστον. Liburnicae naves erant non ad triremium formam aedificatae, sed magis piraticarum more extructae, fortes, constratae, & celeritate incredibili. *Appian. in Bell. Illyr.* ἔτι νῦν ῥωμαῖοι τὰ κοῦφα καὶ ὀξέα δίκροτα, λιβυρνίδας προσαγορεύουσιν. unde etiam nunc celeres levesque biremes Romanis Liburnicae vocantur; *quare Lucanus lib. III.*

Ordine contentae gemino crevisse Liburnae.

Horatius Epod. I. ad Maecenatem.

Ibis Liburnis inter alta navium,
Amice, propugnacula.

His utebantur cum navale praelium ordinarent, discurrentes inter naves maiores, & militiam ordinantes; equidem unico remorum pulsu velocissime progrediebantur, ut describit Silius lib. XIII.

Quanta est vis agili per caerula summa *Liburnae*,
Quae pariter, quoties revocatae ad pectora tonsae
Percussere fretum, ventis fugit ocyor, & se
Quam longa est uno remorum praeterit ictu.

Nomen his ortum a Liburnis populis in Illyrico, qui olim velocibus navibus usi Ionium mare, insulasque praedabantur, ut supra innuimus pag. 127. *ad Inscript. num.* 13. *Vegetii quoque auctoritate firmari potest, qui lib. IV. cap.* 33. *ait*: Augusto dimicante,

Actiaco

Actiaco praelio, cum Liburnorum auxiliis praecipue victus fuisset Antonius, experimento tanti certaminis patuit, Liburnorum naves ceteris aptiores. Ergo similitudine, & nomine usurpato, ad eorum instar classem Romani Principes texuerunt. *Consulendus Ioannes Schefferus de Navali Militia Veterum lib. II. cap. 2. qui de his erudite, & luculenter egit.*

Neque vero silentio praetereundi sunt antiqui lapides, qui Liburnarum mentionem diserte faciunt. In Puteolano apud Fabrettum Antiq. Inscr. Cap. V. pag. 366. n. 124. legitur. DIS. M. G. VALERIO. FINITO. OPTIONI. LIBVR. NEPT. EX. CL. PR. MISEN *&c. & in Ravennate ibidem num. 121. & Cap. IV. Syntagm. de Colum. Traian. pag. 115.* DE. LIBVRNA. DIANA. *& Caporlae ad Ecclesiam Maiorem ex Reinesio Ep. XLI. pag. 228.* DE. LIBVRN. CLVPEO. *His addimus Florentinam superius allatam Tabulam in Urbanis Hortis D. March. Corsinii pag. 125. Inscr. n. 13. quae prefert* LIBVRNA FIDEI.

CL. PR. RAVENNAT. III. MARTE. *Hoc est*: Classis Praetoriae Ravennatis Triere Marte. *A Classe Ravennatium nomen forsitan accepit Classense Monasterium, Ravennae proximum, quod usque bodie vulgo* Classi *appellatur.*

11

DIIS. MANIBVS
L. VALERIO. MAR
TIALI. MILIT. EX
CLASSE. PR. MISENI
EX. IIII. VESTA. NATIO
NE. BESSVS. MIL. AN
NIS. IIX. VIX. AN. XXX
FECIT. M. VALERIVS
ASTER. FRATRI. BENE
MERENTI.

Inventa an. CIↃ·IↃ·CLXXXVIII. in antiquo Miseno, una cum marmorea Statua L. Percenni, ornata nauticis instrumentis, acrostoliis, & gladio dextro lateri ligato.

12

DIS. MAN
L. PERCENNIO. MAXIM.
GVBERNATORI. EX. CLASS
PRAETORIA. MISENENS
VIXIT. ANN. XXXXVI
MILITAVIT

11. EX. IIII. VESTA. *idest*, Ex quadriere Vesta. NATIONE. BESSVS. *Bessi populi Thraciae, teste Plinio lib. IV. Cap. II. De his Ovidius lib. VI. Trist.*

Vivere quam miserum est inter Bessosque Getasque.

M. VALERIVS ASTER. *Gr.* ἀςὴρ, stella. *Alludit ad hoc nomen Epigramma Platonis*,

Ἀσ͂έρας εἰσαθρεῖς Ἀστὴρ ἐμός. εἴθε γενοίμην
Οὐρανος, ὡς πολλοῖς ὄμμασιν εἰς σε βλέπω.

quod eleganter sic vertit V. Cl. Muretus Comment. in Catull. Carm.

Stella meus, stellas dum suspicis, ipse utinam sim
Caelum, oculis ut te pluribus aspiciam.

12. GVBERNATORI. Gubernator. *Gr.* κυβερνήτης. *rector navis, qui clavum moderatur. Cicer. de Senect.* Gubernator clavum tenens sedet in puppi. *Virgilius lib. V. AEneid. v.* 12. & 15.

Ipse gubernator puppi Palinurus ab alta:
Colligere arma iubet, validisque incumbere remis.

& *lib. X. de AEnea Palinuro succedente v.* 218.

Ipse sedens, clavumque regit, velisque ministrat.

Summa in Gubernatore requirebatur scientia, Syderum, ventorum; portuum, locorum cognitio; denique gubernaculorum velorumque iusta administratio; quae omnia complexus est Acoetes apud Ovid. lib. III. Metamorph. in fabula Bacchi. Gubernatoris habitum descripsit Plautus Act. IV. Sc. 4. *ver.* 41. *Mil. Glor. Vide Schefferum de Mil. Nav. lib. II. Cap. VII. Protulit Vignol. hanc Inscr. pag.* 293. Cl. II. *Select. Vet. Inscr.*

Inventa die 30. *Maii* CIↃ.IↃ.C.LXXXIX. *inter rudera antiqui Miseni*.

13

D . M
C. ANNI. DRACONIS. VETERAN. CL. PR.
MIS. NATIONE. GYPTI
VIXIT. ANN. LX. ANNIA
DIONYSIAS. LIBERTA. ET. HERES
BENEMER. FECIT

13. NATIONE. GYPTI. *idest* Natione AEgyptii. *Vignolius habet* NATIONE. CYPR. *pag.* 292.

Frag-

Fragmentum praegrande marmoreum, ibidem effossum anno CIↃ· IↃ. CLXXXVI. utraque parte insculptum.

14

D . M
M. PETRONI. VALEN
TIS. VETER. EX. CLAS. PR. MI.
PETRONIA. PRIMA. PATRONO. BENEMERENTI

LEG. VII. MACEDONIC. PR
LEG. IIII. SCYTHIC. TRIB. COH
PRIMIPILO. ITER. LEG. XVI. GA
PROC. TI. CLAVDI. CAESARIS. AV
D

14. VETER. EX. CLAS. PR. MI. *Hoc est*, Veterani ex Classe Praetoria Misenensi. *Primus hunc titulum protulit P. Iohannes Mabillonius doctrina, & pietate longe clarissimus Itiner. Ital. pag.* 146.

LEG. VII. MACEDONIC. PR. &c. *hoc est*, Legionis Septimae Macedonicae, Praefecto Legionis Quartae Scythicae, Tribuno Cohortis &c. *Vegetius lib. IV. cap. XXXI.* Apud Misenum ergo, & Ravennam singulae legiones cum classibus stabant.

PRIMIPILO. ITER. *id.* Primipilo iterum. Primipilus, *qui apud Quinctilianum lib. VI. Plinium Hist. lib. X. & in vetustis Saxis* Primipilaris *dicitur, fuit primus Centurio inter decem Centuriones*

nes Triariorum . Livius lib. VII. sic docet : P. Salonius alternis prope annis, & Tribunus militum, & primus Centurio, erat, quem nunc *Primipilum* appellant. *Idem lib. VIII.* Duo *Primipili* ex utraque acie inter Triarios erant. Primipilum *a* Primo pilo *fuisse diversum, librorum, & antiquorum lapidum auctoritate luculenter probat doctissimus Aldus Manutius Scholiis in Sallustii de Bello Iugurthino*. Nam Primus pilus, *ut ipse ait*, non centurio, sed centurionatus fuit; quem ordinem Centurio Primipilus ducebat. *Vegetius* Primipilum *aquilae praefuisse, quod erat signum legionis lib. II. demonstrat. Fabrettus in Syntagm. de Columna Traiani Cap. VII. pag.* 188. *& sequentibus, credit* Primipili *Centurionem fuisse, eundemmet* Aquiliferum; *& aquilae nedum praefuisse, ut ex Vegetio scimus, sed etiam illam gestasse, ad quem lectores mittimus.*

PROC. TI. CLAVDI. CAESARIS. AV. *idest* Procuratoris Tiberii Claudii Caesaris Augusti.

Effossae anno CIƆIƆC.LXXXVIII.

15	16
D . M	DIS . MANIBVS
L . VRBINIO . QVAR	Q. VALERIO . POLLI
TINO . MIL . EX . CLAS	ONI . SCR . ET . VALE
PR . MISEN . 7 . FAENI	RIAE . HIERONIDI . LIB.
IVSTI . NAT. AFER . VIX.	EIVS . D . CAESERNIVS
ANN . LX . MILITAVIT	FLORVS . ET . MINVCIVS
ANNIS . XXV . FECIT	APER. SCR. HEREDES. PA
L.VALERIVS.SATVRN.H.B.M	TRONIS . OB . MERITA

15. 7. FAENI. IVSTI. *idest* Centuria Faenii Iusti.

NAT. AFER. *hoc est* Natione Afer; ex Africa.

16. Q. VALERIO. POLLIONI. Paullus diminutivum facit Πολλίωνα.

SCR. *idest* Scribae. *Scribarum officium in his Classibus forsitan fuerit in tractandis Classiariorum, vel Praefecti earumdem*

rationibus; scribendis quoque militum remigumque nominibus, stipendiis, annonis, commeatu, excubiis, vigiliis, aliisque huiusmodi muniis.

17

D . M
AVRELIO . DO
MNIONI . MILITI
VIXIT.AN XXVII.AV
RELIVS . GAIANVS
ET . AVRELIVS . SA
MVS . HEREDES
B . M . FEC.

18

IVLIVS . BALERIANVS
QVI.VIXIT.ANNIS.B.XX
NATALI . SVO . D.
SODALICIARIVS
BONVS . AMORATVS
FILETIVS.VSQVE.AT.FOTSA

17. *Vignolius protulit primus Inscr. Sel. Cl. II. pag.* 289. *In quincto versu dedit* AVRELIVS . CAIANVS.

18. BALERIANVS. i. VALERIANVS. In Pandectis Flor. B, & V, confunduntur. VIXIT. ANNIS. B.XX. *i.* Vixit annis bene viginti. *Apud Fabr. Cap. III. pag.* 148. *Inscr.* 189. *legitur in laudem Q. Fabii Ianuarii* VIXIT . BENE. ET . CONSVMMAVIT. BENE; *& in alia* 592. *pag.* 222. *eiusdem Capitis* VIXIT . BENE. IACET . SECVR*us*. *In Christianis Inscriptionibus haec phrasis non raro occurrit.*

NATALI . SVO . D: *idest* Natali suo decessit; *mortuus eo die, quo natus. Huic adsimiles Inscriptiones affert Fabrettus Cap. III. pag.* 329. *& hanc, sed male in secundo v.* N . XX . *pro* B . XX.

SODALICIARIVS. Sodaliciariam *dicit Anulenam Certam allatum supra marmor pag.* 116. *n.* 97.

FILETIVS. *forte* PHILETVS. Φίλητος. *dilectus.*

VSQVE . AT . FOTSA. *idest* VSQVE AD FOSSAM. *idest* usque ad sepulcrum. Fossa, & fossale *pro sepulcro, Latinitate*

Ecclesiastica

Ecclesiastica dicitur, eademque Fossarius *pro Vespillone in Christianis Inscriptionibus. Epitaphium Bedae:*

Hac sunt in fossa Bedae venerabilis ossa.

Apud Christianos primus fuit Clericorum in Ecclesia Fossariorum *gradus, qui humandis fidelium corporibus curam impendebant. Vide Glossarium Du-Fresne in voce* Fossa, *&* *Reinesium Cl. XX. pag. 988. ad Inscr.* CCCXCII. Seol, *Hebr.* sepulcrum, inferi, fossa.

19

DIIS . MANIBVS
M . ANTONIO . CAPITONI
VETERANO . EX . CLASSE
PRAETORIA . MISENENSI
ANTONIA . RESTITVTA
PATRONA . BENEMERENTI

20

D . M
M . ANTEI . BASSI . MIL ......
PR · MIS . NATIONE ....
VIXIT . ANN . XXXX ....
L. LVCRETIVS. CAPITO. ET. MAXI
MIVS . SVCCESSVS . B . M
PROC . COC .... FORVLIANO

19. *Apud Vignolium Inscr. Select. Cl. II. pag. 288. In primo versu dedit*, DIS. MANIBVS. *In tertio*, EX CLASSI.

20. FORVLIANO . i. FOROIVLIANO.

21

D . M
AVRELIO . MAXIMO
VIXIT. AN. XXX. M.III. D.X
MIL.ANN.VII IN. CL.PR.M.
NEMONIA ....
....

22

....
....
LIT . AN ..
IT . AN .....
NAT ... AL ...
CLODIA . PIRO ...
CONIVX . ET . HER
B . M . C . F.

21. IN. CL. PR. M. *idest* In Classe Praetoria Misenensi. *Dedit Vignolius Inscr. Select. Cl. II. pag. 292.*

22. CLODIA . PIRO .... *lege* CLODIA . PIROCLEA, *ut ex sequenti Inscriptione patet. Gr.* πειρόκλεια.

23

D . M
CLODIAE . PI
ROCLEAE . VIX
ANNIS . XXXX
LVCIA.HAMONIL
LA . NEPOS . ET
HERES. B. M . F.

24

IVLIVS . SECVN
DINVS. QVI. BIX
IT . ANNIS . XVI
LICINIA . FELICI
TAS. FILIO . BEN
E . M . F.

25

D . M
FABIAE . IVSTAE . QVAE . VIXIT . AN
NIS . XXXI . MENS . VNO . DIEB . XXI
L . FABIVS . CRESCENS . CONIVGI . KA
RISSIMAE . D.S . B. M . FECIT. SIBI . ET .
CL . ASCLEPIO . FRATRI . ET . LIBERT
LIBERTABVSQ. POSTERISQ. EO
RVM.

26

L . MIMMIVS . TERENTIANVS . QVI . VI
XIT. ANNIS . XVIII . DIEBVS . XXX . ET . VI
XIT . SVPRA . MATRE . SVA . MESIBVS . VI *sic*
D . XXI . SENTINIVS . PAT . FIL . DVLCISSIMO

23. *Edidit Vignolius Inscr. Select. Cl. II. pag.* 288. *In quinto versu habet* LVCIA. AMONILLA.

25. D. S. B. M. *hoc est* : De se bene meritae , *vel* bene merenti. *Dedit Vignolius Inscr. Select. Cl. II. pag.* 309.

27

T . FLAVIVS . PARIS . FECIT
MARCIAE . AVRAE . COIVGI
BENE . ME . ET . AEGLANIO
GENIALI.ET.TYCHE.CONTVBE
RNALI . SVAE . POSSIDENDVM
MINIMENTV *sic*

28

D M
CARPOACTORI
QVI . VIXIT . ANNIS
XXV . BENEMEREN
TI . PRAXITELES . COL
LEGA . FECIT

29

D . M . S
M· ANTONIVS . AE *sic*
PIGONVS . TVRRANIAE
SABINAE . CONIVGI
B : M . F
QVAE . VIX . AN . XL . MES . III
ITEM . LIBERTIS . LIBERTABVS
QVAE.POSTERISQVAE.AEORVM

30

D : M
M . AVRELIO . M . F
AELIA . GALL
VIVINACIO
MIL . COH . IV . PR
VIXS . ANN . XLV
MIL . ANN . XIII
AVRELIA . NICE
MARITO . SVO
B . M . POSVIT

27. BENE . ME . *hoc est*: bene merenti, *vel*, bene meritae. *Produxit Vignolius Inscr. Select. Cl. II. pag.* 287. *in secundo v.* CONIVGI, *in tertio* AECIANIO.

28. CARPOACTORI, *forsitan legendum* CARPO. ACTORI. *idest* Histrioni Comoedo. ὑποκρίτῃ.

PRAXITELES . COLLEGA : πραξιτέλης. Quaedam Graeca meretrix adolescenti cuidam non ita sui profuso ; *Vale*, inquit, *Amor Phidiae*, alludens ad φειδοῖ, *parcimoniam*. ille autem contra eam appellavit, par pari rependens, ut eam morderet, *Venerem Praxitelis*. Praxiteles enim *vectigalium exactorem* significat.

30. VIXS. *i.* Vixit. *In Orosio Mediceo*, exstitit, exsecratus. *Vignolius exhibuit Inscr. Sel. Cl. II. pag.* 295. *In primis duob. versib. dedit* M. AVR. M. FILO. GALE. *In septimo* MIL. ANN. XIIII.

31

. . . . . CESSVS	III		
C . ANTONIVS . FELIX	III	M . ANTONIVS .	IIII
CALPVRNIVS . SILENVS .	II	LVTYTIVS .	IIII
CALPVRNIVS . CARIVS .	II	HERMA	III
NEMESIVS . MERCVRIVS .	II	EVTYCHIVS .	IIII
L . COMINIVS		NICEPHORVS .	III
C . FONTEIVS . HERMA .	I	VICTOR .	III
L . STATIVS . HERMES .	I	MERCVRIVS.	II
C . ANTVS . NEDIMVS .	I	ROMVLVS .	I
POMPEIVS . MASCANNANVS .	I	NICEPHOR .	I
C . ANTONIVS . FVSCVS.	I		
. . aiMILIVS . VITALIS .	I		

DEDIC . K . OCTOBR

31. *Hoc fragmentum spectare videtur ad Milites Classium Praetoriarum Misenensium. Ex una parte reor militum descripta nomina; ex altera vel nautarum, vel remigum, cum minime habeant adscripta praenomina, & nomina.*

NEDIMVS. Gr. νήδυμος. Homer. νήδυμος ὕπνος.

Vignolius in undecimo versu edidit G. ANTONIVS. EVSCVS. *pro* C. ANTONIVS. FVSCVS. *Inscr. Select. Cl. II. pag.* 291.

32

	TVLLIA . M . L .	HELENA . SIBI . ET
	M . TVLLIO . M .	L . TIMONI . PATRO
	FAVORI . L .	L . TAMPIVS . L . L .
	AVCTO . L .	ANTEROS . SIBI . ET
	ANTIOCHO . L .	FELICIONI . L . ET
sic	POSTERISCE	FLORO . L . ET
	SVIS	VITALINI . L . ET
		POSTERISQVE . SVIS

33

D . M
IVLIAE
APHRODISIAE
MATRI
L . ANTONIVS
ARISTO . IVNIOR
B . M . F.

34

D . M
C. SALLVSTIVS . MARCI
ANVS . ITALIC. AN. VIIII
M . II . BRENNIA . MAR
CIANE . MATER . FILIO
DVLCISSIMO . ET. PI
ENTISSIMO . B . M . F.

35

D M . CAECILIAE.
EVPRAESIAE . SABI
NA . NVTRICI . SV
AE . B . M . F.

36

YACINTHI
IVLIAE
AVGVST

37

D . M
DONATA . H . S
EST . VIXIT . AN
NIS . XVI . SAL
VIVS . CONIVG . PI
ISSIM . FECIT

38

D . M
LVCIAE . CELERINAE
QVAE . ET . VICTORIA . VIXIT
ANN . XXIII . L . PETRON
sic FORTVNATVS , CONIVGI
DVLCISSIM . FECIT

32. ANTEROSI *pro* ANTEROS *legitur apud Vignolium*, *Inscr. Select. Cl. II. pag.* 289. FELICIONI . Φηλικίωνι .

33. *Vignol. pag.* 290. *dedit* APHRODISEAE, & B. M. POSVIT.

34. *In quarto*, & *quincto versu Vignolius pag.* 295. *edidit* BRINNIA, *pro* BRENNIA, & MARCIANA, *pro* MARCIANE.

36. YACINTHI. *lege* HYACINTHI . *Romana Inscriptio apud Gruterum alium Hyacinthum Augusti libertum exhibet*, *qui cum Domitia Itala vivens monumentum sibi facit pag. DCXIIII. 6.*

37. DONATA . H . S EST. *videlicet* Donata hic sita est.

38. *Protulit Vignolius Inscr. Select. Cl. II. pag.* 286.

39

ANTIPATRA
DVLCIS TVA
HIC SO ET NON SO

In vase vitreo.

40

ЄΥΟΔΙ
ΓΛΥΚΥ
ΤΑΤЄ

41

HERMETIS ....
VIX. ANN. XVIII
IVLIVS. ANTIO.H...

Effossa in antiquo Miseno anno CIƆ.IƆ.C.LXXXV. die XII. Aprilis.

42

TAVRISCO

43 *In laterculo.*

PRIWIGENI
DOMITIOR SE

44

PHILAR
LIVIAE

40. *Idest*: Evodi dulcissime. *Retulit, & laudavit convivalem huius Vasis acclamationem V. Clarissimus Philippus Senator Bonarotius in Observ. in fragm. Vitr. Vas. Coemeter. pag.* 162. *& Tabula XXIV. figuram exhibuit. Huiusmodi vasa* γραμμαlικὰ ϖοτήρια, *hoc est* literata Vasa, *appellantur ab Athenaeo lib. XI. c.* 45.

43. *Forte* PRIMIGENI DOMITIORVM SERVI. *In lateritio penes Vignolium* : PRIMIGEN DVO DOMITIOR SER F. *Inscr. Sel. pag.* 327.

Ta-

45. *Tabulam exhibeo integram, & sine vocum compendiis.*

Servius Galba Imperator Caesar Augustus Pontifex Maximus Tribuniciae Potestatis Consul designatus secundùm.

Veteranis, qui militaverunt in Legione Prima Adiutrice Honestam Missionem & Civitatem dedit. quorum nomina subscripta sunt ipsis liberis posterisque eorum. & Conubium cum uxoribus quas tunc habuissent cum est civitas iis data. aut si qui caelibes essent cum iis quas postea duxissent dumtaxat singuli singulas. ad [*vel*] ante diem undecimum Calendas Ianuarias. Caio Bellico Natale. Publio Cornelio Scipione Consulibus. Diomedi Artemonis Filio Phrygio. Descriptum & recognitum ex Tabula aenea quae fixa est Romae in Capitolio in Ara Gentis Iuliae.

Tiberius Iulius Pardala Sardianus
Caii Iulii Charmi Sardiani
Tiberii Claudii Quirina [*Tribu*] Fidini Maoniani
Caii Iulii Caii Filii Collina [*Tribu*] Libonis Sardiani
Tiberius Fonteius Cerialis Sardianus
Publii Graiti Publii Filii AEmilia [*Tribu*] Provincialis Ipesius
Marci Arrii Rufj Sardiani.

AEnea haec Tabula plicatilis huiusce moduli, utraque facie ita caelata, literis ea prorsus forma, quae in aeneo autographo est, quam diligentissime huc relatis, & delineatis; alta unc. XV. *cum semisse; lata unc.* VIIII. *Formulam exhibet omnium antiquissimam, adeoque rarissimam Honestae Missionis, datae ab Imperatore Servio Sulpicio Galba Veteranis Militibus Legionis Primae Adiutricis; quorum nomina subscripta sunt. Quod attinet ad topographicam Tabulae descriptionem, inventa ea fuit anno* CIↃIↃCLXXXVIII. *mense Ianuario, a quibusdam rusticis in praegrandi quodam Sarcophago, magnis tegulis operto, in quo etiam plures maiores, & minores Urnae vitreae, eruto ab ipsis in quodam praedio Castri ad Mare, vulgo* (Castello a Mare) *quod antiquitus* Stabium *appellabatur; cui proximus est Vicus Equestris, qui hodie* Vicus [Vico] *dicitur, quae loca sunt in Neapolitano Cratere; distatque Neapoli miliariis quin-*

 decim,

decim. Quod felix, faustumque fuit, bono quodam fato venit in manus V. Cl. Petri Andreae Andreinii, ea tempestate Neapoli morantis, qui pretio statim sibi comparavit, & postea in sui ditissimi Florentini Musei ornamentum dicavit. Tanti Viri singulari in me humanitate, primus ego sum, qui optata tandem luce dono, & eruditis Viris, de Antiquitate optime meritis, aeneo autographo in literarum delineatione supra quam dici possit longe simillimum apographum, libens animo, dico, legoque. Probe enim omnes eruditae Vetustatis amatores intelligunt, vel me tacente, quam rarum, & insigne sit hoc monumentum, quantoque in pretio habendum. Equidem rara admodum sunt Servii Galbae Numismata; longe vero rariora Marmora. Unica tantum marmorea Basis Romana, Galbae Imperatori dicata reperitur in Gruteri Thesauro pag. CCXXXVIII. 12. in qua idem Consulum par, quod haec praefert Tabula, notatur. Raritatis caussa est breve admodum Galbae imperium. Imperavit enim menses septem, ac totidem dies, teste Iosepho lib. V. Bell. cap. 6. qui omnium accuratissime tempus imperii Galbae, Othonis, ac denique Vitellii adnotavit; ut clare ostendit doctissimus Henricus Noris in praeclarissimo, omnique aevo celebrando opere de Anno, & Epochis Syromacedonum Dissert. I. cap. 3. pag. 46. & seqq. Nam dies VIIII. *Iunii, qua Nero semet interfecit, A. U. 821. AErae Christi 68. C. Silio Italico, & M. Galerio Trachala Consulibus, Galbae fuit Natalis imperii, & Tribuniciae potestatis, qua solus imperare coepit ad diem* XV. *Ianuarii, qua periit; quo temporis intervallo, numerus mensium septem, totidemque dierum conficitur.*

Igitur hi Veterani, qui militaverunt in Legione Prima Adiutrice, quorum nomina in altera aeneae Tabulae facie subscripta sunt, ab Imperatore Galba honesta de caussa militia missi fuere, & civitate, & iure conubii, idest legitimi matrimonii, donati cum liberis posterisque suis, XI. Calendas Ianuarias, videlicet viginti quatuor diebus ante necem, & obitum eiusdem; quo tempore cum T. Vinio Rufino collega (non Crispo, ut probat praelaudatus Noris Epist. Consulari pag. 45. 46. & 47.) Consul secundum designatus fuerat. Iohannes Vignolius Vir praestantissimus, & de Antiquitate optime meritus Veter. Inscr. Selectar. Cl. II. pag. 337. profert in raritatis exemplum insignem aeream laminam T. Vinii Consulis nomine

tantum

tantum inscriptam; is enim solus extincto Galba remansit in Consulatu.

Consules, qui in hac aenea Tabula recensentur, C. *Bellicus Natalis, & P. Cornelius Scipio Asiaticus, non ordinarii, sed suffecti fuere, Anno U. C.* 821. *AErae Christianae* 68. *Calendis Septembris, teste Huberto Goltio, in Catalogo Consulum. In marmoreo Sarcophago anaglyphico opere elegantissimo, & ornatissimo, qui visitur Pisis in magnifico illo Pisanae Basilicae Coemeterio, hic titulus legitur:* C. BELLICVS. NATALIS. TEBANIANVS. COS. VIR. FLAVIALIVM. *Eiusdem* C. *Bellici Natalis nomen legitur etiam in Urnula apud Fabrettum Cap. II. pag.* 108. *n.* 262.

Data fuit haec aenea Tabula DIOMEDI ARTEMONIS F. *Veterano, cuius nomen non subscribitur, sed primum ab aliis distinctum, & seiunctum ponitur post Consules, ut ipse forsitan eam domi prae aliis adservaret. Semitubus ille aeneus, qui eminet in altera facie, medius inter nomina militum Veteranorum, aeneam Tabulam infixam aliquando fuisse forsitan innuit hasta, eaque vel elatam, vel domi, vel alicubi suspensam in tropaei modum.*

PHRYGIO. *i.* natione Phrygio. *Phrygia minoris Asiae Regio, Cariae, Lydiae, Mysiae, & Bithyniae finitima; quarum omnium fines ita coeunt, ut difficile possint distingui, teste Strabone lib.* 13. *Phrygia etiam apud Strabonem, & Stephanum alia magna, alia parva ad Hellespontum. Utriusque incolae dicuntur Phryges, & Mysi; Phriges quoque appellantur. Gentile Phrix, & Phrygius.*

In altera huius aeneae Tabulae facie post ea verba DIOMEDI ARTEMONIS F. PHRYGIA, *parvo interiecto spatio, additur* VDIC *cuius vocis explicatio adhuc summopere meum torquet revera humile ingenium. Verisimilius putarem cum doctis viris, ea voce peculiarem aliquem Phrygiae locum designari, ab aliis distinctum. Fortassis etiam interpretari aliquis posset* Veterano DIC*to, vel* Veterano DIC*atam; quasi haec aenea Tabula Diomedi Artemonis filio Veteranorum primo dicata, idest, data fuerit, ut apud se retineret. Verbo* dicare *pro* dare, *usus Virgilius AEn. lib. I. v.* 72. *teste Servio:*

Conubio iungam stabili propriamque dicabo;

sed hoc est hariolari.

EX AENEA TABVLA QVAE FIXA EST. *Ita etiam Leges aereis Tabulis incisae, clavis ferreis affigebantur parietibus; quod in-*

nuit Publ. Ovidius auream aetatem describens Metamorphos. lib. 1.

Poena metusque aberant, nec vincla minantia fixo
AEre ligabantur.

refigere *vero dicebant; quando eas a parietibus amovebant.*

Additur horum Veteranorum nominibus Tribus, & patria, quae in nonnullis Honestis Missionibus praetermittitur.

TI. IVLIVS PARDALA. SARD. *hoc est* Sardianus. Sardis *Urbs Lydiae. Plin. lib. V. c. 29. Civis Sardianus, & Sardiana, Stephano, voce* Σάρδις.

MAONIAN. *l.* MAEONIANI. *ex Maeonia*. Maeonia, Gr. Μαιονία, *ita prius appellabatur Lydia, Asiae minoris regio.*

IPESIVS. *Legendum forsitan* HYPAEPESIVS, *quanquam gentile apud Stephanum sit* HYPAEPENVS. *nam* Hypaepae *una est urbium Lydiae. Lydia enim urbes habet Philadelphiam, Hypaepas, Magnesiam, & Sardis Croesi regiam, totiusque regionis caput. Profecto quacunque adhibita diligentia reperire numquam potui, quod nam gentile nomen sit* τὸ IPESIVS. *Finitimum aliquem locum Lydiae ea voce designari non dubito. Caelatoris aliquod erratum forte latet ob* PAE & PE *similes syllabas. Neque enim sphalmatis quandoque vacant & ipsa Augustei, aureique aevi pretiosa monumenta. In una huius aeneae Tabulae parte legitur* PHRYGIO. *in altera* PHRYGIA. *in una*, IN ARA GENTIS IVLIAE, *in altera* IN ARA GENTIS IVLIA.

Notandum in hac, & in aliis formulis Honestae Missionis constanter legi CONVBIVM, *non* CONNVBIVM, *contra Aldum in Orthographia, qui duplici* NN *vult scribendum ratione compositionis. Sic quoque scribitur in Virgilio Mediceo maioribus literis exarato. Neque etiam absque animadversione praetereundum adverbium illud* DVM. TAXAT *illo puncto interiecto bis scriptum. Eo modo sculptum visitur etiam in Veneta Tabula Honestae Missionis apud Gruterum pag.* DLXXIIII. 2. *quasi unaquaeque vox ex se aliquid separata significet.*

Observanda quoque characterum forma, transversae lineae, & ductus, qui aliquando ad dexteram magis vergunt, pro celeriori scribendi facilitate. Cl. V. Philippus Senator Bonarotius in Praefatione ad Observationes in Fragmenta Vas. Vitr. Coemeter. pag. XXII.

eru-

erudite observavit in aversa huius aeneae Tabulae facie, in qua militum Veteranorum nomina recensentur; U*; rotunda inferius forma sculptum; qua etiam forma signatum vidit, ut ipse testatur, in Fragmentis, quae ad Acta spectant Fratrum Arvalium; Romae extra moenia via Portuensi repertis, anno* 1699. *&* *ego apud Fabrettum Inscript. Antiq. Cap. VI. pag.* 441. *num. VI. in quodam fragmento ad Fratrum Arvalium Collegium pertinente, reperto in impluvio Coenobii S. Priscae sub Aventino. Nec inobservata videtur praetermittenda litera* G*, quae ut in Duilliana Columna rostrata, & in nonnullis aliis veterrimis monumentis, absque adiuncta basi, τοῦ* C *forma, heic interdum repraesentatur; necnon litera* A *hoc modo* Λ *absque transversae lineolae sectione; quae tamen crebrius, non vero semper hic ea forma scribitur; quam etiam praeferunt laudata Fratrum Arvalium Fragmenta, Numismata, & vetusti plures Lapides, & Virgilius Mediceus.*

Observatione pariter dignus singularis ille apex in tota hac Tabula, quo E *in voce* ARTÉMONIS *accentu acuto more Graecorum notatur. His enim aureo quoque Augustorum aevo tum aere, tum marmore insculpta monumenta signantur; quod superius pag.* 213. *cum Fabretto notavimus.*

Nonnullis hisce observationibus, sequentes doctissimas Viri Cl. Antonii M. Salvinii addimus pro coronide. Quid si VDIC legamus V*eterani* DIC*ti?* quasi is sit indiculus eius rei, quae in aenea Tabula continetur, ut nos in dorso chartarum nostrorum contractuum, nomen contractus compendio indicamus. An V*eneri* DIC*ata?* supple, *tabula.* quasi Venus rei gestae testis advocetur, ut facere solent fidem suam obligantes iurantesque. Homerus. ἴστω Γαῖα. *Sciat Terra*; & quae sequuntur. vel forte denique, quia haec Tabula in AEde Veneris condita fixaque fuerit. & in AEdibus Deorum huiusmodi monumenta publicae notitiae ac tutelae caussa asservabantur.


Quod punctum non sit appositum post V, ante τὸ DIC, id passim in Inscriptionibus, & veteribus Codicibus observatur; ut in Codice antiquissimo T. Livii Mediceo *aclaudius*, idest Appius Claudius, & praenomen *Apicii* coquinariae

rei

rei peritiſſimi ex antiqua Italica interpretatione epiſtolarum Senecae eruitur, in qua legitur *Mapizio*, ideſt Marcus Apicius.

In aeneo orbe, veluti numiſmate, huiuſce moduli.

46



46. *Pondus antiquum reor. In antica facie ita legendum videtur* Vir inluſtris Valentinus Praefectus Vrbis. *Quamquam Praefectus Urbis in vetuſtis lapidibus vir Clariſſimus appelletur, tamen quandoque & inluſtris dicitur: ut in Gruteriana pag. MCXIV. 6. quam P. Mabillonius in Analectis T. IV. pag. 495. integriorem, emendatioremque dedit, & ex eo Fabrettus Cap. VII. pag. 529. n. 382. Quis fuerit hic Valentinus Urbis Praefectus, & quo tempore floruerit, adhuc reperire non potui.*

In aeneo Vaſe, amplo ore, & latis labris.

47 MENSVRAE AD EXEMPLVM
EARVM QVAE IN CAPITOLIO SVNT
AVCTORE SANCTISSIMO AVG . N
NOBILISSIMO CAES
PER REGIONES MISSAE CVRA . . . D . SIMONIO
IVLIANO PRA . . . . . . VRB . C . V.

47. *Romanum Modium fuisse hoc vas docti viri existimarunt. Continebat viginti quinque libras tritici. Fato quodam sibi ereptum cum aliis duobus monumentis, quae subdimus, adhuc dolet, Cl. V. Petrus Andreas Andreinius. Utinam haud periisse aliquando constet! Laudarunt plures Antiquitatum cultores, & investigatores praestantissimi, qui illud viderunt, & prae manibus habuerunt; inter quos Langermannus apud Reinesium Cl. IV. num.* 16. *qui perperam apud Senatorem Carolum Strozzam, a quo forsitan tantum apographum acceperat, extare dixit. P. Iohannes Mabillonius protulit in Itin. Ital. pag.* 187. *& apud Andreinium reperiri dixit. Postremo & ipse Fabrettus publici iuris fecit, Inscr. Antiq. Cap. VII. pag.* 528. *num.* 380.

CVRA ... *id.* CVRANTE. ἐπιμελȣμένȣ. PRA...... VRB. C. V. *videlicet* PRAEFECTO VRBIS CLARISSIMO VIRO.

In Lapide nigerrimo, atque durissimo, pondus antiquum unciarum III. *& scrupulorum* VIII.

48

EX AVCTOR
Q. IVNII. RVSTICI
PR. VRB

In aeneo Collari cuiusdam Servi fugitivi.

49 TENE ME QVIA FVGIO ET REVOCA ME
IN VIAM LATAM AD FLAVIVM D. M

48. *Q. Iunii Rustici nomen praefert aliud antiquum pondus, ni forte idem sit, apud Gruterum pag. CCXXII.* 1. *& apud Sponium*

Miscell.

Miscell. Erud. Antiq. lect. IX. pag. 303. Fabrettus Inscr. Antiq. Cap. VII. pag. 526. de eius munere Scaligero non assentitur, qui Praetoribus Urbanis illud accenset, tam in Indice Magistratuum, quam propriorum nominum; illi est Praefectus Urbi; quem consulere lectores non pigeat.

Egregio summoque labore Hebraeorum, Graecorum, & Romanorum veteres mensuras, pondera, & nummos ad analogiam Florentinam, aliarumque praecipuarum Urbium Europae revocare contendit Bernardus Benvenuti Florentinus, Antiquitatum, humaniorumque literarum studio excultissimus; quod opus ineditum adservatur in Mediceo locupletissimo Antiquorum Monumentorum Archivo, cuius custodiae praeest Laurentius Marianius Flor. vir nostra aetate Patriarum Antiquitatum scientia, & eruditione percelebris, qui perhumaniter illud nobis communicavit.

49. Primus luce donavit T. Mabillonius in suo Itin. Ital. pag. 119. ex eo Fabrettus, Inscr. Antiq. Cap. VII. pag. 522. num. 359. verum non ex plumbo, sed ex aere fuit. Plura attulit fugitivorum Collaria Sponius Miscell. Erud. Antiq. Sect. IX. pag. 300. & 301. & Fabrettus Cap. VII pag. 522. & 523.

In aenea lamella huiusce prorsus moduli, & characterum formae quae habetur una ex Sortibus Praenestinis, vel Antiatibus.

50



50. Iohanni Petro Bellorio Antiquariorum omnium Coryphaeo celeberrimo haec haud contemnenda interpretatio visa est, quam per epistolam Roma scriptam X. Kal. Apriles CIↃ·IↃ·C.LXXXVII. *viro amicissimo suique amantissimo Petro Andreae Andreinio proposuit:* Videtur intelligendum; sortem mendacem non esse in rebus iam dictis, verum stultitiae quoddam genus esse rursus eam consulere. *Sed de eius interpretatione non est cur laboremus. Nam*

verba

verba, seu oracula, quae in hac, & in aliis similibus tabellis notata, & sculpta sunt, fere nihil ex se significant, sed ad mentem consulentis traducta, vel ad tempus locumque accommodata, praetendere aliquid videbantur. Quare dubias appellavit Propert. lib. II. Eleg. 32.

Nam quid Praenestis dubias, o Cynthia, sortes,
Quid petis Aleaei moenia Telegoni?

De his Sortibus Praenestinis luculenter egit Iosephus Maria Suaresius Episcopus Vasionensis, vir summi ingenii, atque doctrinae in Praenestes Antiquae lib. I. Cap. XIV. ubi plures edidit Sortes ante pag. 37. inter quas & illam, quam inter Inscriptiones Musei Medicei superius attulimus pag. 73. n. CCII. Ex Museo Chisio aliam protulit Fabrettus Inscr. Ant. Cap. IX. pag. 669. n. 530. & pag. 668. erudite plura notavit.

In Urna vitrea quadrilatera subviridis coloris, alta ped. I. unc. I. rotundo ore, alto unc. I. cum semisse, lata unc. VIII. in cuius fundo sigillum literis encausticis.

51



Tessera gladiatoria eburnea quadrilatera, Antiquariis hactenus incognita.

52

TEOPROPV

FABI

SP.A.D.VII.K.OC

L.DOM.AP.....

51. *Surculi illi, qui in hac vitrea Urna visuntur, alludere videntur ad nomen* BLASTI; *nam Gr.* Βλαστὸς, *Lat.* Germen, *seu* Surculus *est*. *An sit hoc artificis vitrarii nomen, an eius viri, cuius cineres in hac Urna forsitan reconditi fuerint, haud facilis negotii est statuere; patera media cum surculis, seu virgultis hinc inde persaepe in cippis sepulcralibus occurrit.*

53 EROS ASINI
ATRIENSIS

54 ASINIA HOS
NVTRI
AGRIPPI


Haec Tabula marmorea inventa fuit in Neapolitano mari, una cum parva Urna; deinde ante casam cuiusdam Eremitae fixa, quae Puteolis laeva, qua itur ad Arcum Felicem, medio fere miliario distabat. Anno CIϽ·IϽ·C.LXXXXVIII. *Februario Mense, noctu, a quodam clam subrepta est, & ultra montes asportata.*

55 D M S

NON SVFECERAT VNO DOLORE
MISEROS BIBERE PARENTES
QVOD IAM VNAM NATAM OMISER
ANT ANTE ECCE NVNC ET ALIAM
SAEPELITAM VNO DOLOREM
QVOD IAM PROPE NYPPTVMYSERAE
DEFVNCTAE SVNT AMBAE SET
QVI DOLOR ABS TE NOBIS HARMO
NIA RVFINA RELICTVM EST VT ANNI
S. XIII. M. VI. D. XXVI. NOBISCVM AD
VIXERIS VNA ET NOS OPTAMVS
AD VOS PROPERARE PARENTES
EGO PATER HARMONIVS IANVA
RIVS CVM BESTRA MATREM
QVE GEMVIT VIBET ET DOLET CLO
DIA TROPHIME NEC DVITA
MVR ENIM VITA CARERERM

INSCRIPTIONES ANTIQUAE FLORENTIAE IN MUSEO NOBB. DD. E CERRETO HODIE CERRETANI.

1 *Arcula marmorea semirotunda.*



1. PONTVLENA *gens, Antiquariis hactenus incognita, hic primum e tenebris vetustatis emergit*. Delphicus *pater tacuit suum praenomen, & gentilitium nomen; quasi ex* C. Pontuleno Coeno *filio dignosci voluerit*.

Siglae postremi versus H. ARAM. S. Q. L. H. I. I. *haec significant* : Hanc Aram si quis laeserit habeat Isidem iratam, *vel* Inferos iratos. *Diras huiusmodi obnuntiationes colligit ex Grutero Fabrettus*, *Inscr. Ant. Cap. II. pag.* 109. *quas heic repetere supervacaneum*. *Diras Aurelii Chresti in Graeco marmore expressas*, *quod affert Sponius Sect. X. pag.* 346. *Placiae repertum in Coemeterio Armeniorum*, *libet adtexere*. ΕΙ ΔΕ ΤΙΣ ΤΟΛΜΕΣΕΙ ΕΤΕΡΟΝ ΚΑΤΑΘΕΣΤΑΙ ΕΣΤ ΕΑΥΤΩ ΠΡΟΣ ΤΟΝ ΘΕΟΝ. *idest*; si quis vero ausus fuerit alium hic deponere, sit illi penes Deum. *Minis etiam dirisque precationibus usus est D. Gregorius Nazianzenus geminis Epigrammatis*, *ut a tumulo V. Cl. Martiniani inimicas manus averteret*; *quae inter Anecdota Graeca edidit pag.* 4. *eruditissimisque notis illustravit V. Clariss. Ludovicus Antonius Muratorius*, *Historiae*, & *eruditionis amplificator celeberrimus*, *ac praestantissimus*; *qui etiam pag.* 7. & 8. *Graecam Inscriptionem*, *quae Athenis habebatur*, *protulit*, *ex Codice Ambrosianae Bibliothecae*, *poenis*, *terroribus*, *minis*, & *execrationibus multo maxime refertam*: *Viguit namque hic mos cum apud Ethnicos*, *tum apud Christianos*, *dirarum obnuntiatione Sepulchri violatores deterrendi*, *ut suorum cinerum quieti*, & *decori prospicerent*. *Notandum obiter hanc Arculam Arae nomine donari*; *id haud raro in Inscriptionibus occurrere*, *notavit Fabrettus Inscr. Ant. Cap. II. pag.* 107. *De ludicris huiusmodi*, *quibus puerorum praesertim monumenta insigniuntur*, *nonnihil inferius libabimus*.

In Arca quadrata marmorea ornata capitibus arietinis, *aquilis*, *encarpo*, & *calatho iacente*, *pleno fructibus*, *ac floribus*, *quos carpit avicula*.

2

DIS MANIBVS
C. LIVI. C. L. SOTERICI
LIVIA. DELPIS
CONIVGI. BENEMERENTI

In Arcula marmorea, *in qua duo Genii super delphinas sedent*, & *dextra manu encarpum sustinent carpente avicula*, & *gryphibus in lat.*

3


DIS M. TREBONIAE
VERECVNDAE. L. COE
LIVS. SVRVS. CONI
VGI. B. M. F

2. LIVIA. DELPIS. *forte* DELPHIS. *vel* HELPIS. *Elpis*, Spes *Latinis scribitur cum aspiratione, ut videre est in Inscriptionibus sexcentis. In Gruteriano Thesauro pag. DCCCLXXVII.* 10. *ex Scaligero, legitur alter titulus:* LIVIA. HELPIS. LIVIA FLORA. OLLAM. DAT.

3. SVRVS. *idest* SYRVS. *Edidit Gruterus pag. DCCCXXXV.* 6. *& Romae extare dixit in S. Mariae Candeloro, sed in ultimo versu his literis singularibus mancam* B. M. F.


In Arcula perpulchra marmorea ornata encarpo, aviculis, & capitibus arietinis.

4



In Arcula eleganter ornata corona teniolis vincta, Hammonibus, encarpo, & aviculis.

5



4. PETRONIÆ MVSÆ. *Huius pariter cognominis fuit Antonius Musa celeberrimus, & praestantissimus Augusti Medicus apud Suetonium, cuius item meminit Horatius lib.* 1. *Epist. ad* C. *Nummonium Vaalam, & Plinius lib.* 79. *c.* 8. *Eodem denominantur etiam plures mulieres in vetustis Lapidibus, quas omnes recensere non vacat. Aliam Petroniam Musam, quae sibi vivens titulum ponit, affert in Patavino Marmore Gruterus pag. DCCCCXX.* 15. *aliam Sponius Miscell. Erud. Antiq. Sect. II. pag.* 46. *in Romana Basi in Hortis Burghesiis, latine praeposito nominis titulo, & sequenti Graeco Epigrammate longe conspicuam; cuius primos tantum quatuor versus dedit; reliquos octo, immo totam integram Fabrettus Inscr. Antiq. Cap. IV. pag.* 287. *n.* 215. *ni duo antiqua epigrammata in unum concinnata fuerint.*

PETRO-

PETRONIAE MVSAE

ΤΗΝ ΚΥΑΝΩΠΙΝ ΜΟΥΣΑΝ ΑΗΔΟΝΑ ΤΗΝ ΜΕΛΙΓΗΡΙΝ
ΛΕΙΤΟΣ Ο Δ ΕΞΑΠΙΝΗΣ ΤΥΜΒΟΣ ΑΝΑΥΔΟΝ ΕΧΕΙ
ΚΑΙ ΚΕΙΤΑΙ ΛΙΘΟΣ ΩΣ Η ΠΑΝΣΟΦΟΣ Η ΠΕΡΙΒΩΤΟΣ
ΜΟΥΣΑ ΚΑΛΗ ΚΟΥΦΗ ΣΟΙ ΚΟΝΙΣ ΗΔΕ ΠΕΛΟΙ
ΤΙΣ ΜΟΥ ΤΗΝ ΣΕΙΡΗΝ ΑΚΑΚΟΝ ΚΑΚΟΣ ΗΡΠΑΣΕ ΔΑΙΜΩΝ
ΤΙΣ ΜΟΥ ΤΗΝ ΓΛΥΚΕΡΗΝ ΗΡΠΑΣ ΑΗΔΟΝΙΔΑ
ΝΥΚΤΙ ΜΙΗ ΨΥΧΡΑΙΣΙΝ ΑΦΑΡ ΣΤΑΓΟΝΕΣΣΙ ΛΥΘΕΙΣΑ
ΩΛΕΟ ΜΟΥΣΑ ΕΤΑΚΗ ΔΟΜΜΑΤ ΕΚΕΙΝΑ ΣΕΟ
ΚΑΙ ΣΤΟΜΑ ΠΕΦΡΑΚΤΑΙΤΟ ΧΡΥΣΣΕΟΝ ΟΥΔΕΝ ΕΤ ΕΝ ΣΟΙ
ΛΕΙΨΑΝΟΝ ΟΥΚ ΕΙΔΟΥΣ ΟΥ ΣΟΦΙΗΣ ΠΕΛΕΤΑΙ
ΕΡΡΕΤΕ ΜΕΡΜΟΥΡΑΙ ΘΥΜΑΛΓΕΕΣ ΑΜΜΟΡΟΙ ΕΣΘΛΗΣ
ΕΛΠΙΔΟΣ ΑΝΘΡΩΠΟΙ ΠΑΝΤΑ Δ ΑΔΗΛΑ ΤΥΧΗΣ

Vir Clariss. Antonius Maria Salvinius bis totidem elegantissimis versibus.

Lusciniam nigris oculis Musamque canoram
Hic mutam tenuis urna repente tenet.
Atque lapis veluti: sapiens. celebris iacet illa
Musa decora: haec o sit tibi terra levis.
Daemone quo a nocuo rapta est innoxia Siren?
Lusciniam dulcem quis rapuitve meam?
Heu gelidis guttis una tu nocte soluta,
Musa: intabescunt lumina & illa tua.
Aureum & os clausum: formae nullae amplius in te
Relliquiae; Sophiae nulla & imago manet.
Mordax cura vale: Mortalis spei bonae exors:
Cunctaque Fortunae non manifesta cluent.

Marmorea haec Basis in secundo versu habet ΛΕΙΤΟΣ ΤΥΜΒΟΣ, ideſt, λῖτος τύμβος; *tenuis urna*, vel *sepulcrum*; perperam igitur apud Sponium, & Fabrettum Latine versum est *publicum Sepulcrum*; λειτουργία. *publica functio*. Sed persaepe in Graecis Nummis, & Inscriptionibus iota longum EI legitur, ut ΦΑΥΣΤΕΙΝΑ. ΝΕΙΚΗ pro Φαυςῖνα, & Νίκη, *Faustina*, *Victoria*. & EI pro I longo, in Gazensium nummo in honorem Hadriani cuso, hac epigraphe: ΓΑΖΑ ΕΙΩ, ideſt, *Gaza Io*; nam Gaza, *Ione* quoque appellata est, uti tradit Stephanus, propterea

propterea quod illuc Io adnavigaverit, ibique morata fuerit; ob quam interpretationem eximia me laude cumulavit Doctissimus, ac Clariss. Vir Henricus Noris, in praestantissimo Opere de Epochis Syro-maced. Dissert. V. pag. 423.

In quincto versu Fabrettus exscripsit ΚΑΚΙΣ; sed videtur omnino legendum ΚΑΚΟΣ, ut versui sua elegantia, & sensus restituatur.

In sexto versu ΜΟΥΤΗΝ, idest μȣ τὴν duarum vocum, pronominis, & articuli, monstrosum fecit verbum *Muten* quicumque ille fuit, qui Graeca in Latinum convertit; eaedem tamen voces in principio quincti versus ei occurrerant. Sed huic errori, iunctura fortassis duarum vocum a quadratario facta in marmorea Basi, ansam dedit; O rem ridiculam, & iocosam! Multa his similia doctorum virorum diligentiam fefellerunt. Duo hic praetereunda minime videntur, quae castiganda omnino sunt. Octavius Falconerius Florentinus vir sane doctus, & Antiquariae rei peritissimus Marmoream Basim Donarii Nicomedis Medici AEsculapio Servatori dicatam eruditis notis illustrans, in sexto versu ΜΑΤΡΟϹ ΑΠΑΡΤΙΤΟΚΟΥ, vertit: *matris, quae recens peperit*, quum duabus vocibus ex una factis, ΑΠ ΑΡΤΙΤΟΚΟΥ, idest ἀπ' ἀρτιτόκȣ legendum fuerit, & interpretandum *matre a puerpera*. Simili prorsus modo lapsus in sequenti versu ΔΑΙΔΑΛΑωΝ ΜЄΡΟΠЄϹϹΙΝ ЄΜΗϹΑϹ ϹЄΙΟΒΟΗΘЄ, quum ita vertit *Adornans mortalibus extulisti Seioboethe*, haud distinctis duabus his vocibus ϹЄΙΟ ΒΟΗΘЄ, & in una comprehensis; vertendum enim erat *tui Boethe*; in quae loca turpiter lapsum & ipsum Sponium postea animadverti in Miscell. Erud. Antiq. Sect. IV. pag. 132. & 133. Ita si forte *Seiomyron*, quemadmodum hic *Seioboethus*, conversus esset in epigrammate Anthol. lib. IV. in buculam Myronis; id esset sane ridiculum portentum.

(ΑΛΛΑΘΕΙΣ
ΣΕΙΟ ΜΥΡωΝ ΔΑΜΑΛΕΙ ΠΑΡΑΚΑΤΘΑΝΕ ΜΟΣΧΟΣ
ΚΑΙΤΑΧΑ ΠΙΣΤΕΥωΝ ΧΑΛΚΟΝ ΕΣωΘΕΝ ΕΧΕΙΝ.

Myronis egregii Sculptoris eiusque operum meminit Cicero lib. IV. in Verrem Orat. IX. itemque Boethi Sculptoris

ris eximii, de quo etiam Plinius lib. XXX. cap. 12. ait *Proximi ab eo* [Mentore] *in admiratione Acragas, & Boethus, & Mys fuere. Extant hodie omnium opera in insula Rhodiorum. Boethi apud Lindiam Minervam; Acragantis in templo Liberi Patris, in ipsa Rhodo*. Et lib. XXXIV. c. 8. *Boethi, quamquam argento melioris, infans eximie anserem strangulat. Atque ex omnibus, quae retuli, clarissima quaeque in Urbem iam sunt dicata a Vespasiano Principe in Templo Pacis, aliisque eius operibus, violentia Neronis in Urbem convecta, & in sellariis Domus Aureae disposita.*

5. **TVLLIOLAE V C.** *f.* Virginis cariſſimae. *Virginitatis laudem multi fecerunt & ipsi Ethnici. Vide Fabrettum Inscr. Antiq. Cap. III. pag. 144. & Cap. VIII. pag. 567. ubi plures in huius rei testimonium affert Inscriptiones. Nam verecundia, & modestia virginalis suas illecebras habet. Tibullus lib. I. Eleg.* IV.

Hic, quia fortis adeſt audacia, cepit: at illi
Virgineus teneras ſtat pudor ante genas.

6



6. *Gentis Ogulniae Sepulcrum post* 11. *lap. Viae Appiae ad dexteram fuisse tradit Fabrettus Inscr. Antiq. Cap. II. pag.* 68. **APHRODISIA**. ideſt *Veneria*.

7.

7 *In Urnula elegantissima.*

D M
P. AELIO . MYRONI
C. PETRONIVS
NARCISSVS
AMICO . B . M . FECIT

8 *Tabula marmorea.*

FLAVIAE MARCELLINAE
FLAVIVS CERDO
PATRONAE BENEMERENTI


In Cippo marmoreo, mulieris sigillo ornato simpulo, & patera in angulis.

9

D M
C. IVLIVS . ATHENAEVS
SIBI . ET . IVLIAE
PRIMITIVAE . CON
IVGI . KARISSIMAE
FECIT
VIX . ANN . XXXV
M. VI. D. XVIII
ET. C. IVLIO. C. F. IVLIANO
VIX. ANN. XVII. D. VIII

Urna fictilis cineraria alta ped. I. *lat. unc.* VIII.

10



10. *Plura extant in hoc Museo monumenta hieroglyphicis notis, & AEgyptiorum Numinum signis insculpta; binae quoque arcae Mumiarum ligneae, hieroglyphicis variisque coloribus, mirum in modum lucentibus, eleganter depictae, quas vulgavit, quum sui iuris essent,* Cl. V. *Iohan. Nardius Florent. Med. D. post Commentarium suum in Lucretium.*

tium. Huius tam eximiae Antiquitatum supellectilis amplificator egregius fuit Iohannes Baptista Eques, & Senator Cerretanius, vir cum dignitate, tum eruditione, & Iurisprudentiae laude praestantissimus; qui etiam multo studio sumtuque singulare sibi condidit Cimeliarcheum Florenorum Monetarumque antiquarum omnium, quotquot reperiri potuerunt, tum Reipublicae nostrae, tum aliarum exterarum, & regnorum, & urbium; quod, post eius immaturum obitum, etiam nunc auget Augustinus Maria Frater Canonicus Florentinus, vir optimus, cuius etiam non ultima laus est literas colere, & literarum studiosis omnibus favere.

II *In Tab. marm. alt. unc.* XIV. *lat. ped.* I. *unc.* I.


POPILLIA FELICVLA PIA SANCTA
CARA SVIS ET MENOPHILO CONIVGI
ET COLLIB SVO. V. A. XIIX.
HVNC EGO NVNC TITVLVM STATVO
TIBI CARISSIMA CONIVX
LVCTVOSVMQ MIHI QVI SCIO QVID FVERIS
EXTREMVM OFFICIVM QVONIAM TIBI
REDDERE COGOR
ET MERITO HOC FIERI TESTIS ET IPSE LOQVOR
NVNC VOS CONTESTOR MANES QVIBVS
OSSA RELINQVO
TELLVS HVIC TVMVLO NE GRAVIS
ESSE VELIS

II. *Gruterus pag.* DCCCCLXXXX. 10. *exhibet Aram marmoream Romae in Domo Ursinorum, e regione Palatii Cardinalis de Valle, hac ipsa epigraphe insculptam. Supra primum versum legitur* DIS MAN. *qui titulus heic omittitur. Literas post* LVCTVOSVMQVE *discriminat in medio sculpta aquila subvolans, qua etiam caret haec Tabula; procul dubio falsa, & supposititia; exscripta tamen*


ab illa

ab illa vera. Extat Florentiae & alia huic omnino similis, eiusdem forsitan pseudographicae manus, in AEdibus Nobilium Rodulphiorum, in via vulgo [Maggio] *h. e. maior, appellata; ipsumque marmor, ut antiquum videatur, aut suspicari quis possit, arte quadam fucatum est, vel igne, vel fumo denigratum.*


Arcula fictilis picta Etruscis characteribus ex atramento.

12


Arcula marmorea absque titulo.

13


In marmorea Tabula.

14


13. Sepulcrum ἀγράμματον, & si fas est Latinis dicere, *illiteratum.*

Plures cum Arcas, tum Sarcophagos variis in locis Florentiae, & Pisis observavimus titulo vacuos; verum haud carentes tabula ad titulum excipiendum. Extant in Hortis Mediceis, vulgo (Boboli *) tres Sarcophagi, Geniis moerentibus, figuris columnisque spiralibus striatis ornati, nuda vero tabula, muta, ac tacente in medio; Urnae itidem plures semirotundae, & Arculae quadratae in Regio Museo Mediceo, & in Suburbano Museo Villae Stroziae ad Montem Hugonis. Perpulchram addimus Arculam apud Nobilem Franciscum Guicciardinium, quam supra notavimus pag.* 230. *n.* 14. *Probabile valde est, veteres Sculptores in officinis suis paratas eas habuisse, ut emtorem opperirentur suum, qui titulum, quem vellet, vel sibi, vel suis aptaret, & quadratariis traderet insculpendum. Hinc ansa, credo, praebita falsariis lucricupidis inscribendi quidquid velint. Quod pleraeque Inscriptiones falsae sint atque suppositae, nullus dubitat, qui in hac palaestra vel minimum sit versatus. Hanc Spartam exornat Scipio Marchio Maffeius Veronensis, tum nobilitate, tum omnigena eruditione, tum acri iudicio praeditus; tum omnis Antiquitatis diligentissimus scrutator.*

14. **AΛΛIANTHIDE**, *pro* **AMIANTHIDI**. Αμιάντιδι. *immaculatae*. nomini boni ominis.

A, sine linea transversa, semper scribitur in antiquissimo Virgilio olim Carpensi, nunc Mediceo.

Fragmentum Sarcophagi marmorei.

15 ΕΜΩΝ ΛΕΧΕΩΝ CΩΦΡΟCΥΝΗ



INSCRIPTIONES ANTIQUAE FLORENTIAE APUD MARCHIONES NICOLINIOS.

In AEdibus eorumdem prope Nobb. Pactios.

1



I. MArmorea haec Tabula lignariis instrumentis insignis, *alta* p. III. *unc.* XII. *lata* p. II. *inventa fuit in agro Antellensi, VII. circiter ab Florentia lapide. In zophoro, pampinis, botris, encarpis foliaceis e craniis bubulis pendentibus eleganter ornatur. Mos* im-

imponendi Sepulcris artis instrumenta, quam defunctus profitebatur, cum apud Graecos, tum apud Romanos usitatus, & frequens. His quoque veterum Christianorum Sepulcra insignita; quemadmodum egregium sane, ac pernobile Eutropii, ut videtur, Martyris, ex Museo Fabrettiano, quod eiusdem auctor exhibet Cap. VIII. pag. 587. num. CII; in quo varia ad sculptoriam artem pertinentia instrumenta conspiciuntur. Idem a maioribus nostris factum testantur plures vetusti lapides in nostrarum Ecclesiarum Coemeteriis, in quibus instrumenta artis insculpta persaepe artificem declarant. In Archimedis columella sphaera, & cylinder visebantur; quo indicio cognovit Cicero ibi sepultum Archimedem. Colligitur hic mos ex Homero in Sepulcro Elpenoris nautici viri, Odyss. XII. quem secutus Virgilius AEneid. lib. VI. ver. 232.

At pius AEneas ingenti mole sepulcrum
Imponit, suaque arma viro, remumque, tubamque,
Monte sub aerio: qui nunc Misenus ab illo
Dicitur, aeternumque tenet per saecula nomen.

V F. *idest* Vivens Fecit.

NEGOTIANTI MATERIARIO. hoc est *Negotianti lignario*. Gr. ὕλη. *materia, sylva*. Hisp. *Islas de la madera*. h. e. *Insulae lignariae*: Galli *bois* (*bosco*,) Lat. *Ligna*. Apud Vegetium, *Materiare*, est ex ligno conficere; & lib. II. c. 25. ait, *secures, ascias, serras, quibus materia, ac pali dedolantur*. Plautus architectis, & fabris materiarium adiungit in Mil. Gl. Act. 3. sc. 3.

Gruterus pag. CCCCLX. 7. *DCXLII. 6. MLXVII.* 10. *Materiarios Fabros produxit. Reinesius in Romana Cl. VIII. num. LXV. Fabrum Lignarium Machinarum Bellicarum Fabro Ferrario iunctum dedit; apud quem Cl. I. num. 2. pag.* 7. MACHINATOR *idem fortassis est cum Fabro Materiario.*

Primus eximium hunc lapidem edidit Fabrettus Cap. IV. pag. 274. *num.* 156. *verum absque delineatione lignariorum instrumentorum; & non ita exacte in* 7. *versu, in quo dedit* CONIVGI, *pro* COIVGI; *deinde P. Montfauconius Diar. Ital. pag.* 391. *verum non tam accurate, ut lectori conferenti patebit.*

In

In praegrandi Ara marmorea egregio opere elaborata, ornata in quatuor angulis capitibus hircinis, anseribus, gallis pugnacibus, encarpis, aviculis; in lateribus craniis bubulis, duplici Patera, ac Simpulo, itemque, quod hactenus nusquam observavimus, duplici hoc titulo.

2



2. P. FVNDANI. POLYBI. idest *Fundani Polybii*. Ita Mss. & Poetae veteres in genitivis. Virgil. AEn. lib. I. ver. 251.

Hic tamen ille urbem Patavi, *sedesque locavit*
Teucrorum, & genti nomen dedit, armaque fixit
Troia: nunc placida compostus pace quiescit.

In

In Cippo marmoreo ornato sigillo pueri circum redimito laurea corona.

3

Q. OCTAVIO.
MAGVLLINO
DVLCISSIMO. FILIO
MEVIA. T. F. CASTA
MATER

4

AMMONIVS
AMMONI . F
VIX . ANN . II
M III

POSVIT
MIMMIA
EPHESIA
NVTRIX

5

In Urna rotunda marmorea.

DIIS MANIBVS
M . VLPI . FELICIS . MIRMILLONIS
VETERANI . VIXIT . ANN . XXXXV
NATIONE . TVNGER
VLPIA. SYNTYCHE. LIBERTA CONIVGI
SVO DVLCISSIMO BENEMERENTI
ET IVSTVS FILIVS FECERVNT

6

D M
SVCCESSO
RI . VERNÆ
SVO . FEC
CLAVDIA
EVRESIS
QVI . VIX.
AN. III . M. VI. D
XVI

3. CASTA. Gr. κάστη. idest *ornatu digna.*
Protulit Graterus ex Lipsio pag. DCXCVIII. 2. cum Romae extaret in aedibus Maffeiorum.

5. *Apud eundem pag. CCCXXXIV. 3. ex Ursino.* MIRMILLONIS. *Digladiantium alter Retiarius, alter Mirmillo appellabatur.*

7

D M
T . FLAVIO
QVADRATO
B M
FLAVIA . ISIDORA
FILIO PIISSIMO

In Urna marmorea rotunda.

8

IANVARIO
AVG. L. GRATIANO
NOMENCLATORI

In operculo eiusdem.

AMANDAE . ELENCHI
HAEC . VIXIT . ANN . VIII

9

DIS MAN
C. SALLVSTIO
AMYCHO
FECIT
C. SALLVSTIVS
ANTIOCHVS
LIBERTVS . PATRO
. NO . SVO
IN . AGR . P . XIIS
IN . FRO . P XIIS

In Arcula marmorea perbelle ornata capitibus arietinis, in unoquoque angulo anseribus, & Gorgone in medio crinita anguibus, quos alii anseres carpunt.

10

DIS MANIBVS
P. SVLPICIO. NARCISSO.
CONTVBERNALI . PIISSIMO
PLAETORIA . L . F
MAXIMILLA

8. *Edidit Gruterus pag. MCXIII. 6. cum extaret Romae in Exquiliis prope S. Eudoxiae; verum in operculo* τὸ OSSA *non legi.*


9. AMYCHO. *In hoc versu, deleto eo cognomine, quod prius sculptum fuerat, hoc aliud alia manu substitutum est.*

Amycus, non *Amychus* Rex Bebrycum apud Virgilium, & Theocritum in Dioscuris. Amyche, *punctio* cum χ litera.

Nn *Ar-*

Arcula marmorea titulo destituta ornata aquilis, & Geniis encarpum sustinentibus.

11



Urna quadrata, ornata capitibus arietinis, e quibus pendet encarpus.


12



13



14




12. *Hic T. Statilius Eleutherus libertus fuit T. Statilii T. F. Tauri ex Ordine Corporatorum, qui pecuniam ad ampliandum templum contulerunt, Imperatore Caesare T. AElio Hadriano Antonino Augusto, ut in Romana Tabula apud Gruterum pag.* CXXVI, STORGE. *Amatio.*

14. PHAEDER. Φαιδρὸς, *Hilaris*. Quemadmodum Ἀλέξανδρος, *Alexander*; Μένανδρος, *Menander*; ἀγρὸς, *ager*. ita Φαιδρὸς, *Phaeder*.


Modo hic titulus non reperitur. Dedit Gruterus pag. MCXI. 3. Descripsi ex Schedis Caroli Senatoris Strozae Viri Clarissimi.

INSCRIPTIONES ANTIQUAE *FLORENTIAE.* IN MUSEO MARCHIONUM GUADAGNIORUM.

1 *In Ara marmorea.*



2 *In perelegantì Cippulo.*



1. SOLI INVICTO. In Graecis Inſcriptionibus Soli dicatis: ΗΛΙΩ ΑΝΙΚΗΤΩ.

D D. h. e. *Dono dat*, vel *dicat*, *dedicatque*. Gallorum lingua *dare*, dicitur *donare*; quos noſtri vett. Tuſci imitati ſunt.

2. MOSCHIDI. μοσχίδι. *Iuvenculae*. MOSCUS. legendum MOSCHUS. μόσχος. *Vitulus*, *iuvencus*. CORINTHIAS. κορινθιάς, ut Pythias apud Terentium, *Corinthia*.

F. C. *ideſt* faciundum curaverunt, *vel* coeravere.

In Arcula marmorea ornata capitibus arietinis, encarpo, aviculis, capite bubulo in medio, & duplici hoc titulo.

3

C. TERENTIVS . ACTIVS TATIAE . TYCHE CONIVGI . CARISSIMAE	C. TERENTIVS . ACTI VIX . ANNOS . LXXXV FECIT . TERENTIA THALLVSA . PATRONO . BENEMERENTI SVO

In marmorea Arca.

4

DIIS . MANIBVS
OGVLNIAE . PROBAE . FECIT
N . OGVLNIVS . HERMES
CONLIBERTVS . CONIVGI
CARISSIMAE . ET . SIBI.

In Urnula marmorea.

5

C.POMPONI
C. F. ARN
sic CAPITONI

In Urnula ornata Hammonibus, & encarpo, & faciebus Castorum.

6

FLAVIAE IONIDI
VIX . ANN. XXXXI . M. II
FLAVIA . CAENIS
FILIAE . PIENTISSIME . F. *sic*

In alia ornata encarpo, & aviculis.

7

D MAN
OFILIAE PRIMIGENIAE
Q . FABIVS . MARTIALIS
CONIVGI . CARISSIMAE

3. *Apud Gruterum cum mendo, pag. MCXLV. 6. e Boissardi exemplaribus, qui Romae extasse dicit in Hortis Iulii III. Pont. Max.*

4. N. OGVLNIVS. *idest* Numerius Ogulnius. *Gruterus quatuor viros e gente Ogulnia hoc praenomine insignitos profert, ut ex indice comperies.* *In*

In Arcula marmorea.	*In Arcula ornata Hammonibus, encarpo, & aviculis.*
8	9
MAXSIMO. LIBERO. VEN	D M
ATORI. OLGIA. VERA	C. ALLIO. FELICI
CONIVGI. PIENTISSIMO	C. ALLIVS. VERVS
B M F	PATRI. SVO. B. M. P

In Arcula marmorea.	*In Urnula ornata simpulo, & patera.*
10	11
D M	D. M. S
BETILIENAE	C. AELIVS. C. L
NICE	COSMIO
VIXIT. ANN. XXVI	VIXIT. ANNIS
MENSIBVS. VIII	LXX. VII. M. VII
DIEBVS. VIII	DIES. XXVI

8. VENATORI. *C. Ceionii Musici C. L. Venatoris meminit unico titulo Gruterus pag. MCXVIII. 2.*

10. *Ornatur haec marmorea Arcula pulcherrima, atque elegantissima duabus aquilis in unoquoque angulo, & quatuor capitibus arietinis. Subter inscriptam tabulam Silenus asello insidet facie, & corpore caudae obverso, sinistra pateram tenens, dextra levata, circumludentibus Satyro, qui praeit, & Fauno, qui comitatur.*

Asino insidere facie caudae obversa, ignominiae & opprobrii fuit apud Graecos, & ex Graecis apud Italos, ut ad Nepesinam Inscriptionem erudite observat Fabrettus Cap. II. pag. 111. *qui protulit hanc nostram Inscriptionem Cap. V. pag.* 383. *n.* 212. *viditque Romae penes Lapicidam ad DD. Sergii, & Bacchi.*

11. COSMIO. Κοσμίων. diminutivum, seu ὑποκοριστικὸν τοῦ Κόσμου.

In

In Arcula marmorea, ornata duobus Geniis in angulis encarpum tenentibus, & taeda accensa, sub tabula hoc modo inscripta.

12

O. D. M. C. VALERI. T
T. SVCCESSI. HIERO. T
B. ET. ROMANA. FILIOL
O. CARISSIMO. V. A. XI. S
M. XI. D. XIII

In aereis sigillis literis inversis.

13

P. IVVENTI
HERODIS

14

TITVLI
MARINI

15 *In alio simili.*

E∘X∘P Θ

In alio Sigillo literis inversis.

16

C. IVLI
LEGITIMI

In alio simili.

17

OMINO

18 *In Urnula marmorea.*



D. M. TI. CLAVDI. HERMAISCI
TI CLAVDIVS. ARPOCRATIANVS
LB BE ME

In alia.

19

MAGIAE
M. L
LEVCADIAE

12. O. D. M. *hoc est* Omnipotentibus Diis Manibus. *Ita etiam Fata omnipotentia vocantur in priscis lapidibus. Fatorum nomine mortem intellexerunt veteres. Apud Fabrettum Cap. II. n. XI. pag.* 87. *Dii Manes Fatorum arbitri appellantur.*

18. ARPOCRATIANVS. ab Arpocrate. ἀρποκρατιανός. LB BE ME. *i.* liberto benemerito, *vel* benemerenti.

INSCRIPTIONES
ANTIQUAE
FLORENTIAE
VARIIS IN LOCIS.

IN AEDIBUS NOBB. DONIORUM.

I

M. VLPIO LONGINO EQVITI
SINGVLARI . AVG . TVRMA
sic F . PLACIDI . NATIONE . BESSVS
MILITAVIT. ANNIS. VI. VIX. AN. XXVI
L . SENTIVS . FORTIS
PATER FECIT

Hic sculptus equus phaleratus, opertus stragulo ἐφιππίῳ, a quo pendet scutum, & pilum.

1. *IN Mediceis Hortis Florentiae extant duo marmorei Sarcophagi praegrandes, qui in lateribus, binis scutis, & brevi hasta transversa, quae post ipsa conspicitur, ornantur. Equitum Singularium Sepulcra fuisse videntur; nam scutis potissimum utebantur, ut de Sempronio testatur Lucanus; stabantque a sinistris Imperatoris in acie, Praetoriani autem a dextris.* Ta-

Tabula marmorea literis minio insignitis.

2

SOZOMENETI . ALVMNAE
AVDIENTI.
PATRONVS . FIDELIS.

In Arculae marmoreae fragmento

3

L . OCLATIVS
PRIMVS

2. Christianus titulus sua raritate, & simplicitate commendabilis. Σωζομένῃ τῇ τρόφιμῃ κατηχουμένῃ. Tertulliano Catechumeni dicuntur *Audientes*.

PATRONVS . FIDELIS . *cuius fuerit nomen* SOZOMENVS; *a quo alumna* SOZOMENE *denominata. Sozomenus, Ecclesiasticae Scriptor Historiae floruit saeculo V.*

4

D . M . TETTIO . HERMETI
SENIORI . ET . TETTIO . HERMETI
IVNIORI . DVOBVS . COLLIBERTIS
QVI . SVA . INPESA . SVPERFICIEM
REFECERVNT . ET . SIBI . ET . SVIS

5

D M
BERONICIANO
ALVMNO
DVLCISSI
VIX . AN

In Arcula ornata encarpo, & anserib. anguem carpentibus.

6

D M
CN . POMPEI
ARTEMAE
FECIT

In fragmento operculi sarcophagi, in quo mulier iacens cum catulo adblandiente.

7

. . . . . . AIAIDI . QVAE . VIXIT
. . . . . INIVS . IVLIANVS . AVIAE
. . . . PIISSIMAE . FECIT

4. SVA. INPESA. *In marmorea Arcula in Museo Suburbano Strozio* OLLA. EIVS SI QVI OVVIOLARIT. AD IFEROS. NON. RECIPIATVR. *Ita* Meses, *pro* Menses.

SVPERFICIEM. Superficies, & superficium legitur in vetustis lapidibus. V. Digestorum titulum *de superficiebus*.

5. BERONICIANO. Beronice AEgypti Regina. Catull.

E Beroniceo vertice caesariem.

6. ARTEMAE. Artemas, sive Artema, contractum ab Artemidoro; ut Herma ab Hermodoro; Nymphas, Νυμφᾶς, apud S. Paullum, ad Colofs. c. IV. ver. 15. a Nymphodoro.

8

D. M. S
A. FLAVIO. THEOPHILIA
NO. FEC. FLAVIA. SECVN
DA. FILIO. PIENTISSI. B. M
V.A. XVIIII. M. VIII. D. X. ET. SIB
ET. SVIS. LIB. LIBERTABVSQ
POSTERISQVE. EORVM

9

D M
MEMMIVS. SEX
PRIMANIO. PATERNO.
EQ SING. D. N
ET. AVRELIVS. EPONICVS
HERED. B M F

10

D M
IVLIO QVARTO EQV
SING. TVR. NIGRINI
NAT. PANN. VIX. ANN
XXXII MIL. ANN X.
VALATONIVS SECVN
DINVS. ET AVR. INPETRA
TA COIVX EIVS HERED
B M F

11

D M
IVLIA. SATVRNINA
C. IVLIO. CANDIDO. AVIO
DVLCISSIMO. BENE ME
RENTI. FECIT. QVI VIXIT
NIS. LXXXVII. HO
VNA

8. PIENTISSI. *Pientissimo*, hoc est φιλοστοργοτάτῳ ὁσιοτάτῳ.

πάτρῳ. Plato in Euthyphrone ὁσιότητα vocat *pietatem filii erga patrem*. Hic obiter animadvertendum est Platonis laudatum Dialogum, qui inscribitur περὶ ὁσιότητος, interpretandum esse *de Pietate*, non, ut perperam aliqui, *de Sanctitate*.

9. EPONICVS. *mallem* EPINICVS, *h. e.* Victor. *Notandi apices transversi pro punctis; qui sequioris aevi barbariem adstruunt.*

10. AVR. INPETRATA. Sic apud Graecos antiquitus ἐνπαίζειν, pro ἐμπαίζειν, & similia.

11. *Lege* QVI VIXIT ANNIS. LXXXVII. HORA VNA.

In Horto Nobb. Spigliatorum ad Clivum S. Georgii.

12

C. POBLICIO. C. L.
MAHETI
SEX. VIR. MAG. AVG
DECIMIA. M. L. PNEVMA
VXOR

13

PVPIA. PIE *tas*
SIBI. ET. P. SEP *timio*
CONIVGI. SVO. Q
GAL. PISIS. QV
AN

12. *Marmorea haec Tabula altitud. ped.* III. *latitud. ped.* IV. *reperta est anno circiter M. D. C. XVI. in agro Abbatiae Sancti Martini vulgò* (a Mensola) *inde Florentiam translata*.

SEX. VIR. MAG. AVG. *h. e.* Sex Viro Magistro Augustali. *De eorum munere in Coloniis, consulendus Reinesius Cl. I. num. CLXVIII. & Fabrettus cap. V. pag.* 403. *& seqq. qui etiam in hac perperam edidit* C. POLIBICO. *pro* C. POBLICIO *pag.* 408. *num.* 327.

PNEVMA VXOR. Quid hoc PNEVMA? πνεῦμα, forte femininum apud Latinos, ut schema apud Plautum: *cum servili schema*.

13. GAL. PISIS. hoc est *Galeria* (*Tribu*) *Pisis*. In hac Pisani suffragia ferebant.

Apud

Apud eosdem Tabula Marmorea alta ped. IV. *lata ped.* II. *unc.* XIV. *eruta Cascinae prope Pisas, Anno* CIↃ.IↃ.CXXVI. *inde Florentiam translata.*

14

V . F

CVLTORES · HERCVLIS

SOMNIALIS · DECVRIA . I

DIS · MANIBVS

SIBI . ET . POSTERISQVE . SVIS

II . QVI . INFRA . SCRIPTI . SVNT

Q. CAECILIVS . Q . F . GAL . LVCCEIANVS

Q. CAECILIVS . AMANDVS . AVG .

T . FABIVS . SEPPIANVS

L . ATILIVS . MODEST

SEX . SCVTARIVS . SVCCESSVS

M . LVCCEIVS . BACHYLLVS

L . . LAPPIVS . RECEPTVS

L . ATILIVS . SOTERICVS

A . CAECILIVS . EVTYCVS

L . OLGIVS . VENVSTVS

T . FABIVS . GALAESVS

L . CASTRICIVS . CARVS

M . MODIVS . MASCVLVS

FVSCVS

ALYPVS

PARIS

. DECIMIVS COSMVS CICERO

ALBIVS . IANVARIVS

PETRONIVS . EVCAERVS

RENTIVS . ABASCANTVS

IVS rVNDVS

14. *Alii quoque Herculis Cultores apud Grut. in Reatino marm. & Aquinate pag.* CCCXV. 6. 8. *loca Sepulturae sibi condunt, alteri in* FVNDO QVADRIGANO, *alteri in* FVNDO DOMITIANO, *certa agri definitione, ac mensura; quod quidem & hoc marmor ostenderet, nisi esset inferius fractum temporis, ac vetustatis iniuria. Igitur* HERCVLEM SOMNIALEM *Pisis cultum constat ex hoc Cippo*

non longe ea ab Urbe eruto; ibique Collegium, *seu Sodalitium Herculis Somnialis fuisse, quod Graeci* φρητρίαν, & ἑτερίαν *vocant; quod communis Numinis cultum, arcam communem, communia sacrificia, & epulum statis temporibus habuit. Pisis quoque suspicor Herculis Somnialis percelebre Templum, aut Fanum extitisse; nam veteres in Templis Deorum somnia quaerebant, ac petebant; eaque capiebant in lectis, quibus ovium, & vervecum villosas pelles supponebant, ut vera responsa consequerentur; quod clarissimis, Virgilii lib.* VII. *vers.* 85. *Plauti in Curc. Act.* I. *Sc.* I. *ver.* 61. *Tibulli, Propertii, Ciceronis, & Petronii, testimoniis apud eruditos omnes tritum est. Hac de caussa Hercules in nostro, & in alio apud Fabrettum marmore* Cap. X. *pag.* 692. *raro admodum vocabulo* SOMNIALIS *nuncupatur, Graece* ὀνειροπόμπος; *idest* praedivinorum somniorum immissor, *de futuris, de factis, de faciendis, de fugiendis. Apud Ciceronem ob indicium per somnium Sophocli factum de fure, qui pateram auream gravem Athenis subripuerat ex eius AEde, eo facto Fanum illud* INDICIS *Herculis nominatum est. Nam veteres, quos maxime credebant* ἀλεξικάκους, *videlicet* malorum expulsores, *eos etiam* ὀνειροπόμπους, Somniorum immissores *quammaxime colebant. Quis autem, ut Ciceronis utar verbis lib.* IV. *Tusc. Quaest. ut* Hercules tantus, ac tam praesens Deus? *Quare inter Deos somniorum immissores Hercules praecipuus habebatur; itemq; Iuppiter, a quo* καὶ γάρ τ' ὄναρ ἐκ Διός ἐστι, somnium est, *ut ait Homerus Iliad.* β. *& Mercurius, qui ab eodem in hymno appellatur* ἡγήτορ' ὀνείρων, somniorum dux. *Deinde Apollo, AEsculapius, Isis, Osiris, Serapis, Castor, & Pollux, & Manes quoque Dii, a quibus somnia proficisci autumabant. Somniorum quinque genera explicat Macrobius in Somnium Scipionis lib.* I. *cap.* 3. *quem luculenter illustravit Doctissimus, & Eloquentissimus Benedictus Averanius Dissertatione* XIX. *de Somniis in Euripidem. De huiusmodi vero Herculis* SOMNIALIS *cognomento adeo praeclare, & erudite disseruere Claudius Salmasius in Plinianis Exercitationibus Tom.* I. *pag.* 248. *Reinesius* Cl. X. *num.* IV. *Iustus Fontaninus de Antiquitatibus Hortae lib.* I. *cap.* 6. *pag.* 116. *ut aliud addendum non videatur post tantos viros, &* μὴ κόρος ἐλθὼν κνίσῃ, ne satietas veniens offendat *lectorem, ut Pindari in Pyth. Od.* VIII. *ore loquar.*

DECV-

DECVRIA . I. *Decurias de pluribus quam decem numero dici ex hoc marmore , & ex aliis pluribus constat ; uti & Centurias supra centum adscriptos milites continere observat Fabrettus Inscr. Ant. Cap. VI. pag.* 446.

Q. CAECILIVS . Q. F. GAL . LVCCEIANVS . *Hunc virum, qui in Decurialium Sodalium numero , ordine primus recensetur , quique solus honoris caussa* GALeriam *Pisanorum Tribum iunctam habet , arbitror huiusce Sodalitii Cultorum Herculis Somnialis Patronum fortassis fuisse . Ita in Inscriptione Musei Fabretiani Cap.* VI. *pag.* 448. *num.* XII. *Sodalitium Dei Silvani Pollentis Patronum habet* C. *Iulium Helpidephorum Cyrinum ; & Collegium Herculanorum Caeninensium in quodam fragmento Trebulano Patronum nominat Q. Livium Velenium , apud eundem Fabrettum Cap.* III. *pag.* 217. *num.* 564. *Post ipsum Q. Caecilium Lucceianum subsequitur eius frater Q. Caecilius Amandus Coloniae Obsequentis Iuliae Pisanae* AVGustalis .

Observo heic etiam quatuor nominari familias Pisanas , quae in Pisanis Cenotaphiis perhonorifice laudantur , scilicet Fabiam , Lappiam , Albiam , Petroniam . *Auspicibus iisdem Cenotaphiis , in vigesimoquarto , & quincto versu praenomen , quod deest in marmore , ita restituo ;* A . ALBIVS . IANVARIVS . TI . PETRONIVS EVCAERVS . *Ultimi versus lacunam , in quo pauculae adhuc supersunt litterae , Reinesius explet hoc nomine* C . CVRTIVS . C . L . IVCVNDVS . *Verum quid hic* C . L . *idest* Caii Libertus , *quum nulla in hac tabula censeantur libertorum capita ? Certe probabilior mihi videtur opinio Iusti Fontanini viri praecellentissimi , qui laudato in opere substituit ,* M . VLPIVS VERECVNDVS ; *ita quidem , ut hic Verecundus idem sit , ac ille , qui reliquas duas Inscriptiones Romae , & Hortae Herculi dicavit ; quod nomen egregie marmori quadrat .*

Reinesius refert Sodales istos ad tempora Hadriani , cuius rei rationem affert pag. 600.

Nunc operaepretium est ut dicamus a quibus edita , sed haud visa , nisi ex apographis , fuerit haec insignis Inscriptio . Primus omnium in lucem produxit Claudius Salmasius in Plinianis Exercitat. T. 1. *p.* 248. *sed decem mendis corruptam , quae plusculis aliis auxit post ipsum Reinesius Cl. X. n.* IV. *qui ab eo excepit ; & perperam cum eo*

Romae

Romae repertam, & ea in Urbe asservari dixit. Octavius Boldonius frustum quoddam huius Tabulae descripsit lib. V. Epigraph. p. 619. & male apud Carolum Strozium Senatorem Florentinum extare asseruit; apud quem apographum tantum fortasse viderit. Sponius ab eo truncam, & mendis depravatam accepit, & edidit Miscell. Erud. Ant. Sec. 3. pag. 100. n. 63. Postremo Fabrettus omnium emendatiorem se produxisse testatus est Cap. VI. pag. 429. num. 4. verum contra eum sunt menda, quae sequuntur. In versu 12. *dedit praeter marmoris fidem* M LVCCEIVS BACVLLVS. *In ver.* 14. L ATILIVS SOTERVS. *In ver.* 21. MYRVS. *marmor habet diserte* ALYPVS. *In ver.* 22. PARIS; *post hoc cognomen videntur reliquae literae scalpro ita abrasae,* PARIS ... *Ante haec cognomina* FVSCVS ALYPVS PARIS ... *conspicitur purum spatium. In v.* 23. DECIMIVS COSMVS, & *praetermisit quod sequitur* CICERO. *In* 26. *versu haec tantum* IVS BASCANTVS. *In versu* 27. *tres literas* IVS, *quae supersunt, omisit.*

15

D . M
VISIDIAE . L . F
FESTAE
INCOMPARABILI
VITAE
ET TV

16

CAFATIA . C . L
FAVSTILLA
VIX . AN
XXV
IN . F . P . X . IN . A . P . XII

15. *Erutum hoc marmor Florentiae auctor mihi est Carolus Senator Strozius, qui & alterum, quod subsequitur num.* 16. *Florentiae effossum docet extra portam, qua olim iter Faventiam.* VISIDIA & CAFATIA *Familiae antiquae Coloniae Florentinae hinc prodeunt in lucem, antiquariis hactenus ignotae.*

FESTAE. Graecum nomen EORTE alibi legitur.

ET TV. *Forte supplendum* VALE.

17

. S .
CAM : FVR :
GALL : EXP :
CAP : LIB : P :
CIV : CONS :
B . M . O
P . P . P

In Horto Nobb. Pacciorum.

18

M . PACCIVS
EPAGATHVS . SIBI
ET. PACCIAE. APAMEAE
VXORI. ET. LIBERTIS
LIBERTABVSQVE
SVIS . TESTAMENTO
FIERI . IVSSIT

In AEdib. Nob. Raphaelis Nardii.

19

Q. SAENAE. L. F. SCA. NAN
CRAMPONIAE . A. F. MAXIM
L . SAENAE . CELERI . FILIO.
Q. SAENAE . CLEMENTI . FIL.
L . SAENA . SATVRNINVS
FILIVS . FECIT
IN . FR. P. XII. IN. AGR. P. XII

Apud Nobb. Vecchietti.

20

PYLADES
VESTIARIVS

17. *Praefert hoc marmor M. Furii Camilli elogium, & gesta per compendiarias notas expressa; recenti plane manu, ac Minerva concinnata ex T. Livio. Bina puncta in nullis Romanis Inscriptionibus exculpta hactenus observavi. In Graecis unam vidi, Teiam scilicet Stelen, diris exsecrationibus refertam, quae veluti mirae Antiquitatis exemplar prodiit hoc anno M.D.CC.XXV.*

18. & 19. *Binas has Tabulas detexit, mihique indicavit Iohannes Vincentius Fantonius Angelottius Musarum egregius cultor, patriarumque antiquitatum studio, & eruditione commendabilis.*

20. VESTIARIVS. *Huius Pyladis officium forsitan fuit togam aliarumque vestium genera diligenter summoque studio, & arte plicare, ut apud Quinctilianum Instit. Orat. lib. x. c. 3. qui etiam in vetustis*

vetustis lapidibus dicitur varia appellatione VESTITOR. VESTIFICVS. VESTIPLICVS. A VESTE. *Vide Philippi Senatoris Bonarotae Observationes in Vasa Vitr. Coemeter. pag.* 158. *Notandum inane illud spatium in marmore ad alium titulum excipiendum, quod haud infrequenter in nonnullis occurrit.*

In Urna marmorea rotunda.

21

D . M
CIDIAE . PRIVIGNAE DVLCI
EIDEM
NON. INIVSTAE. NOVERCAE. L. ANTI
DEBITAE. SIBI . VXORIS. MEMOR. IN
VNIVS. ACERBISS. FVN. GEM. ORB. M
P

22

D M
T. CLEMENTI
ANETI
COIVGI BENE
MERENTI

21. GEM.ORB.M P. *h.e.* gemens orbatus merenti posuit. *Fabrettus vulgavit Cap. III. pag.* 202. *num.* 498.

23

D. M. LABERIAE
SECVNDAE
L. VIBIARIVS. LONGINVS
CONIVGI . B . M . F
ET . SIBI

24

OCTAVIA . MELIS
V. Q. FABI . Q . L . CHII
OCTAVIA.CALLITYCHE. V. A. IX

In AEdibus D. Dominici Nardii.

25

SILVANO AVG SACRVM
CRESCENS ALYPIANVS
IMP CAESARIS NERVAE
TRAIANI AVG GERM
DACICI DISP FISCI FR

25.

25. *Postremi duo versus legendi sunt* **TRAIANI AVGVSTI GER**manici **DACICI DISP**ensator **FISCI FR**umentarii; *qui impensarum Fisci Frumentarii rationes administrabat.*

In Sarcophago marmoreo in AEdibus eiusdem.

26

ΑΧΙΛΛΕΥC. ΕΠΑΦΡΑ. ΤΗ
ΙΔΙΑ ΓΥΝΑΙΚΙ. ΓΕΜΙΝΙΑ.
ΜΥΡΤΑΛΗ . ΜΝΗΜΗC
ΤΕΛΕΥΤΑΙΑC. ΧΑΡΙΝ.
ΤΗΝ COΡΟΝ ΕΦΩ. ΜΗΔΕ
ΝΑ ΜΗΤΕ ΠΩΛΗCΑΙ.
ΜΗΤΕ ΘΕΙΝΑΙ. ΕΞΟΥCΙΑΝ.
ΕΧΕΙΝ. ΠΛΗΝ ΕΙ ΜΗ ΤΙ
ΑΥΤΟC Ο ΑΧΙΛΛΕΥC.
ΠΑΘΟΙ ΤΙ ΑΝΘΡΩΠΙ
ΝΟΝ . ΕΙ ΔΕ ΤΙC.
ΕΚΒΑΛΗ . ΤΗΝ ΜΥΡ
ΤΑΛΗΝ . ΔΩCΕΙ.
ΤΩ ΦΙCΚΩ.
.Χ. / Β . Φ.

26. Idest. *Achilleus Epaphrae* [i. *Epaphroditi*] *filius. propriae uxori Geminiae Myrtale memoriae extremae gratia sepulcrum (posuit) ea conditione. ut nemo aut vendere. aut reponere facultatem habeat: nisi Achilleus ipse humanum aliquid patiatur. Sin autem quis eiecerit Myrtalen. dabit Fisco drachmas. seu denarios bis mille quingentos.*

Inter Pisana vetera Monumenta olim censebatur pernobilis hic Sarcophagus, longus ped. VI. *unc.* II. *altus ped.* I. *unc.* XI. *&* *latus ped.* I. *unc.* XI. *eo siquidem loci erutus diu iacuit ante AEdem B. M. Virginis in Vico Pisano; inde Florentiam translatus, praeclarum fuit orna-*

 mentum

mentum Musei Iohannis Nardii Florentini, Medicinae Doctoris eximii, qui eruditis doctisque notis, ut supra diximus, Lucretii carmina illustravit, edita Florentinis typis anno 1647. *Nullo anaglypho opere insignitur, sed undique perbelle striatus est; tabula in medio ornatus, quae Graecam Epigraphen exhibet. Hanc primum edidit Appianus inter Pisanas Antiquitates pag.* 180. *ex eo postea Gruterus; sed valde mendosam, & uno fere versu mancam pag.* DCCXLIX. 4. *Postremo apud P. Montfauconium, haec menda irrepserunt pag.* 202. *Diarii Italici.*

In primo versu ΑΧΙΛΛΕΥϹ ΕΠΑΦΡΑ; *marmor, ni oculus fallitur, habet heic, & in nono versu* ΑΧΙΛΛЄΥϹ ЄΠΑΦΡΑ: *quemadmodum descripserunt Appianus, & Gruterus. Antonius Maria Salvinius Vir Clarissimus legit* ΑΧΙΑΛЄΥϹ; *& ut marmoris lectionem quoquo modo sartam tectam servaret, putabat legendum* ΑΓΧΙΑΛЄΥϹ. *propterea quod facile* Γ *pro* Ν *naribus inclusum; foras non efferebatur; nec in scriptura receptum. Doctissimus Montfauconius* ΑΧΙΛΛЄΥϹ *legendum arbitrabatur. In alia Graeca Inscriptione apud Sponium Miscell. Erud. Antiq. Sect. X. pag.* 321. *legitur* ΑΧΙΛΛΕΩΣ ΠΑΙΣ. *In Romana quoque in Gruteriano Thesauro pag. DCLXIX. 6.* ACHILLEVS. ET CLEOPATRA; *& apud Fabrettum Inscr. Ant. Cap. I. pag. 9. num.* 39. LVCRET. ACHILLEVS, *& pag.* 248. *num.* 17. ACHILLEVS. ET. HEGEMONICVS LIB. *Visitur in hac Graeca Tabula* Σ, *&* Ε *non quadrata forma, sed rotunda* C *&* Є, *atque* Η *sic* |-| *constanter expressa.*

In tertio versu dedit ΜΥΡΤΑΛΗ. *In octavo:* ЄΙ ΜΗ ΑΥΤΟϹ, *pro* ЄΙ ΜΗ ΤΙ ΑΥΤΟϹ. *In decimo* ΠΑΘΗ ΤΙ ΑΝΘΡΩΠΙΝΟΝ . . . . . . *marmor hab.* ΠΑΘΟΙ ΤΙ ΑΝΘΡωΠΙΝΟΝ. *post hoc verbum nihil deest, sed ante* ЄΙ ΔЄ *aliquantulum spatii est, adeoque illa sex puncta gratis posita sunt. Ultimo versu contra marmoris fidem* Ψ ΒΦ, *pro* .X. / Β. Φ.

Non tantum vendere, alienare, & removere Sepulcrum, alium in eo ponere, corpusve extraneum inferre, probibitum, violatoribus expressa poena, & mulcta, sed & ipsum Sepulcrum aperire; ut docet Latina Mediolanensis Inscr. apud Gruterum p. MLVI. 1. *& Graeca apud Montfauconium Diar. Ital. pag.* 424. *num.* 8. *Adeo inauspicata res erat Manes sollicitare, quos quietos esse volebant.*

Chri-

Christianae tres Inscr. quae sequuntur n. 27. 28. & 29. erutae fuerunt anno M. D. LXXX. in Florentina Parochiali Ecclesia S. Felicitatis, cum Nob. Vir Iacobus e Rubeis inter gentilitia monumenta sepulcrum sibi exscinderet, ac pararet; quemadmodum accepi ex Borghiniis Schedis; quae vero num. 29. relata est, vel deperdita, vel alicubi latens ad hoc tempus non reperitur.

27 *Apud eumdem Nardium.*

B M
FL ☧ ROMVLIANVS
INFAS . Q . VIXIT . AN
. VI . ET . M . VII . ET
FRATRES . IPSIVS
QVI . POSITI SVNT .
PER .. SINGVLA C(E
METERIA . VER *us*
Q . VIXIT . AN . X
ET ROMANVS. Q *ui*
VIXIT AN . V
ET AVGVSTVLA *q. v*
AN . III ☧ S
IN PACE

28

B ☧ M
LAVRENTIVS NV
MERIVS . DIACONVS
VIX . ANNOS. P.M. LV DE
POSITVS. V . IDVS OCTO
IN PACE

29

M
ACET
I IVS
CONSTANI
QVI VIXIT
ANNOS XXX
VII . DEPOSI
. . . . V
KAL . DECEM
BRES . IN . PACE

27. *Et hic quoque, ubi modo S. Felicitatis Templum conspicitur, antiquum primorum Christianorum Coemeterium extitisse horum marmorum non levi suffragio coniicio. Aliud quoque Coemeterium praeter illud, quod supra laudavimus pag. 221. olim veterum Christianorum pietate constructum fuisse constat eo in loco, ubi postea magnifica in honorem D. Miniatis Martyris Florentini Basilica dedicata est; quae*

quidem antiqua Florentinorum Christianorum Coemeteria, prisco mo-re, extra Urbis moenia posita erant.

B. M. *videlicet* Bonae Memoriae. *In Ethnicis titulis hae singulares literae* B. M, Bene Merenti *significant; & frequentius in fine ponuntur, raro in principio; quemadmodum &* DIIS MANIBVS *aliquando sedem mutare in lapidibus conspicimus, vel in medio, vel in fine inscriptionis. Dii quolibet in loco, & tempore, in principio, medio, & fine invocabantur.*

FL*avius* ROMVLIANVS INFAS. i. INFANS. φάς, ντος, ἀπὸ τοῦ φημι ςὰς ςάντος. L. *stans*. In Pand. Flor. *praegnas* pro *praegnans*.

VIXIT ANNOS P. M. id. *Plus Minus*. ΕΖΗϹΕΝ ΕΤΗ ΠΛΕ-ΟΝ ΕΛΑΤΤΟΝ in Graecis inscriptionibus; *circiter*.

Tabula al. & lat. ped. 1. unc. 11. ex Tiburtino.

30

✠ ΠΙΩΤΠΩ
ΡΕΠϹΠΝΥΜΑΕ
ΤΟΥ ΑΛΒΑΡΙΟΥ
Nº σΝΝΑ Μ̄Ν̄ ΤΕ
ΨΙΧΗ ΠΑϹºΝ ΠΑ
ΠΝΟΥ ΤΙΝ ΤΑΥ
Μ̄ ΤοΝ ΜΜΡΥΕοΥ
ΚΠΑΩοΝ ΠΕϹΥΘ

31

FL' TROILVS, LIBER
KARISSIMO
ET FECVNDA. LIBER
KARISSIMO
VOL' SEVERINVS FRATR
CAECINIA. CAPRIA. FRATRI
VOLVS. ZOILVS, FRATR
V, AN. XXXIII

Apud eumdem, in domestico Sacello.

32

EMILIANO ☉ FILIO DVLCISS
P. B. ME — V. A. XXV ☧

30. ΨΙΧΗ ΠΑϹºΝ. f. Ψυχὴ πᾶσ' ἐν πᾶσιν. *Anima omnis in omnibus. Anima, vita;* Iuvenalis. Ζωὴ καὶ ψυχή. *Concumbunt Graece.* Propert. lib. I. Eleg. 11.

Quid iuvat ornato procedere, vita, capillo?

In AEde AEdilium Ecclesiae Metropolitanae Fragmentum candidi marmoris, long. ped. XII. alt. ped. II.

33

M . . . . ΓΑ

MISI . L . . . . VPILLA

AVGVSTALIBVS. EPVLVM. ET. PLEBI. VRBANAE. IN SINGVLOS. HOM

Ibid. Columna Miliaria ex Tiburt. marmore alta ped. VII.

34

IMP. CAESAR
DIVI. TRAIANI
PARTHICI. FIL.
DIVI. NERVAE. NEP.
TRAIANVS. HADRIANVS
AVG. PONT. MAX.
TRIB. POT. VII. COS. III
VIAM. CASSIAM
VETVSTATE COLLABSAM
A CLVSINORVM. FINIBVS
FLORENTIAM. PERDVXIT
MILIA. PASSVVM
. . . .
XXCI

In Hortis D. Ducis Salviati, eruta Romae anno circiter CIϽ.IϽ LXXIII.

35

Q. TERSINA. Q. F
SCAP. LVPVS
FLOREN. MILES
COH. XII. VRB. 7. DEX
TRI. GENIVM
CENTVRIAE. CVM
BASE. MARMOREA
TESTAMENTO
PONI. IVSSIT

In dextro latere.

POSITA IDIB. APRIL
MAMERTINO. ET. RVFO
COS

33. *Ornavit ex multo tempore ingens hoc marmor, zophori loco, ianuam Ecclesiae S. Petri Maioris Florentiae, quemadmodum memoriae prodidit Carolus Senator Strozius. Eo ex loco ablatum, & ab AEdilibus Metropolitanae Ecclesiae pretio emtum, iniquo fato, varia in frustra sectum, summo omnium moerore praeclarissimum hoc Florentinae Coloniae ornamentum pessumdatum est.*

34. *Primus hic Viae Cassiae lapis super octogesimum, prope Montem Politianum repertus est. Anno circiter* CIↃ. IↃ. LXXXIV. *ex eiusdem Civitatis Foro ad memoriam antiquitatis tuendam Florentiam translatus est. In antiqua Auximate Inscriptione, & in Romana apud Gruterum pag.* CCCCXLVI. 4. *MXCI.* 8. *Curatores Viae Cassiae, Clodiae, Anniae, Ciminiae, trium Traianarum, necnon Novae Traianae laudantur* C. *Oppius Sabinus, &* L. *Aurelius Gallus. Via* **CASSIA**, *a Cassio, qui eam stravit, dicta est; quae, ut ait* Cic. *in Phil.* XII. Etruriam discriminat. *Hadrianus Imperator, Caesar, Augustus;* τῶν ἀρχομένων ἐς ΕΥΔΑΙΜΟΝΙΑΝ τὰ μέγιστα ἑκάστοις παρασχόμενος, *populorum quotquot ipsi parebant* FELICITATI *quammaxime consulens, teste Pausania l.* 1. *Viam Cassiam vetustate collabsam a Clusinorum finibus Florentiam perduxit an. U.* 872. *Chr.* 119. *Numerum milium passuum edax tempus eripuit, extritis quoque quamplurimis literis. Primus omnium in lucem edidit Vincentius Borghinius pag.* 209. *de Origine Urbis Florentiae, ex eo postea Gruterus pag.* CLVI. 2. *Sicut a S. Casiano,* San Casciano; *ita a Via Casia, oppidum in Etruria dicitur* Cascia.

35. **SCAP.** *idest* Scaptia Tribu, *cui Florentini accensebantur; sub qua etiam C. Iulius Caesar.*

FLOREN. *h. e.* **FLORENTIA**, *quod integre scribitur in alia Musei Medicei superius allata pag.* 36. *num. LX. & LXI. De Urbanar. Cobortium numero vide Fabr. Inscr. Antiq. Cap. III. pag.* 126.


GENIVM CENTVRIAE. *Signum videlicet Genii Centuriae, ut in aliis pluribus inscriptionibus, & praesertim Cap. IV. pag.* 340. *num.* 514. *apud Fabrettum. Genium antiqui dixerunt naturalem Deum uniuscuiusque loci, vel rei, aut hominis.*

Posita haec Basis Idibus Aprilis C. Petronio MAMERTINO, & *Cornelio* RVFO *Consulibus anno U. C.* 934. *Chr.* 182. *scilicet anno III. imperii L. Aurelii Commodi Augusti. Emendandus Vincentius*

centius Borghinius, qui mendose primus hanc edidit pag. 214. *de Origine Urbis Florentiae, & ex eo Gruterus pag. M.VIII.* 3. *qui etiam Consules in dextro latere descriptos omisit.*

Ibidem. In perelegenti Arcula ornata columnis spiralibus, & capitibus arietinis, & Gorgone in medio alato capite, & serpentibus crinito; inferius Gryphibus tenentibus candelabrum accensum, & funereis arbusculis in lateribus.

36



In Arcula marmorea in Hortis eiusdem D. Ducis prope Urbis Portam, quae vulgo (Pinti) *dicitur; ornata encarpo, & viri sigillo in concha marina, circum quod anseres recurvis cervicibus.*

37



In Area perpulchra ornata Hammonibus, sphyngibus, & aviculis, apud Nob. V. Iohannem Gualbertum Guicciardinium.

38



Apud

Apud eumdem. Ara eruta anno M.D.LX. in Florentino Agro, vulgo [le Campora] *prope AEdem Divi Hilarii.*

39



39. D. M. i. e. *Diis Manibus Auli Naevii Saturnini*. Hic genitivus refertur ad τὸ *Diis Manibus*, ut in multis aliis: quare *Diis Manibus* non perfunctorie legendum, aut tamquam vulgata formula oculis transmittenda; namque non semper est prolata ἁπλῶς, ut in plurimis Inscriptionibus, sed saepe est πρός τι, & cum sequentibus coniungitur.

Apud Nobilem Matronam Catharinam Ottieri, una cum Corpore eiusdem Sanctae ex Coemet. Priscillae.

40

☧ IN PACE
SEPTIMIA ILARA VIXIT
ANVS XX . III . CALEND . AVGVST *sic*

40.

40. *Edidit Fabrettus Inscription. Antiq. Cap. X. pag.* 759. *num.* 648.

In eleganti Urna quadrata, capitib. arietinis, encarpo, & aviculis ornata, quae in Eccl. S. Trinitatis lustralem aquam offert ingredientibus parte laeva.

41

DIS . MAN
TI CLAVDI :::
ATTALI
FRATRI . EPINICI

*Apud Iosephum Mariam Doctorem Brocchium Cippus marm. effossus an.*CIƆ.IƆCCXX. *a quibusdam rusticis prope antiqua vestigia viae AEmiliae, in loco, qui dicitur* Pesciola, *Castrum Mugelli dirutum.*

42

Q. AVRELIVS
Q. F. SCA. RVFVS
SPECVLATOR
VIX. ANN. XLII. MILIT
ANN. XIX. HIC
TVS . EST H' REDES

42. SPECVLATOR. *Speculatores fuere in quavis Legione decem, in* 5. *DXX. apud Gruterum, dicti etiam* EXPLORATORES; *quorum munus indagare, speculari, explorare consilia, itinera, res hostium, deque compertis nuntiare Tribuno. Vide Reinesium Cl. VIII. num.* 1. *Ultimus versus sic restituitur* HIC SITVS EST HEREDES benemerenti posuerunt. *Sepulcrum Coloni militaris Florentini.*

In Hortis Mediceis vulgo (Boboli) *Urnula marmorea rotunda.*

43

D · M
FAVSTO . AVG . LIB . ADIVT
TABVL . CASTR.
CORNELIA IVSTA CONIVGI
BENEMERENTI
FECIT

Ibidem. In alia Urnula marmorea quadrata.

44

T. ACVRIVS. FE
LIX. VIX. ANN. III.
MEN. III. DIEB. VII
DVLCISSIMVS

In alia simili.

45

D . M
ATIMETVS IVLIÆ
ZOSIMENI. CONIVGI.b.M
D D

In alia pereleganti simili.

46

DIIS MANIBVS
sic L. VETVRI SABINE LIB
ABASCANTI

In ingentis marm. Epistylio, seu fastigio long. ped. XV. unc. V. alt. ped. circiter III. lat. ped. II. & unc. II. prope Ambrosianam Basilicam D. Laurentii.

47

AESARI . DIVI . AVG . F . AVGVSTO DIVAE . AVGVS
M. IVNIVS . C . F . GAL . PROCVLVS . PRAEF . EQVIT . DIVI . AVG . FAB . SVA . PEC . FEC
POMPEIA . Q . F . TREBVLLA . TESTAMENTO . SVO . EX . HS . IC . REFICI . IVSSIT.


47. *Praegrande hoc epistylium olim sex ingentibus columnis suffultum fuisse perspicuum est ex sex earumdem loculis, qui in eo conspiciuntur. Quatuor tantum columnas ex Africano viridi pulcherrimo marmore superstites vidimus, quae an. M. DCC. XVIII. una cum epistylio sectae sunt ad ornandum maximum regiumque Mediceorum Principum Sacellum. Serenissimus Ferdinandus, Optimus Etruriae Princeps, bonarum artium studiorumque omnium cultor, & in exemplum amator praestantissimus, ex Urbe Veteri, ubi inventum atque erutum fuerat, magno pretio redemtum, Florentiam advehi iussit.*

Vulgavit parum accurate Reines. Cl. III. n. 11. nec versus, eo ordine quo leguntur in marmore disposuit.

In AEdibus D. Cerbonis Baronis del Nero.


In praealta Arcula marmorea pereleganter ornata in utroque angulo pueris barbaris moerentibus, vittatis, & braccatis; manibus post terga revinctis ad laurum; sub ipsis delphines, encarpo pendente, supra quem vir

48 *iacens in lecto.*



In Arcula marmorea perbelle in angulis ornata viteis columnis, & anseribus sub titulo, intorto collo lyram carpentibus. In utroque latere scutum, & post ipsum hastae breves

49 *decussatae.*



48. *Edidit Gruterus p.* DCCCCXXX. 10. *Romae vidit Smetius.*

49. NIGRO. *Cognomen familiae Aquilliae, Caeciliae, Pescenniae, Trebiae, & Valeriae.*

Cippus marmoreus, praegrandis, elegantissimus, in AEdibus D. Senatoris Antonii del Rosso.

50

CN. SENTIO. CN. FIL
CN. N̄. TER. FELICI
DEC. DECR. AEDILICIÓ. ADL. D. D. D. ADL
Q. A. OSTIENS. ĪI. VIR. Q. IVVENVM
HIC. PRIMVS. OMNIVM. QVO. ANNÓ. DEC ADL. EST. ET
Q. A. FACT. EST. ET. IN. PROXIM. ANNVM. ĪI. VIR. DESIGNAT. EST
QVINQ. CVRATÓRVḾ. NAVIVM. MARINAR. GRÁTIS. ADLÉCT.
IN. TER. NAVICVLAR. MARIS. HADRIATICI. ET. AD. QVADRÍGAM
FORI. VINARI. PATRÓNÓ. DECVRIAE. SCRIBÁR. CÉRARIÓR
ET. LIBRARIÓR. ET. LICTÓR. ET. VIATÓR. ITEM. PRAECONVM. ET
sic ET. ARGENTARIÓR. ET. NEGOTIATÓR. VINÁRIOR. AB. VRBE
ITEM. MENSOR. FRVMENTARIÓR. CERERIS. AVG. ITEM. CORPOR
SCAPHARIÓR. ET. LENVNCVLARIOR. TRAIECT. LVCVLLI. ET
DENDRÓPHORVḾ. ET. TÓGÁTÓR. Á. FORO. ET DÉ. SACOMÁR
ET. LIBERTÓR. ET. SERVÓR. PVBLICÓR. ET. OLÉARIÓR. ET. IVVEN
CISIANOR. ET. VETERANOR. AVG. ITEM. BENEFICIARÍOR. PRÓC
AVG. ET. PISCATOR. PRÓPOLAR. CÝRATÓRI. LVSVS. IVVENALIS
CN. SENTIVS. LVCILIVS
GAMALA. CLODIANVS. F
PATRI. INDVLGENTISSIMO

50. *Anno M.DC.LXXXXVI. Ostiae repertus est inter rudera marmoreus hic Cippus altus ped.* V. *unc.* VI. *latus ped.* III. *unc.* IV. *latera lat. ped.* II. *quem pulchre ornant Genii, lauream coronam tenentes lemniscis vinctam; in lateribus simpulum, & patera; in angulis aquilae, & facies Castorum; in epistylio encarpus spicis, foliis,*

foliis, floribusque refertus, in quo etiam cominus certantes leo, & vitulus. Primus omnium Fabrettus vulgavit Inscript. Antiq. Cap. **X.** *pag.* 731. *num.* 450. *verum his tribus depravatum mendis. In ver.* 7. CVRATOR NAVIVM *marmor hab.* CVRATORVM: NAVIVM. *In ver.* 8. INTER. NAVICVLAR. *marmor* IN. TER. NAVICVLAR. *In versu* 18. CN. SENTIVS. LVCILLVS, *marmor diserte* CN. SENTIVS. LVCILIVS. *Et hoc amplius pleraque puncta suis in locis omisit; apices vero omnes, quos heic raro exemplo vel duos, vel tres supra unam eamdemque vocem insculptos observare possumus. Videndus A. Gellius Noctium Atticarum lib. VII. cap.* 7.

CN. Ñ. TER. FELICI. *videlicet* Cneii Nepoti Terentina (*Tribu*) Felici. D. D. D. ADL. Q. A. *&c. h. e.* Decreto Decurionum Adlecto Quaestori AEdili Ostiensium Duumviro Quinquennali Iuvenum; *denique omnibus honoribus, officiis, dignitatibus in Ostiensium Colonia egregie functo; quae omnia recenset marmor. In veteri Inscriptione apud Fabrettum ex Barberinis Schedis Cap.* **X.** *pag.* 701. *num.* 225. *legitur* D. M P. SENTIO. FELICI. AVG. RAVENNAE. NEGOTIATORI. OLIARIO, *&c. qui forsitan huius Cn. Sentii Felicis frater fuit; ni meus me fallit animus.*

Ver. 9. CERARIOR. Cerarii heic cum Scribis, & Librariis coniunguntur: forte igitur qui tabellas ceratas, quarum meminit Cicero de Divinat. vel curabant, vel conficiebant. Apud eumdem est: *miniatula cera*: hoc est cera minio illita. *Cerarium* lib. III. Orat. VIII. in Verrem nonnulli interpretantur, pretium, quod exigunt scribae pro impensis cerae.

Ver. 14. SACOMAR. Secoma, σήκωμα, *aequipondium* Latinis, quemadmodum est apud Vitruvium, Sacoma, Dorico more; nam multum e Dorico idiomate Latina lingua trahebat, quippe Neapoli, & Siciliae proxima. Familiare autem Doribus η literam in *alpha* longum mutare, ut est notissimum. Sacomarii qui sacomatis, seu aequipondiis praeerant, ut pondera recte administrarentur, & mensurae iustae fierent. Sacomarium, locus huiusmodi iustis ponderibus, ac mensuris expendendis destinatus.

Ver.

Ver. 18. & 19. CN. SENTIVS. LVCILIVS GAMALA. CLODIANVS. F.. *In Cippulo Musei Medicei superius allato pag.* 14. *num. XIV. legitur* MEMORIAE P. LVCILI GAMALÆ CN. SENTIVS LVCILIVS GAMALA CLODIANVS PATRI. *Quare puto hunc Cn. Sentium Lucilium Gamalam Clodianum, vel ab Cn. Sentio Felice, vel a Publio Lucilio Gamala adoptatum fuisse.*

Tabula marm. alta ped. circiter III. *lata ped.* II. *unc.* XIV. *inferius fracta, inverso capite, antiquitus fixa in marmoreo Catechumenio Florentini Baptisterii, & Ecclesiae S. Iohannis.*

51

IMP. CAESARI
DIVI . ANTONINI . PII . FIL
DIVI . HADRIANI . N..........
DIVI . TRAIANI . PARTHIC..........
DIVI . NERVAE . ABNEPOTI
L. AVRELIO . VERO
AVG . ARMENIAC . PARTHIC
MAXIMO . MEDICO . TRIB . POT . VI
IMP. V. COS. II . DESIGNAT. III PROCOS
COLLEG . FABR . TIGN . OSTIS
QVOD PROVIDENTIA . ET LI..........
TE SVA INDVLSERIT

51. *Detritae literae tertii, & quarti versus ita supplendae ex aliis inscriptionibus.* DIVI. HADRIANI. NEPOTI. DIVI. TRAIANI. PARTHICI. PRONEPOTI. *L. Aurelius Verus* AVGVSTVS *dictus est, Pio mortuo, statim, non post mensem; quemadmodum auctoritatibus Capitolini, & Dionis egregie probat V. Cl. Vignolius Dissert. de Col. Anton. pag.* 101. MEDICO. μηδικῶ. *qui de Medis triumphum egit. Vide Capitolinum in Vita Marci Antonini cap. IX. & Veri cap. VII. de tribus his nominibus utrique Principi delatis.*

IMP. V̄. *Fabrile erratum in marmore irrepsisse autumo; sculpendum forsitan fuerat* IMP. IV. *excidit illud unitatis signum, quod ante* V. *non apparet; in hoc enim bello quater appellatus est Imperator, cum quadriennio durasset.*

COS. II̅. DESIGNAT. III̅. Consuli secundum Designato tertium, *an. U.* 918. *Chr.* 166. *ex Relandi Fast. Consularib. Q. Servilio Pudente, T. Fufidio Pollione Consulibus; quo anno triumphavit ex Capitolino cap. XII. de Vita M. Aurelii; & petiit ut Commodus Caesar diceretur.*

COLLEG. FABR. TIGN. OSTIS. *h. e.* Collegium Fabrum Tignariorum Ostis, *i. e.* Ostiis *percelebri Latii Urbe plurali numero, ac neutro genere prolata. In aliis pluribus vetustis saxis legitur, Collegium Fabrum Ostiensium, Ferrariorum Ostiensium, & Corpus Fabrum Navalium Ostiensium, quibus ex Senatusconsulto coire licet, ut in Romana apud Fabrettum Cap. X. pag.* 719. *num.* 406.

In ultimo versu summa literarum capita quae apparent, supplendum fortassis indicant ET LIBERALITATE SVA INDVLSERIT, *&c. Anno M. DCC. XVII. cum in XII. Presbyterorum Collegium Baptisterii S. Iohannis nondum cooptatus essem, huius eximii marmoris notitiam perhumaniter exhibuit mihi Iohannes Antonius Papinius, modo meus Collega; cuius ingenium, & eruditionem Latinae, & Etruscae Musae satis commendant; qui etiam de nostro Poetarum Principe Dante, & Torquato Tasso bene meritus est; quorum extremos Carminum rithmos laborioso, & perutili indice iampridem collegit omnes, illustravit, & alphabetico ordine donavit.*

In domestico Sacello Nobb. Arrighiorum.

52

☧ UITALISSIMO . BENE . MERENTI

sic IM.P☧ QUI.UIXIT.ANN.XXU.PR.NON.IUN

52.

52. *Marmoream hanc Tabulam long. ped.* IV. *alt. unc.* XIV. *donavit, una cum Martyris Corpore, ex Coemeterio Cyriacae anno* M.DCC.XI. *Eminentissimus Card. Carpegna D. Francisco Mariae Arrighio Episcopo Montis Politiani, Viro tum pietate, tum integritate, tum doctrina praecellentissimo. Eam edidit in praeclaro, eruditissimoque Opere de Coemeteriis SS. Martyrum, & antiquorum Christianorum Romae V. Clariss. Marcus Antonius Boldettius, lib. II. Cap. III. pag. 342.*

In Ecclesia Mariae Virginis Annuntiatae ubi etiam eiusdem Martyris Corpus.

53



PARENTES FECERVT
FLORENTIO FILIO
❦ ❦

In Florentina Arce S. Io: Baptistae Fragmentum marmorei Cippi eo in loco erutum, anno M. DXXXII. cuius tympanum ornant Tritones buccinantes, sinistra aquaticas cannas tenentes, & delphin in medio.

54

P · FONTINIVS · P · L · PRIAMVS · SEX · VI

FONTINIA · P · L · HERACLEA ·

54. FONTINIA. *Huius nominis familia nunc primum in lucem prodit.* HERACLEA. ἡράκλεια. *Herculea. Herculana.*

Sub epigraphe visuntur viri, & mulieris dimidiata capita, fracto marmore.

In AEdibus Nob. Viri Nicolai Panciatichi.

55

AELI DOM

MIL. A. VIIII. ACILIV

CLAVDIVS. CANDIDVS

EQ. SING. AVG. HER. EIVS

Hic sculptus servus loris agitans equum, stragulo, & phaleris ornatum.

In laterculo.

56

SERVIANO III COS

SAL EX PR L CIW EN

57

L. ARVLENVS

PRVDENS

DELICIVM. BASSI

VIX. ANN. III

56. SERVIANO III COS. *i. e.* Serviano tertium Consule. *Fabrettus Cap. VII. pag.* 509. *num.* 144. 145. 146. *tres alios laterculos profert horum Consulum nomine obsignatos* SERVIANO. III. ET. VARO COS. *Tullius Servilius Servianus C. Vibius Iuventius Varus Consules fuere anno U.* 887. *Chr.* 134. *Hinc Emin. Norisius Epist. Consul. pag.* 82. *Fastos Panvinii, & aliorum depravatos emendat.* EX PR. *h. e.* EX *Praediis L. Cimenii.* M *impressa est inverse sic,* W; *quod haud raro in figlinis occurrit; ita*

in alio laterculo superius allato pag. 256. *num.* 43. *legitur* PRIMI-GENI DOMITIOR SE.

57. DELICIVM. BASSI. *Martialis lib. I. Epigr.* 8.
Stellae delicium mei columba.

In vetusto lapide apud Fabrettum Cap. I. pag. 43. *num.* 243. *hoc nomen elegantiae , & blanditiarum plenum masculino quoque genere expressum invenio.* PRIMIGENIVS. DELICIVS SATVRNINVS. DELICIVS.

Item feminino genere in alio apud eumdem ex Schedis Barberinis pag. 44. *num.* 252. AEBVTIVS. IVCVNDVS DELICIA. TYCENIS. *Triennem puerum parentes perblande* ISSVLVM ET DELICIVM *vocant in veteri epigrammate in Hortis Vaticanis apud eumdem Fabrettum pag.* 45. *num* 254. *In sepulcrali titulo superius allato pag.* 211. *num.* 54. *Statia Lalage* PVPA *appellatur ; quae solennes sunt tenerae aetatis blanditiae. Has veteres tres Inscriptiones mihi perhumaniter communicavit Antonius Maria Biscionius S.Th.D. antiquariae rei peritia , atque editis eruditissimis lucubrationibus literariae clarus Reipublicae.*

Ex aenei Sigilli ectypo penes Nob. Iohannem Vincentium Fantonium Angelottium.

58

OPTATI
COSCITHEO/

AEneum Sigillum literis inversis penes D. Alamannum Senatorem Equitem Pactium.

59

MVICIRI
PRISCI/

Apud N. N. In aeneo sigillo invento anno M.DCC.XII. prope Pontem ad Arnianum [*vulgo* a Rignano.]

60

EX . P . OPILI
A PA

Apud D. Ticciati in corneola aurei annuli.


61

ROXANE
D . B . QVES
QVAS

61. *Ideft*. Roxane dulcis bene quiefcas. *Vide Cl. Viri Philippi Senatoris Bonarotae eruditiffimas Obfervationes in Vafa Vitrea Coemeterialia pag.* 170. *Huic Roxane coniugem damus L. Domitium Soterem ex inedita Infcriptione Mufei V. Cl. Ciampini.*


Apud Cl. V. Ciampinum ex Schedis Cl. V. Senat. Bonarotae.

62



Apud Equitem Antonium Francifcum Marmi, eruta Cofmopoli.

63



63. *Cofmopoli, una cum hac Tabula, A. M.DCC.XX. erutae quoque Lucernae plures fictiles perelegantes cum hac epigraphe* FORTIS; *aliae item hac* EROTI; *nonnullae quoque margaritae e vitro, & fpeculi fragmentum; item Imperatoris Domitiani aereus nummus; quae omnia penes laudatum D. Equitem Marmium. Alias item fictiles Lucernas eo in loco inventas, eadem epigraphe ornatas, fervat nobiliffimus, atque eruditiffimus D. Andreas Alamannius, hoc tempore Florentinae Sacrae Academiae Conful Ampliffimus.*

EROTI. ἔρωτι. *Amori*. Lucerna Amori dicata, tamquam teftis Amorum (ni fit Artificis nomen.) Lucerna *Erus* Leandro Lucifera, & furtivarum nuptiarum Pronuba, fignificat noctes in amore vigilatas.

64 *Tabula marmorea in AEdibus Nobilium Rodulphiorum in Via* [Maggio] *dicta.*

TI . CAESARE . TERT . GERMANICO . CAESARE . ITER. COS
CN. ACCEIO CN . F. ARN . RVFO. LVTATIO. T. PETILLIO. P. F. QVI . II. VIR
DECRETA
AEDICVLAM ET STATVAS HAS HOSTIAM DEDICATIONI VICTIMAE NATALI AVG VIII K OCTOBR DVAE QVAE PP
INMOLARI ADSVETAE SVNT AD ARAM QVAE NVMINI AVGVSTO DEDIC EST VIIII ET VIII K . OCTOBR
INMOLENTVR ITEM NATALI TI CAESARIS PERPETVE ACTVRI DECVRIONES
ET POPVLVS CENARENT QVAM INPENSAM Q . CASCELLIO LABEONE
IN PERPETVO POLLICENTI VT GRATIAE AGERENTVR MVNIFICENTIAE EIVS EOQVE
NATALI VT QVOT ANNIS VITVLVS INMOLARETVR
ET VT NATALIBVS AVGVSTI ET TI CAESARVM PRIVS QVAM AD VESCENDVM
DECVRIONES IRENT THVRE ET VINO GENII EORVM AD EPVLANDVM ARA
NVMINIS AVGVSTI INVITARENTVR
ARA NVMINI AVGVSTO PECVNIA NOSTRA FACIENDAM CVRAVIMVS LVDOS
EX IDIBVS AVGVSTIS DIEBVS SEX IN FACIENDOS CVRAVIMVS
NATALI AVGVSTAE MVLSVM ET CRVSTLVM MVLIERIBVS VICANIS AD
BONAM DEAM PECVNIA NOSTRA DEDIMVS
ITEM DEDICATIONE STATVARVM CAESARVM ET AVGVSTAE MVLSVM ET CRVSTLA
PECVNIA NOSTRA DECVRIONIB ET POPVLO DEDIMVS PERPETVOQVE EIVS DIE
DEDICATIONIS DATVRO NOS TESTATI SVMVS QVEM DIEM QVO FREQVENTIOR QVOD
ANNIS SIT SERVABIMVS VI . IDVS MARTIAS QVA DIE
TI CAESAR PONTIF MAXIMVS FELICISSIME EST CREATVS

64. *Splendidissima Florentinorum Colonia devota numini, maiestatique Augusti, & Tiberii Caesarum, ac Liviae Augustae, Natalia eorum in perpetuum quotannis celebrare statuit, decretis divinis honoribus:* I *Victimarum duarum inmolatione ad Aram Numini Augusto dicatam.* II *Decurionum, & Populi cena, gratiarum actione, vitulique inmolatione.* III *Invitatis a Decurionibus ad Aram numinis Augusti thure, & vino Caesarum Geniis ad epulandum.* IV *Ara Numini Augusto facta, ludisque sex dierum spatio Idibus Augustis.* V *Mulsi, & crustuli largitione Natali Liviae Augustae Mulieribus Vicanis ad Bonam Deam congregatis.* VI *Item mulsi, & crustulorum distributione Dedicationis die statuarum Caesarum, & Augustae, sexto Idus Martias, quo festivior, ac frequentior quotannis ille dies sit; qua die Tiberius Caesar Pontifex Maximus felicissime est creatus.*

Antequam pauca, quae praetermittenda minime sunt, observemus, illud Antiquitatum studiosos viros monitos velim, proprium esse Florentinae Coloniae, in qua erutum, atque inventum est, hoc eximiae raritatis, & elegantiae monumentum. Florentinae Coloniae adscripsit Georgius Fabricius in Indice Romanarum Familiarum; Florentiaeque extare testatus est in Antiquitatibus Basileae excusis Anno MDLXXXVII. Par. II. p. 40. *verum memoria excidit ad Portam D. Paulli scribens; extabat enim ea tempestate ad Portam D. Galli in Hortis D. Iohannis Baptistae Ricasoli, Canonici Florentini, primum Cortonensis, deinde Pistoriensis Episcopi, Viri genere, doctrina, atque prudentiae laude in rebus gerendis clarissimi. Hi Horti postea loco cessere Monasterio Monialium Divi Miniatis, vulgo* [del Ceppo] *Olivetani Ordinis; quo nunc inclusi sunt. Iisdem in Hortis vidit, & descripsit ea ferme tempestate Vincentius Borghinius, ut ex authographis eiusdem schedis accepi penes Nobilem Virum Iohannem Gualbertum Guicciardinium. Florentiae adscribunt ponuntque alii quoque docti viri; Verderius in suis Antiquitatibus, Volfangus Lazius in Rerum Romanarum Commentariis, Stuchius in Antiquit. Convival. lib. I. cap. xx. Iohannes Saubertus de Sacrificiis Veterum.*

Mazochius pag. XVII. Epigrammat. Antiq. Urbis primus omnium vulgavit, sed primis tribus versibus mutilum, ac depravatum; ad hoc non expresso loco, ubi tunc reperiebatur, nec repetita saltem

vocula

vocula Ibidem. *Nam in antecedentis Inscriptionis titulo haec praemiserat*: In Domo D. Caroli Astalli. *Gruterus ex eodem Mazochio, & ex Metelli Schedis deinde exhibens pag.* CCXXVIII. *num.* 8. *eumdem titulum superiori Inscriptioni apud Mazochium assignatum, huic quoque nostrae, ut diximus, titulo destitutae rursus aptavit. Verum in castigationibus, in fine Veterum Romanarum Inscriptionum extare Florentiae diserte testatus est, ex Verderii MS. Codice; primosque tres versus quos, Mazochio duce, omiserat, rarissimo, atque elegantissimo nostro marmori ibidem restituit. Facili quoque negotio excidit, ni fallor, Fr. Iohannes Iucundus Veronensis in topographica huius marmoris descriptione. Nam in Tar. I. pag.* 113. *MS. Codicis Veterum Inscriptionum penes egregium Virum Antonium Franciscum Equitem Marmium, haec verba rubro titulo praeposuit:* Apud Brachianum in S. Martino ante Altare maius; *quem titulum verbis parum diversis primis tribus omissis lineis exhibuit Gruterus ex Appiano, pag. CLXXXVII.* 14. *ita:* Brotii in S. Martino ante Aram maximam. *In agro Florentino,* Broctium (*vulgo* Brozzi) IV. *circiter ab Urbe lapide distat, ibique Ecclesia S. Martino dicata. Igitur apud Fr. Iucundum,* Broctianum *perperam in* Brochianum, *vel* Brachianum *mutatum est; Nam* apud Broctianum *agrum Florentinum, vulgo, ut diximus* [Brozzi] *repertum fuisse hoc marmor, ibique primum extasse putant docti viri. Non enim erroribus vacare possunt qui aliorum ope, oculis, ac manu literis consignata vetera monumenta posteritati commendant. Quare lapsos hos viros in topographica descriptione perspicuum est, adeoque standum auctoritati, & testimonio Georgii Fabricii, ac Vincentii Borghinii, qui multo ante Gruteri praeclarissimam editionem, suprascripto in loco Florentiae viderunt, oculataque manu descripserunt. Neque marmorea haec Tabula adeo grandis est quemadmodum describit Gruterus; longitudine enim habet pedes* II. *unc.* X. *cum semisse, altitudine ped.* I. *unc.* XII. *item cum semisse. Ex Hortis Recasulanis, ut fertur, transtulit Card. Nicol. Rodulphius in suas AEdes, & in pariete fixit, ut perpetuo a temporis casusque iniuriis vindicaret. Montfauconius quoque pag.* 382. *Diarii Italici hanc quoque celeberrimam Inscriptionem vulgavit; quam, quaeso, cum nostra conferant Antiquitatum eruditi amatores.*

Habemus igitur ex primo versu tempus, quo haec Decreta a Floren-

rentinorum Colonia condita sunt; *scilicet* Tiberio Caesare tertium, Germanico Caesare iterum Consulibus. *idest anno U.* 771. *Chr.* 18. *Olymp.* 199. *an.* 2. *& anno* 5. *Imperii Tiberii Caesaris. Tres Tiberii Consulatus memorat Suetonius c.* 26. *his verbis*: Nec amplius quam omnino tres Consulatus, unum paucis diebus, alterum tribus mensibus, tertium absens usque in Idus Maias gessit. *Secundum Germanici Caesaris Consulatum Dio Cassius illustrat lib. LVI. Sequitur post Consules Duumvirum par, qui in Coloniis, instar Romanorum Consulum, erant.*

Ver. 4. AEDICVLAM ET STATVAS HAS. *Haud obscure innuunt haec verba hanc honorificentissimorum Decretorum Tabulam, vel in ipsa AEdicula, vel circa Statuas Caesarum, ad perpetui honoris cultusque memoriam posteritati commendandam, locatam fuisse.* AEdicula *loculamentum quoddam fuit, quo Deorum simulacra contineri solebant. Plinius lib. XXXVI. c.* 5. *de Venere Gnidia*: AEdicula eius tota aperitur, ut conspici possit undique effigies Deae.

Eodem ver. NATALI AVG VIII K OCTOBR. *Ita perspicue, atque omnino diserte marmor habet; qua in re cum aliis vetustis monumentis non concordat. Narbonensis Tabula apud Gruterum pag. CCXIX. in qua summi, ac divini honores quotannis decernuntur Natali die eiusdem Augusti, haec exhibet*: VIIII. K. OCTOBR. QVA. DIE. EVM. SAECVLI. FELICITAS. ORBI. TERRARVM RECTOREM EDIDIT. *In Romano quoque marmore apud eumdem Gruterum pag. CLXXV.* 4. *legitur* DIE VIIII. KAL. OCTOBR. NATALI DIVI. AVGVSTI; *quod etiam clare exprimit Coritianum marmor Collegii Fratrum Arvalium, quod, hactenus ineditum, infra producam, his verbis*: IX. K. OCT. NATALE. DIVI. AVG. IN. CAPITOLIO. INMOLAVIT L. VITELLIVS. MAGISTER. PRO. COLLEGIO. FRATRVM. ARVALIVM. IOVI. BOVEM. MAREM. AD ARAM. GENTIS. IVLIAE. *&c. Quae dies, idest* XXIII. *Septembris, prodigiis, atque ostentis clara ortu Augusti, Suetonio teste cap.* 94. *memoratur quoque in Romano Kalendario Gruteriani Thesauri pag. CXXXIII. & in alio perantiquo apud Bucherium ad Canonem Victoris, & apud Lambecium Biblioth. Caesareae T.* IV. *in appendice. Variat tamen Kalendarium Romanum apud Lilium Gregorium Gyraldum, in quo, mense Augusti, legitur*: Idi-

bus.

bus. Dianae Sacra. Item Natalis Augusti. Porphyrii *testimonio*. *Vetustorum superiorum marmorum fidem, atque auctoritatem firmat Suetonius c.* 5. *qui ita ait:* Natus est Augustus, M. Tullio Cicerone, & Antonio Coss. IX. Kal. Octobris. *Anno scilicet U.*691. *Suetonium lapsum credidit Iosephus Scaliger lib.* X. *de Emendat. Temp. cap.* 2. *& Petavius lib.* IX. *de Doctrina temporum cap.* 64. *& lib. XI. cap.* 6. *Tristanus quoque Tom. I. Comment. Historic. fol.* 68. *existimantque Augustum natum esse circiter* XXI. *aut* XXII. *Iulii, anni Pompiliani, & quidem post solem occasum, sole ultimas partes cancri obtinente. Albertus Rubenius Dissertatione peculiari, ostendit Suetonium heic referre diem Natalis Augusti iuxta Kalendarium Iulianum; quae incidit in* IX. *Kal. Octobris; idque confirmat ex Suetonio, qui c.*100. *scripsit, illum decessisse* duobus Sextis Pompeio, & Apuleio Coss. XIV. Kal. Septembris, hora diei nona, LXXVI. aetatis anno, diebus XXXV. minus; *Cui consentit Dio lib. LV. qui ait, vita excessisse* XIV. *Kal. Septembris, vixisse annos* LXXV. *menses* X. *dies* XXVI. *quia natus sit* IX. *Kal. Octobris. A die autem* XXIII. *Septembris Iuliani anni P. I.* 427. *qua die decessit, exacte conficiuntur anni* LXXVI. *minus diebus* XXXV. *seu anni* LXXV. *menses* X. *dies* XXVI. *Accedit eiusdem Augusti Epistola ad Caium filium* IX. *Kal. Octobris, scripta anno Iuliano* 46. *apud Gellium lib. XV. c.* 7. *Certum igitur est Alberti Rubenii, aliorumque doctorum virorum sententia, natum Augustum a. d.* IX. *Kal. Octob. anni Iuliani. Fabrile erratum manifeste patet in nostra Tabula; in qua relicta unitatis nota insculptum* VIII K OCTOBR. *pro* VIIII K OCTOBR.

Ver. 5. AD ARAM QVAE NVMINI AVGVSTO DEDIC EST VIIII ET VIII K. OCTOBR. *Formulam, & leges Dedicationis Arae exhibent vetusta marmora apud Gruterum pag. XXIII.* 12. *& CCXXIX. Imperatores cum vivi, tum mortui Diis adnumerabantur, ideoque Divinos cultus capiebant. Horatius Epistolarum lib. II. Augustum ita alloquitur.*

Praesenti tibi maturos largimur honores;
Iurandasque tuum per nomen ponimus aras.

Biduo peractum festum Dedicationis arae heic notandum est. Biduo quoque hoc est praecedenti, & ipso sacri Festi die Sancta Romana

Eccle-

Ecclesia, divino illustrata fulgore; Martyrum, Sanctorumque omnium Natalia, Altarium quoque, & Ecclesiarum Dedicationes concelebrat, Hebraeorum exemplo, quibus dictum est Levit. cap. XXIII. *v.* 32. A vespera usque ad vesperam, celebrabitis Sabbata vestra. *Suetonius c.* 57. Equites Romani Natalem eius (*idest Augusti*) sponte atque consensu, biduo semper celebrarunt; *celebrata quoque a nostris biduo, Arae dedicatio, in eius Natali.*

Ver. 6. ITEM NATALI TI CAESARIS. *Silet marmor natalitium diem, ac mensem Tiberii Caesaris. De eo nonnullos ambiguisse innuit his verbis Suetonius cap.* 5. Sed ut plures, certioresque tradunt, natus est Romae in Palatio, XVI. Kal. Decembres, M. AEmilio Lepido iterum, L. Munatio Planco Coss. post bellum Philippense; *anno videlicet U.* 712. *Verum in fine Inscriptionis, suscepti Pontificatus maximi solennis dies, quasi natalitius eiusdem recensetur.*

Eod. ver. 6. DECVRIONES ET POPVLVS CENARENT. *Orthographiam hanc probat Aldus in voce* Cena. *In pluribus quoque vetustis lapidibus* CAENA, CEANARE, *&* CAENATICVM *invenitur apud Fabr. Cap. III. p.* 232. *n.* 610. COENA *equidem scribendum esset ex origine huius vocis a Gr.* κοινὸν, commune; *sed quandoque veteres a vocis origine recedebant, scribentes* scaena, *pro* scena, σκηνὴ. *Apud eumdem Fabrettum in Fragm. Collegii Fratrum Arvalium Cap. VI. p.* 445. *num.* 53. CENA *absque diphthongo legitur; adeoque talem scripturam aureo Augustorum aevo potissimum frequentatam animadvertimus.*

Ver. 7. Q. CASCELLIO IN PERPETVO POLLICENTI. *Legendum puto:* IN PERPETVOM, ἀρχαϊκῶς. *ut in Narbonensi Tabula apud Gruterum pag.* CCXXIX. *Cognomen* Labeo *in pluribus aliis Romanis Familiis occurrit, quas enumerat Iohannes Rosinus in Electis cognominibus, & agnominibus, quae in Romanis Gentibus reperiuntur e Fastis Capitolinis, pag.* 925. *In Florentina Inscriptione superius allata pag.* 303. *num.* 38. *Q. Cascellium Mercurialem dedimus. Auli Cascellii Iurisconsulti doctissimi meminit Horatius in Arte Poetica. Hunc Q. Cascellium Labeonem, qui Decurionibus, & Populo cenam suis impensis in perpetuum pollicetur, Patronum Florentinae Coloniae fuisse arbitror; qui ea conditione cenam*

pollicetur, ut gratiae agantur munificentiae Tiberii Caesaris, eiusque natali die quotannis vitulus inmoletur: ob accepta scilicet a se, & a Florentinis Colonis plurima decora, ac beneficia; nam Florentinos misisse narrat Tacitus Annal. lib. I. legatos ad Tiberium Caesarem, orantes, ne Clanis solito alveo demotus, in Arnum transferretur, idque ipsis perniciem afferret; vel quod ipse Tiberius Caesar, singulari indulgentia, divinis ut afficeretur honoribus, Natali suo Florentinis permiserit. Ait enim Suetonius c. 26. Natalem suum plebeiis incurrentem Circensibus, vix unius bigae adiectione honorari passus est. Templa, Flamines, Sacerdotes decerni sibi prohibuit: etiam statuas, atque imagines, nisi permittente se poni: permisitque, ea sola conditione, ne inter simulacra Deorum, sed inter ornamenta aedium ponerentur. *Ex veteri Romano marmore apud Reinesium Cl. VI. pag.* 403. *num.* XX. *quod integrius affert Sponius Misc. Erud. Antiq. Sect. II. p.* 61. *discimus, hunc Q. Cascellium Labeonem Voltinia Tribu censum fuisse, & Praefectum Collegii Fabrum extitisse, Neroniamque Nerullam uxorem habuisse.*

Ver. II. THVRE ET VINO, *&c. Sequitur decretum, ut Genii Caesarum thure, & vino ad epulandum ara Numinis Augusti invitentur a Decurionibus. Diserte id quoque praecipit Ovidius lib.* III. *de Ponto El.* 1. *in divinis honoribus Augusto faciendis:*

Sed prius imposito sacris altaribus igni,
  Thura fer ad magnos puraque vina Deos.
E quibus ante omnes Augusti numen adora,
  Progeniemque piam, participemque thori.

Preces quoque addit Horat. l. IV. *Ode* 5. *ad eumdem Augustum:*

Hinc ad vina redit laetus, & alteris
    Te mensis adhibet Deum;
Te multa prece, te prosequitur mero
Diffuso pateris, & Laribus tuum
Miscet numen.

Horatii versus illustrant Romanum lapidem, in quo legitur apud Grut. p. CVI. 6. LARIBVS. AVG. ET. GENIS. CAESARVM. *Victimam caedi Natalibus antiquitus fas non fuit; neque gladiatorum spectacula edita priori saeculo, posteriore vero quamplura. Viden-*

dendus Martinus de Roa Soc. Iesu de Die Natali sac. & prof. c. VII. *Natalis siquidem dies sanctus, & festus erat apud veteres, quem albati celebrabant, ut docet Hor. lib.* II. *Satyr.* 2. *ver.* 60.

Ille Repotia, Natales, aliosve dierum
Festos albatus celebret.

Servi ea die ab operibus soluti, splendidiori cultu aedes ornatae. supplicia de nocentibus minime sumta; neque lites prosequutae; neque ius, aut causam dicere, neque negotiari permissum; sed sacrificiis, conviviis, epulis, ludis solummodo interesse, atque operari; sacra natali Genio thure, mero, floribus, fritillo, libis, placentis, peregrinis odoribus, unguentis, sertis facta; quod plurimis constat auctorum, & praesertim Poetarum locis. Quare Tibullus natalem diem acturus, ea praefatur, quae in Sacrificiis imperantur, lib. II. Eleg. 2.

Dicamus bona verba, venit Natalis; ad aras
Quisque ades, lingua, vir mulierque fave.

Natalis Genius ille ipse est, quem quisque in genesi sortitur, quem ita describit Horatius lib. II. Epist. ad Iul. Florum ver. 187.

Scit Genius, natale comes qui temperat astrum,
Naturae Deus humanae mortalis in unum
Quodque caput, vultu mutabilis, albus, & ater.

Viri Genium colebant in natalitiis, Iunonem feminae, quam Tibullus lib. IV. Natalem nominat. γενεθλίαν.

Natalis Iuno sanctos cape thuris acervos,
Quos tibi dat tenera docta puella manu.

Quare per Genium viri, per Iunonem feminae iurabant, teste Minutio in Octavio. Genium quoque Natali die ad sacrificia, ad epulas, & ad impositos aris divinos honores invitatum testatur hoc marmor, & Tibullus pluribus in locis; id etiam factum a feminis, diserte ait lib. IV. ut supra. Verum Lib. II. Eleg. 2. *sic loquitur:*

Ipse suos Genius adsit visurus honores,
Cui decorent sanctas mollia serta comas.

Quidquid enim ea die peteretur a Genio, multo videlicet hilarato mero, facile se impetraturos arbitrabantur; ideoque ut annueret precabantur. Idem Tibullus lib. II. Eleg. 2.

Annuat &, Cerinthe, tibi quodcunque rogabis,
En age; quid cessas? annuit ille, roga.

V. 13. ARA NVMINI AVGVSTO PECVNIA NOSTRA FACIENDAM. *Ara*, idest *Aram* fine nota τοῦ M, ut in Inscriptionibus observatur. In Urna Musei Suburbani Villae Stroziae: OLLA EIVS SI QVI OVVIOLARIT AD IFEROS NON RECIPIATVR. ἀντὶ τοῦ OLLAM. & INFEROS.

Ver. 13. & 14. LVDOS EX IDIBVS AVGVSTIS, *&c.* *Ovidius lib. IV. de Ponto Eleg.* IX. *ad Graecinium:*

Pontica me tellus, quantis hac possumus ora
Natalem ludis fcit celebrare Dei.

Igitur variis Ludis Natalia Caesarum celebrata, maxima pompa ingentique sumtu fuere; equestribus, circensibus, venationibus, militaribus, propositis magnis praemiis; quod multis auctorum locis, praesertim Dionis, Suetonii, Capitolini, AElii Spartiani diserte testatum est.

Ver. 14. IN FACIENDOS CVRAVIMVS, pro *conficiendos.*

Ver. 15. NATALI AVGVSTAE MVLSVM ET CRVSTLVM. *Mulieribus Vicanis ad templum Bonae Deae seorsim a viris congregatis mulsum, & crustulum distribui praecipitur. De Bona Dea multa habet Macrobius lib.* I. *Saturn. cap.* 12. *In eius aedem ventitare viris nefas habitum; cuius limina puniceis vittis in festis velari solita docet Propert. lib. IV. Eleg.* 10. *Mulsum* [οἰνομέλι] *est vinum melle conditum; divitumque erat potio. Martialis lib. XIII.* 108. *dignum censet, ut Ganymede Iovis pocillatore in cena propinetur.* Lene mulsum *vocat Horatius Sat. II.* 4. 24. *eius dotes praedicat Plinius lib. XXI. cap.* 24. *Non tantum natali die, sed in funere quoque mulsum datum memorat Livius XXXVIII.* 55.

CRVSTLVM & CRVSTLA, pro *Crustulum*, & *Crustula*. Sic *exanclare* pro *exanculare*. *Nomenclator* pro *Nomenculator*, idest Nominum calator, sive nuncupator. Graeci sequioris aevi: τίτλα, *titulos*. & παράτιτλα, quae concessit Iustinianus legum titulis apponi; breves titulorum explicationes.

Crustulum, placentae genus interpretatur Acron ad Horatium: Erant autem parata ex farina, melle, & lacte, similibusque opere pistorio, pueris valde gratissima, ut ait Horatius Sat. I.

. . . . ut pueris olim dant crustula blandi
Doctores, elementa velint ut discere prima.

Valde

Valde in priscorum deliciis fuisse, marmora antiqua testantur, in quibus testamento dari Decurionibus, & Populo, Incolis, & Colonis iubentur. Frequentius tamen, ac proprius Natalibus tam Caesarum, quam privatorum hominum dari consuevisse observo, plurium lapidum auctoritate, praesertim Ferentini apud Gruterum pag. CCCCLXI. *& Thessalonicensis apud Fabrettum cap. X. pag. 606. num. 53. in quo Caesaris Augusti natali die mulsum, & crustulum dari ex vectigalium reditu quotannis iubetur.*

Ver. 17. ITEM DEDICATIONE STATVARVM, *&c. Mulsum, & crustula dari quoque mandantur die dedicationis Statuarum in honorem Caesarum, & Liviae Augustae; qui dies quasi natalis ipsarum Statuarum dedicatarum erat. Quare quo frequentior esset,* VI. *Idus Martias, qua die Tiberius Caesar Pontifex Maximus creatus est, in perpetuum quotannis se celebraturos, ac servaturos testantur.*

Natali die lectisternia quoque ante Statuas dedicatas facta testatur Bergomense marmor apud Gruterum pag. DCCLIII. 4. *& Marcellus Iureconsultus in Pandectis Florentinis Rubrica de Annu. legat. & fideicom. Nam Statuas, praesertim Caesarum, atque Heroum, Genium suum, atque adeo divinum quid habere censebant veteres; quod Statuarum fortassis indicat vox* Dedicatio. *Gruteri lapsum notare haud praetermittam; qui in notis, & castigationibus in fine veterum Romanarum Inscriptionum,* CAESARVM *appellationem audiens, Caii, & Lucii, qui ab avo Augusto adoptati sunt, & Iuventutis Principes appellati, Natalia hic celebranda decerni existimavit. Verum heic* CAESARVM *vocabulo Augustus, & Tiberius, vel tacite quidem ipse C. Germanicus Caesar, solummodo designantur, atque exprimuntur.*

Eodem ver. DATVRO, pro DATVROS. litera S, prout antiqui in fine vocum faciebant, elisa.

Exceptis primis duobus versibus, duobusque locis, nulla in fine cuiuscumque versus, & inter verba, puncta heic observantur. Item post eosdem primos duos versus, litera A *absque transversae lineae sectione insculpta ita* Λ *est; quam, typorum commoditati inservientes, ubique feliciter repraesentare non potuimus; literae quoque Romani pedis semiuncia paullo maiores sunt.*

In

In Hortis Mediceis [vulgò Boboli,] quae ibidem modo non reperiuntur. Ex Schedis Caroli Dati viri Clariss. qui suo tempore vidit, & descripsit.

65
D . M
TI . CL . ONESIMI
QVI . VIXIT . ANNOS
LXV. MENSES. VI. DIES. V
AVRELIA . DIOCLIA
CONIVX . ET
TI . CL. MELLIGERVS. LIB
PATRONO OPTIMO

66
D & M
ALFIONIA
EVTYCIA
FECIT . Q
STATIO
FELICI
COIVGI

67
A . SICINIVS
APRILIS VIX
ANNOS XXXV

68
D . M
T. DVXIO. LADAE
PATRONO . B . M
TROPHIME
NICYS
HERACLA
LIB. FEC

Idem fatum sortitae sunt & sequentes XVI. Inscriptiones antiquae, quae hoc tempore desiderantur. Accepi ex Schedis V. Cl. Vincentii Borghinii, qui ait repertas Florentiae in veteri Arce Iustitiae, & cura studioque D. Bindi Altoviti descriptas.

69
D. M. C. ANNI
LASCIANI. V. A. XLV
PLAVTIA . GRAP
TE. CONIVGI . BE
NE . MER . ET . M
PERELIVS . FELIX
AMICO CARISSIMO
FECERVNT

70
D . M . S
PERELIAE
PRIMITIVAE
V. A. XIIX. D. XVII
M. PERELIVS
MVSICVS. ET
MATTIA FAVENTINA
VERNAE. SVAE
FECER

69.

65. DIOCLIA. Διοκλεία. *Dioclea*.

66. EVTYCIA. εὐτυχία. *Eutychia*, i. e. *Felicitas*. In Nummo Latino: FELICIA TEMPORA, in Graeco ΕΥΤΥΧΕΙΣ ΚΑΙΡΟΙ.

67. A. SICINIVS APRILIS. De L. Sicinio Dentato innumeris donato militaribus praemiis Aulus Gellius lib. II. cap. XI. Hic *A. Sicinius Aprilis*, forte quasi *Apri* dentes habens.

69. *Hoc in loco, ubi hi tituli eruti sunt, Sepulcrum familiae* Pereliae *fuisse liquet; quae in pluribus hisce Inscriptionibus nominatur. Ex Florentinis quoque Familiis hae innotescunt*, Annia, Plautia, Rustia, Mattia, Cassia, Mattia, Decoria, Tampia, Metilia, Quintia, Atilia, Sulpicia, Terentia.

71 FORTVNATO
VIX. ANN. XX
M. PERELIVS
SVCCESSVS
FRATRI. ET
L. RVSTIVS
SEVERVS
AMICO B. M. P

72 D M
APOLLONI
VIX. ANN. XXIIX
M. PERELIVS. ET
MATTIA. FEC

73
DIS. MANIBVS
CASSIAE. FORTVNATAE
PLAVTIA. GRAPTE
SORORI DIAE FECIT

74
CASSIAE
LEVCADI

71. M. PERELIVS SVCCESSVS. Epitynchanon. Epitynchanus. ἐπιτυγχάνων. *Assequens*. *Fortunatus*.

73. PLAVTIA GRAPTE. γραπτή. *Scripta*, vel *Picta*.

SORORI DIAE. Homer. κατέλιφω δῖα χεάων. Calypso Dia dearum. *In Inscriptione Musei Fabrettiani Cap. IV. num. VIII.* CRISPINA DIVINA *dicitur, vide eo in loco Fabrettum*.

74. CASSIAE LEVCADI; *Candidae*. λεύκη. vel forte *Leucadiae*.

75
D . M
EPITINCANO
MATTIA . VRSILLA
CA
CONI . B . M . FECIT

76
D M
MATTIAE
GRAMENI

77
DIIS MANIBVS
ANNIAE . LAVAE
VIX . AN . VII . M . V . D . XII
C . ANNIVS . LASCIANVS
ET PLAVTIA GRAPTE
L . B . M . F

78
DIS . MANIBVS
IVSTAE . V . A . II
MENSIBVS . II
DIEBVS . XV
FRVCTVS . PATER
FECIT

79
D . M . OSSA . CONDIT
N . METTI . SABINIANI
TERENTIA . SABINA . MAT
INFELICISSIMA . FILIO
PIISSIMO . N EXEMPL (I above N)

80
D . M
DECORIAE . FELICIAE
....
L . DECORIVS . EPAPHRODITVS
....
FILIVS . ET
DECORIA . DONATA
ALVMNA . PARENTIBVS

81
D . M
QVADRA
TILLAE
TAMPIVS
PATER

82
A . QVINTIVS
ATILIA . C . L
ATILIA . C . L

83
A . METILIVS
EROS . VIXIT
ANNIS

84
D . M
SVLPICIAE
PREPVSAE

76. MATTIAE GRAMENI. Forte a *Grapte*, ut *Niceni* a *Nice*, quasi γεγραμμένη.

79. PIISSIMO . N EXEMPL. *h. e.* in exemplum.

84. SVLPICIAE PREPVSAE. πρεπούσῃ. *Decenti, decorae.* Tib. lib. IV. Carm. 2. v. 8.

Componit furtim, subsequiturque decor.

τὸ πρέπον. *id quod decet, Decorum.* εὐπρέπεια.

Inter Florentinas antiquas Inscriptiones, has quoque recensemus, quae hoc tempore non extant; verum eas viderunt, & descripserunt docti viri.

In AEdis Sanctae Reparatae fundamentis reperta.

85
MAGNAE DEAE
NORTIAE

Statuae Herculis cum tibiis adfixa.

86
HERCVLES.... DOR...
FOR.......

In Arce Flor. S. Iohannis Bapt.

87
D . M
NARENIAE
HERMIONE
ORIVS

In AEdibus D. Ducis Salviati.

88
TI . IVLI . ATHICTI
IVLIA. VERECVNDA. PATRONO. B. M
ET . C . AELIVS . TELESPHOR
AMICO . PIENTISSIMO

Apud Nobb. e Cavalcantibus Urna marm. mirae elegantiae.

89
D . M
TREBONIAE . CEPEAE
CONIVGI . BENE
MERENTI
Q. FABIVS . PATERNVS
FECIT

Sarcophagus in Opere Eccl. Metr. ex Schedis Vinc. Borghinii.

90
D . M
Q. PETRONI
MELIORIS
COS . MV

85. NORTIAE. Dea Nortia localis ἐντόπιος, ἐπιχώριος, Etruscorum, quam Iuv. Sat. x. *Nursciam* appellat. Putabatur esse

Fortuna, Tyche, Nemesis. *Primus Reinesius edidit Cl. I. num. CXXXI. deinde Fabrettus ex Schedis Barberinis Cap. X. n.* 108.

86. HERCVLES. *Produxit Reinesius Cl. I. num. LXVI.*

88. ATHICTI. ἀθίκτου, quod Lat. valet *Intacti*. Etiam in Gr. olim scribebatur ΑΤΗΙΚΤΟΥ, priusquam Theta inventum esset. & ΠΗ pro Φ, & ΚΗ pro Χ, ut in marm. Oxonien.

TELESPHOR. Gr. τελέσφορους. In Nummis Telesphorus saepe iungitur salutaribus Diis AEsculapio, & Hygeae; puer siquidem cucullatus, palliatusque, convalescentiae, ut puto, index: quare imaguncula eius apud Volfium Federici IV. Daniae Regis Medicum, erat cum membro arrecto, veste velato, quod indicium sanitatis vulgo audit.

90. COS. MV. *idest* Consulis Municipalis. *Videndus Fabrettus Cap. X. pag.* 723. *& pag.* 745. *num.* 537. *qui protulit.*

Haec olim in gradibus maioris Arae Eccl. tunc Parochialis D. Pauli.

91

. . . .
. . . . SIBI ET
VALERIAE . . . MIAE
. . . . . RMII. ET. VALERIO
FELICI . CONTVBERNALI
SEX VIR

. . . .
. . . SIBI . ET
HERENNIAE
I . RMI . . . . CON
. . . . C . . . . M . . .

In AEdib. D. Iohannis Nardii ex Sched. Cl. V. Cosmae de Arena.

92

APOLLINI. AVGVSTO
SACRVM
MAGISTER . ET . MINISTER
ANNI. LII. D. D
L. LABERIVS. L. L. FELIX
TERTIVS. Q. Q. NVNNIORVM
LVNESIS. ET. MONTANI

In AEdib. Cl. V. Cosmae de Arena erutum in quodam Horto suburb. eiusdem An. MDCXXXVI.

93

D M
BAEBIAE
. . TREPTEN
. . AELIVS
SECVNDI
NVS. MATRI
B . M

92. *Vulgavit Fabrettus Cap. VI. pag.* 465. *num.* 99.



INSCRIPTIONES
ANTIQUAE
IN MUSEO SUBURBANO VILLAE
CAROLI THOMAE STROZII
PATRICII FLORENTINI
AD MONTEM HUGONIS.

1



1 IOVI . SABAZ . &c. idest *Iovi. Sabazio. Q. Nunnius. Alexander. Votum. Solvit. Libens. Merito.*

Fortuna, Tyche, Nemesis. *Primus Reinesius edidit Cl. I. num. CXXXI. deinde Fabrettus ex Schedis Barberinis Cap. X. n.* 108.

86. HERCULES. *Produxit Reinesius Cl. I. num. LXVI.*

88. ATHICTI. ἀθίκτου, quod Lat. valet *Intacti*. Etiam in Gr. olim scribebatur ATHIKTOY, priusquam Theta inventum esset. & ΠH pro Φ, & KH pro X, ut in marm. Oxonien.

TELESPHOR. Gr. τελέσφορους. In Nummis Telesphorus saepe iungitur salutaribus Diis AEsculapio, & Hygeae; puer siquidem cucullatus, palliatusque, convalescentiae, ut puto, index: quare imaguncula eius apud Volfium Federici IV. Daniae Regis Medicum, erat cum membro arrecto, veste velato, quod indicium sanitatis vulgo audit.

90. COS. MV. *idest* Consulis Municipalis. *Videndus Fabrettus Cap. X. pag. 723. & pag. 745. num. 537. qui protulit.*

Haec olim in gradibus maioris Arae Eccl. tunc Parochialis D. Pauli.

91

. . . .
. . . . SIBI ET
VALERIAE . . . MIAE
. . . . . RMII. ET. VALERIO
FELICI . CONTUBERNALI
SEX VIR

. . . .
. . . SIBI . ET
HERENNIAE
I . RMI . . . CON
. . . . C . . . M . . .

In AEdib. D. Iohannis Nardii ex Sched. Cl. V. Cosmae de Arena.

92

APOLLINI. AVGVSTO
SACRVM
MAGISTER . ET . MINISTER
ANNI . LII . D . D
L . LABERIVS . L . L . FELIX
TERTIVS . Q . Q . NVNNIORVM
LVNESIS . ET . MONTANI

In AEdib. Cl. V. Cosmae de Arena erutum in quodam Horto suburb. eiusdem An. MDCXXXVI.

93

D M
B A E B I A E
. . T R E P T E N
. . A E L I V S
S E C V N D I
N V S . M A T R I
B . M

92. *Vulgavit Fabrettus Cap. VI. pag.* 465. *num.* 99.



INSCRIPTIONES ANTIQUAE

IN MUSEO SUBURBANO VILLAE

CAROLI THOMAE STROZII PATRICII FLORENTINI

AD MONTEM HUGONIS.

I




1 IOVI · SABAZ · &c. ideſt *Iovi. Sabazio. Q. Nunnius. Alexander. Votum. Solvit. Libens. Merito.*

Iovis recto casu, ut est apud Ennium, olim dicebatur; ab *Iehovah* cognominatus, non ab *iuvando*. Ita *Evoe* non ab εὖ οἷ, hoc est, *bene illi*, ut Lucianus hariolatur, sed a nomine tetragrammato *Iehovah*. Sic SABAZIVS. σαβάζιος, puto, a *Sabaoth*, idest *Exercituum Deus*, κύριος τῶν δυνάμεων. *Dominus copiarum*. Nominum Graecorum etyma, ut probe asserit Plato in *Cratylo*, quorum origo apud Graecos non invenitur, a barbaris petenda, a quibus Graeci vocabula multa sumserunt; cuius verba haec sunt: εὐνοῶ γὰρ ὅτι πολλὰ οἱ Ἕλληνες ὀνόματα ἄλλως τε καὶ ὑπὸ βαρβάροις ἀκοῦντες παρὰ τῶν βαρβάρων εἰλήφασι.


Bacchum quoque ex Iove, & Proserpina natum, Sabatium *cognominatum fuisse discimus ex Aristophane in* Vespis *in principio. Huiusmodi cognomentum a Baccho ad Iovem forsitan translatum fuisse nonnulli putarunt; nonnulli ab Iove ad Bacchum. Verum proprium fuisse Iovis cognomen Thomae Dempstero persuasum est Paralip. ad Ioh. Rosini Antiq. Rom. lib. II. cap.* v. *hac ratione, quod in* Sabatiis, *videlicet Iovis* Sabatii *festis, iis qui initiarentur, anguis in sinum eorum inmissus, per partes inferiores rursum eximeretur. Samueli Bocharto viro doctissimo, ac politissimo* Sabatius *plane idem est quod* Methymnaeus, *Geogr. Sacr. lib. I. cap. XVIII. ubi plura de sanctissimis Dei nominibus per insignem blasphemiam in impurissimum Bacchi idolum translatis.*

Haec Ara marmorea in lateribus eleganter sculpta est capitibus arietinis, & patera in medio in adversa facie; alta ped. II. *unc.* II. *lata ped.* I. *unc.* VIII. *Deorum Aras in templis, disparibus altitudinibus, ad sui cuiusque Dei decorem, componi docuit Vitruvius de Arch. lib.* IV. *cap.* 5. *ut Iovi, omnibusque caelestibus quamcelsissimae constituantur; Vestae, Terrae, Marique humiles collocentur. Verum in votivis privatorum Aris, ut haec nostra, licet Diis maioribus dedicatis, minime haec regula servata, quum modo excelsae, modo humiles spectentur. Hanc vulgavit, sed absque delineatione, Gruterus pag. XXII. 6. ubi etiam aliam Iovi Sabatio voto dicatam ab eodem Q. Nunnio Alexandro num. 5. produxit. De Iovis Sabatii cognomine plura erudite Reinesius Cl. I. num. CCLVI. pag. 232. & Sponius Miscell. Erud. Antiq. Sect. III. pag. 78. num. XIV.*

2



3



In sinistro huius Basis latere.

D D
PR. NON. APRIL.
LAETO II. ET. CERIALE
COS

2. *Sensus huius Inscriptionis est:* Duo Volumnii (*ex Volumnia Gente*) Verus, & Severus Dianae Invictae [*Aram*] dedicavere. *Aliam huic similem dedit Sponius Sect. III. pag. 72. num. II. hac epigraphe:* IOVI.O.M CINGI DVO STABVLO ET AVLVS. *Posteriorem huius marmoris lectionem, quam attulit Sponius, probavit Fabrettus Cap. IX. pag. 615. qui & hoc protulit num. 129. non vero de Iove peregrino* Cingiduo. *Clarius firmatur genuinus harum Inscriptionum sensus ex alia ex Schedis Vaticanis apud Comit. Malvasiam Sect. V. Cap. VIII. Marm. Felsin. pag. 251. quae ita habet:* DVOBVS. TERENTIIS BACCHO. ET TERENTIANO FECERVNT. SATVR. ET TERENTIA PRIMA PARENTES FILIS CARISSIMIS. LIB LIBERTABVSQVE POSTERISQVE EOR.

L. Volumnii Severi meminit allata superius Tabula pag. 103. num. 68. item Signina Basis apud Gruterum pag. CCCCXC. 5. *ex Panvinio. Diana apud Reinesium Cl. I. num. 259. & 260.* INVICTA. VICTRIX. & SANCTA *appellatur; eodemque Solis Mithrae cognomine gaudet.*


3.

3. *Ideſt*: Terentiae Flavolae [*h. e.* Flavulae] Virgini Veſtali Maximae Aurelius Iulius Balbillus Sacerdos Solis ob plura eius in ſe merita dedicavit pridie Nonas Apriles Laeto ſecundum & Ceriale Conſulibus. *anno videlicet U.* 967. *Chr.* 215. *Hanc Aram illuſtrat doctiſsimus Lipſius Syntagm. de Veſta Cap.* XV. *Ex Mazochio edidit Gruterus pag.* CCCXII. 2. *verum non bene diſtinctis verſibus. Virginum Veſtalium, quae ceteris aetate praeſtabat, Maxima dicebatur; ſolaque Palladis demiſſum caelo ſimulacrum, quod in Veſtae Templo aſſervabatur, Palladiumque dicebatur, ſpectare poterat, ut ex Lucani Lib.* 1. *colligitur.*

Veſtalemque chorum ducit vittata Sacerdos,
Troianam ſoli cui fas vidiſse Minervam.

Non tantum fluitantes vittas, ſed & infulas, comamque attonſam atque adſtrictam geſtaſſe Virgines Veſtales erudite obſervat Fabrettus Syntag. de Col. Traian. cap. VI. pag. 167. *allatis Virginum Veſtalium duobus cimeliis rariſsimis ex Muſeo Emin. D. Cardinalis e Carpinea. Virginis Veſtalis Maximae inſigne praecipuum, nec ceteris commune, monile, & bullam quamdam ante pectus fuiſſe, aſſerit Lipſius. Calceamenta quoque ſplendida, non tenuia, ſed duplicibus soleis ornata, quae Dii atque Heroes geſtare ſolent, iiſdem honoris gratia data obſervo in egregii operis Veſtali Virgine Florentiae in AEd. D. Ducis Salviati.*

AVREL. IVLIVS. BALBILLVS. *Balbillus diminutivum, ſeu* ὑποκοριστικὸν *Balbi. Huius forſitan frater, ni idem ſit, omiſſo praenomine, Iulius Balbillus item Solis Sacerdos, cuius meminit Ara Romana apud Grut. p.* CCLXIII. 1. *Ignis aeternus, Veſtae, ſi Veſtalium incuria extingueretur, non ab alio terreſtri, ſed a Solis igne reficiebatur. V. Plutarch. in Numa, a quo Veſtales inſtitutae.*




Hoc marmor unico lineae ductu caelatum, Cinerarium exhibet Servum, de quo infra, quum veterum Sarcophagorum anaglypha observabimus; ubi, ut utar verbis elegiacorum Poetarum Principis, nullum ſine nomine ſaxum.

Ara marmorea alta ped. II. lat. ped. I. unc. I. ornata patera, & ſimpulo.

Baſis marmorea eximii operis, alta ped. II. unc. XII. lata ped. I. unc. VIII. ornata Hammonibus, encarpo, aquilis, gallis pugnacibus, ciconia in medio ſerpentes vorante; in lateribus ſimpulo, patera, encarpo, aviculis, & ſphingibus.

4



5



4. EVMOLPVS CAESARIS. εὔμολπος. *Bene canens*. Eumolpus poeta deridiculus inducitur apud Petronium; qui, ut ipſe ait, loquebatur magis poetice, quam humane; & quum ma-

maris tempeftas fureret, tum magno ftrepitu chartae verfus ingerebat. *Liberti a patronis manumifsi, eofdem poftea loco patrum colebant: id ut teftificarentur, fua nomina cum genitivis patronorum iungere folebant; quemadmodum apud Reinefium Cl. XVII. pag.* 833. *In fuperiori lapide pag.* 111. *num.* 91. PHILADELPHVS CAESARIS MONTANAE CAESARIS, & *in aliis quamplurimis. Manumifsi catenas, & annulos ferreos Saturno, & Laribus donabant, tefte Martiale lib.* III. *Epigr.* 29. & *Horatio lib.* I. *Sat.* 5.

A SVPELLECTILE DOMVS AVRIAE. *h. e. curator, vel cuftos fupellectilis Domus Aureae.* AVRIAE *legendum* AVREAE. *ita frequenter in pluribus vetuftis lapidibus* ARIA *pro* AREA. *Raritatem huius Arae commendat Fabrettus Infcr. Antiq. Cap. X. pag.* 711. *num.* 328. *quae in Gruteriano veterum Infcriptionum Thefauro pag.* XXXI. II. *fola* DOMVS AVREAE *mentionem facit. Gruterus ex Mazochio retulit extantem apud Matthaeios trans Tiberim, mendofe reponens* DOMVS AVRIF. *pro* DOMVS. AVRIAE. *Male &* *Fabrett.* AVRIE, *pro* AVREAE, & DONVM. DONAVERVNT *pro* DONVM. POSVERVNT. δῶρον ἀνέθηκαν. dedicarunt. *Subdit poftea*: Apud Nobb. de Molaria ad Pontem Ceftium; *quo in loco vidit ille, qui poft Mazochium defcripfit.*

Aurea Domus, iuxta Efquilias in V. Urbis regione fuit; quam Nero conftruxit, patriae ufus ruinis. De ea his verbis Suetonius in Nerone cap. 31. Non alia in re damnofior, quam in aedificando. Domum a Palatio Efquilias ufque fecit; quam primo *Tranfitoriam*, mox incendio abfumtam, reftitutamque *Auream* nominavit. *Stupendae molis, ac magnificentiae fuiffe narrant veteres. Magnificentifsima eiufdem Domus Aureae ornamenta, miramque fupellectilem fufe narrat Suetonius fuprafcripto capite, & Plinius lib. XXXIV. c.* 8. *In ea, ut narrat Cornelius Tacitus lib. XV. num.* 42. *non tam gemmas, & aurum, quibus effulgebat, verum arva, filvas, profpectus, lacus, ftagna, pifcinas Nero voluit effe miraculo; quam poftea Vefpafianus folo aequavit; & Coloffo, Neronis deiecto capite, Solis vultum, duodecim radiis infignem, repofuit, dicavitque Soli fidereo Deo. Vide M. Val. Martialem de Spectaculis Epigr. II.* & *lib.* XII. *Epigr. LX. Plura erudite obfervat Montfauconius de Aurea Neronis Domo; in Praefatione Diarii Italici; itemque pag.* 131. 143. 177. 178. 192.

Sub

Sub Solis effigie Eumolpus ipsum Neronem repraesentare forsitan voluit, crudelitatis monstrum falsa adulatione deificans. Notandus ille crater supra basin ad libamina in sacrificiis excipienda, qui etiam non raro in sepulcralibus Cippis, ut hic num. 8. occurrit: Solem heic decem radiis insignem cernimus; alibi quoque aliquando duodecim radiis ornatum, ad designandos duodecim anni menses. Apud Sponium Miscell. Erud. Antiq. Sect. I. Art. I. pag. 3. octo radiis illustris est.

5. THVRARIO: *Thurarius, de quo nunc primum mentio, fortassis vel thuris institor, vel thuris ministrator, in privatis, aut publicis sacris; qualem describit Ovidius Trist. lib. V. Eleg. V. in Sacrificio Natali Genio Uxoris;*

Da mihi thura, puer, pingues facientia flammas;


vel qualem vetera anaglypha ostendunt adstantem coram sacrificante, cum thuris acerra; de quo infra in observationibus. Cicero in Verrem lib. IV. Orat. X. inter domestica sacrificiorum instrumenta patellas cum sigillis, & simulacris Deorum, pateras, & thuribula, antiquo opere, ac summo artificio facta, reponit. Clar. V. Du-Cange in Glossario Thurarium, Pigmentarium *interpretatur.*

6



In marm. Columella alta ped. I. *unc.* VI. *lata unc.* VIII.

7




6. L. FADI. CORNVT. scil. *L. Fadii Cornuti*. quasi mono-gramma τοῦ TI. Pariter in nummis Tyriorum, TYP mono-gramma est; & lineam longam τοῦ T, clava Herculis facit, qui dictus est Tyrius.

PRAEF. COH. V̄. EQ. SPANOR. idest *Praefecti Cohortis Quintae Equitum Spanorum*. hoc est *Hispanorum*. Hispania, Graecis tum *Iberia*, ἰβηρία, tum *Spania*, σπανία dicitur. Ita Glossae, & D. Paullus ad Rom. cap. 15. v. 24. 28. εἰς τὴν Σπανίαν. Hinc pullus color Nonio, *Spanus*. Eodem modo *Speriam*, pro *Hesperiam* apud Isidorum Pacensem aera 753. notat celebris famae Vir Carolus Du-Cange in Gloss. voce SPANISCVS, pro *Hispanicus*. Vide doctissimum Bochartum Geograph. Sacr. lib. I. cap. xxxv.


TRIB. MIL LEG. V̄. MACED. H. AED. videlicet *Tribuni militum Legionis Quintae Macedonicae hoc aedificium &c.*

Romani quatuor civium Romanorum Cohortes in Hispania habuerunt, ut ex Pisaurensi lapide constat apud Fabrettum Cap. X. pag. 700. num. 211.

8




9




8. CONIVG. OP B. M. *idest*: Coniugi optimo bene merenti. OPETREIA. Opetreiae *Gentis meminit vetus Inscriptio apud Grut. pag.* CCCLXXXVI. 5. *& apud Fabr. Inscr. Antiq. Cap. IX. pag.* 636. *num.* 304.

Marmorei Cippi, quos heic num. 8. 9. 10. 11. 12. & 13. *damus, ornati sunt simpulo in dextro latere, & patera in sinistro. Simpulum in omnibus paene Aris, & Cippis invergens sculptum est, ad inferias, & libationes Diis Manibus paratum. Simpulum, supra quod sedet perparvulus Genius, visitur in medio antiqui Sarcophagi striati, & pulchre vittati in lateribus, ad S. Spiritus Florentiae, in platea secus murum; quem Pisis Florentiam advectum plures asserunt.*

10




11




10. D. LVCILIVS. GLYCO. h. e. *Decimus Lucilius Glyco.* Γλύκων. *a dulcedine, & suavitate morum.* In basi Herculis Farnesiani super clava requiescentis: ΓΛΥΚΩΝ ΑΘΗΝΑΙΟΣ ΕΠΟΙΕΙ. *Glyco Atheniensis faciebat.* Vv 2

11. L. VIBVS, l. L. VIBIVS &c. EYFROSYNE, l. EVPHROSYNE. εὐφροσύνη. CONIVGI. B. M. F. i. *Coniugi benemerenti fecit*. CON. QVA. VIXIT. In pluribus Inscriptionibus *Cum* in compositione vertitur in *Con*. Conferre, conlatus, conmixtus. Facilis mutatio V in O. ut *Poblicola*, pro *Publicola*. *Hercoli* in veteri Inscriptione apud Gruterum pag. VI. 2. pro *Herculi*; Ita M in N, *Idenque* pro *Idemque*, apud Fabrettum Cap. IV. pag. 292. num. 232.

12



13



12. RESTVTO. scriptum pro RESTITVTO, ut supra pag. 30. Inscr. LV. RESTVTAE, pro RESTITVTAE. Sic *Idolatria*, *Tragicomoedia*, pro *Idololatria*, *Tragicocomoedia*.

Marmoreus hic Cippus a summo ad imum terebratus est, quò libationes ex receptaculo illo superiori in amphoram cinerariam, sub

Cippo

Cippo in terra obrutam, defluerent; ut erudite observat Fabrettus Cap. II. pag. 108. *Visuntur etiam* Cippuli *nonnulli superne in arculae modum excavati, quandoque etiam cum cratere inter volutarum cornua; vel scilicet ad parentalia sacra, vel ad satos perpetuo flores excipiendos, quibus defunctorum animas valde delectari veteres putarunt. Hinc Sepulcra in hortis amoenitatis, & deliciarum quammaxime plenis collocata; ac* Cepotaphia, κηποτάφια, *idest* Horto-sepulcra, *dicta; iisdemque rosaria assignata, ut rosis quotannis spargerentur, & coronarentur; denique, ut ait Iuvenalis Sat.* 7. *ut in Urna perpetuum ver esset. Videndus Sen. Phil. Bonarota in Vasa Vitrea Coemeteriorum pag.* 189. & 190.

13. EVSEMVS. εὔσημος. *insignis*. Occurrit magis *Eusemus*. *Euphemus*.

In marmorea Arcula semirotunda, in angulis perbelle ornata aquilis, Hammonibus, qui encarpum sustinent; duobus quoque copiae cornibus, & in operculo ciconiis anguem discerpentibus.

14

D M
A. SERVILIO. EPAPHRODITO
ET. LVCCEIAE. MAGNAE. FECIT
M. LVCCEIVS. PVDENS. F.
PARENT. BENE. MERENT

In marmorea Arcula, quam ornant in angulis facies Castorum, e quibus pendet encarpus; item aquilae, aviculae, & cornucopia in operculo.

15

DIS MANIBVS
C. TELEGENIO. AZMENO
V A XXI M III. TELEGENNIA
MATER

15. C. TELEGENIO. Telegeniae, *seu* Telegenniae *Romanae familiae nomen, quod nunc primum luce donatur.* Videtur esse a Graeco τηλεγενής, *Sero natus*; quod nomen sequioribus seculis obtinuit, quemadmodum *Cito natus*; ut videre est apud D. Gregorium Turonensem in Hist. Francica. AZMENO. ἀσμένῳ. *Asmeno*. *Libenti*.

In

In Arcula marmorea elegantissima, ornata Hammonibus, e quibus encarpus foliaceus pendet, sphingibus, aviculis, & ferali arbore in lateribus.

16

D . M .
C . VALERI . SOCRATIS
M . QVINQVENNALIS
COLLEGI . FABRORVM
TIGNVARIORVM. LVSTBI.XXVII

In Arcula marmorea egregio opere sculpta, ornata capitibus arietinis, e quibus pendet encarpus; itemque calathis pomorum plenis, quos carpunt aviculae; cum Gorgone in medio, circa quam anseres, & copiae cornibus in operculo.

17

D M . C . POMPEIO
IRENEO . H . ET
ALVMNVS
MARTINVS
FECIT . B . M .

18 *In marmorea Arcula.*

DIIS.MANIBVS
AVGVSTALIS. IVNI
FECIT.ABASCANTVS
IVNI.DE QVO NIHIL
DOLVIT . NISI
MORTEM . EIVS

In Arcula marmorea ornata arietinis capitibus encarpum sustinentibus, aviculis, & faciebus Castorum in operculo, feralique arbore in medio.

19

D . M
CL PAVLINAE
T . FL . FELIX . M
ATRI . DVLCISSIMÆ *sic*

16. M. QVINQVENNALIS. *idest:* Magister quinquennalis. *Vide Pancirolum de Magistrat. Municip. & Cl. V. Noris in Cenotaph. Pisana Dissert. I. pag.* 73. & 74. LVSTBI. *ita diserte marmor; quadratarii incuria sculptum* B *pro* R. *lege* LVSTRI. *Vulgavit Fabrettus cum mendo Cap. X. pag.* 707. *num.* 288.

17. H. ET ALVMNVS. *i. e.* Heres, & Alumnus. τρόφιμος. *Trophimus*. Statius lib. II. Silv. in Glauciam Melioris:

Quod


Quod tibi praerepti, Melior, solamen Alumni
Improbus ante rogos, & adhuc vivente favilla,
Ordiar?

18. ABASCANTVS. ἀβάσκαντος. *Fascinationibus minime obnoxius;* nomen faustum, bene auspicatum.

DE QVO NIHIL DOLVIT. NISI MORTEM. EIVS. *In fragmento sepulcralis tituli apud Fabrettum Cap. II. pag.* 88. *num.* 263. *legitur:* NVLLVM. DOLOREM. ACCEPI. TVI. NISI. QVOD. FATALEM. DIEM. CELERITER. PEREGISTI. *In veteri lapide apud Vignolium Inscr. Select. Par. II. pag.* 275. DE. QVA. NIHIL. CONQVERI. POTVIT. NISI. QVOD. CELERITER. FATO. INTERCEPTA. SIT. *Coniugum frequens doloris clausula in vetustis lapidibus; eadem utitur & Abascantus hic, a domino libertate donatus, quod notatu minime indignum est.*


In eleganti Arcula marmorea.

20



In Arcula marmorea pulchro opere elaborata.

21



20. *Postremi tres versus huius Arculae ita legendi sunt:* Ollam eius si qui obviolaverit ad inferos non recipiatur, *quasi, inter Deos Manes non habeatur, vel non numeretur.* Violare, *tunc ponitur, ut notat Servius in Virgilium AEneid. lib. II. ver.* 189. *quum*

quum rebus sacris vis infertur. Monumenta Diis Manibus dicata, sacra erant, & reverenda; eorumque violatores sacrilegio, dirisque obnoxii. Romana Urna apud Sponium Misc. Erud. Antiq. Sect. I. Artic. VII. pag. 23. *haec praefert:* NE TANGITO O MORTALIS REVERERE MANES DEOS. *Deest huic Arculae proprium operculum; in eo haec singularia fuisse.* D. M. *i. e.* Diis Manibus, *marmorea tabella superius allata, pag.* 145. *num.* 50. *quae huius sincerae inscriptionis antiquum apographum videtur, perspicue testatur. Aliud operculum primaevo simile substitutum est, in quo etiam eadem singularia leguntur. Edidit ὁ πάνυ Mabillonius Itiner. Italic. pag.* 148. *nonnullis cum mendis item Fabrettus Cap. II. pag.* 109. *num.* 269. *ubi in Sponium animadvertit.*

21. SYNETHVS. *Synetus*, cum simplici ταῦ. σύνετος, *prudens.*

In Arcula marmorea egregie sculpta Hammonibus; e quibus encarpus pendet, Tritone buccinam inflante, aviculis, & aquilis in angulis.

22

.D . M.
A. SEIO. ZOSIMIANO
EQVIT. ROM. PRAEF. CO
HORT. III. BRA. CAR. AVG
TRIB. LEG. XI. CL. SVCCV
VIAE. ET DECANTIATI.
A. SEIVS AFRICANVS FI
PAT. PIISSIM. B. M. FECIT

In Arcula marm. alteri quam simili, insigni capit. arietinis in angulis, quae encarpum sustinent.

23

AVREL ❦ LIO BAR
BE EQVITI SINGV
LARI TVR VICTOR M *sic*
ILI. ANN. XIII. VIX. AN
XXXIII VALE SEVER
BENEMERENTE

22. EQVIT. ROM. PRAEF. &c. *h. e.* Equiti Romano. Praefecto Cohortis Tertiae BracarAugustae.

BRACARAVGVSTA, *quae & Augusta Bracarensis, Urbs Hispaniae Tarraconensis, & Conventus olim Portugalliae, nunc vulgo* Braga, *quam Ausonius potentem, ac florentem divitiis appellat. Gruterus produxit ex Mazochio pag.* CCCCLXVI. 5. *verum aliquantulum depravatam.*

23.

23. *Ideſt* : Aurelio Barbae Equiti Singulari Turma Victoris militavit annis XIII. vixit annis XXXIII. Valerius Severus benemerenti fecit. *Inemendata apud Fabr. pag.* 359. *n.* 80.

AVREL❦LIO. *legendum* AVRELIO, *ex Aurelia familia, omiſſo praenomine, ut in pleriſque militaribus ſaxis. Folii ſignum medium in voce* AVREL❦LIO *merum in inſcriptis lapidibus, tum Graecis, tum Romanis vel ornamentum eſt, vel, ut Reineſio videtur, in Praeſ. & pag.* 916. *genus quoddam interpunctionis, libero, & idiotico marmorariorum luſu adhibitum. Videndus quoque Fabrettus Inſcr. Ant. Cap. III. pag.* 118. *Sequioribus etiam ſeculis orthographica huiuſmodi ornamenta in uſu fuiſſe obſervo in pluribus Muſivis Operibus inſcriptis apud Cl. V. Iohannem Ciampinium, praeſertim Tab. LII. pag.* 160. *& Tab. XVI. pag.* 60. *Partis II. Veterum Monumentorum.*

In praealta marmorea Arcula perbelle ornata lychnuchis accenſis in angulis, quorum baſes ſphingibus fulciuntur, cum viro iacente in lecto, cum corollis, & faciebus Caſtorum in operc.

24

S. A. S.
A. IVLIO. TER
ENTIANO
FECIT
LICINIA. BEN
ERIA. CVON
DAM. CONIV
GI. BENEME
RENTI

In Arcula marmorea ſemirotunda, in qua duo Genii ſepulcralem titulum tenent.

25

D. M
T. F. PHOEBI
TAB. F. F
ATCOFVSA
AMICO OPTIMO
P. CLODIVS. CASTO
A. B. M. F

24. S. A. S. *In votivo Mediceo lapide, ex Africa, ſuperius allato pag.* 54. *num. CXVIII. ſingulas has literas interpretati ſumus,*

Saturno Augusto Sacrum; *aliam explanationem* Serapidi Augusto Sacrum, *quae nobis excidit, commodum hic reprobamus. Sepulcrali huic titulo, longe alius sensus convenit; Nostra, si coniecturae indulgere liceat, interpretatio haec est:* Sanctis Avernis Sacrum, *vel* Summano Averno Sacrum, *vel* Stygiis Avernis Sacrum, *supple* Diis. *In Vicetinae Inscriptionis fragmento apud Gruterum pag. MXV. 7. legitur:* PLVTONI . SVMMANO ALIISQ. DIS . STYGIIS. *Apud Fabrettum Cap. II. pag. 86. num. 161. veteris fragmenti epigraphe e Coemeterio Castuli, ita auspicatur:* ϭ D ϭ, A ϭ M ϭ *videlicet, ut ipse explicat,* Diis Avernis Manibus; *quae cum Graecis convenit* ΘΕΟΙΣ ΚΑΤΑΧΘΟΝΙΟΙΣ. *id.* Diis Subterraneis.

LICINIA . BENERIA . *i. e. Veneria.* Αφροδισιάς . CVONDAM. CONIVGI. *Quondam*, vel *condam*, ut *quotidie*, & *cotidie*. *Ita in vetustis saxis apud Fabrettum* Cap. IX. *pag.* 606. *num.* 53. PEQunia *pro* Pecunia *legitur; & Cap. VIII. pag.* 573. *num.* 154. MENSIS CINQVE, *pro* menses quinque. *Ita* hirquina barba, *pro* hircina, *Plautus. Virg.* transversa tuentibus hirquis.

25. *Id.* Diis Manibus T. Flavii Phoebi Tabularii Fisci Frumentarii. *In Romano Lap. apud Grut. pag. DXCII. 1. legitur* D. M DONATO AVGVSTORVM TABVLARIO RATIONIS FISCI FRVMENTarii. *Supra pag. 296. num. 25.* Dispensatorem Fisci Frumentarii *dedimus. Fabrettus Cap. IV. pag. 249. num. 22. Augusti Libertum produxit* a Libellis Fisci Frumentarii.

In Arcula marmorea.

26

PESCENNIAE. L. L. AVCTAE
SEX . PESCENNIVS . PIRATA
SEX . PESCENNIVS . RHODO
SEX . PONTIVS. COMMVNIS
PESCENNIA . MELITINE
PATRONAE

In alia simillima.


27

SEX . PONTIO . SEX . F.
AEM . RVGAE . PESCEN
SEX . PESCENNIVS . PIRATA
SEX . PESCENNIVS . RHODO
SEX . PONTIVS . COMMVNIS
PESCENNIA . MELITINE
PATRONO

In


In Arcula marmorea superne, atque intus in ollae formam excavata.

28



Elegans Arcula marm. ornata corolla media inter duo copiae cornua, cum ramusculis in lateribus.

29



30



31



29. *De his Urnis* ἀγραμμάτοις, *Inscriptione destitutis, quae frequenter occurrunt, nonnulla supra notavimus pag.* 275. *num.* 13. *Heic commodum addimus, in his quoque inclusos defunctorum cineres, ne quis ullo usui destinatas fuisse credat. Id praesertim mihi constat ex marmorea Arcula eleganter sculpta, Hammonibus, anseribus, en-*

 carpo,

carpo, pullis, & delphinibus ornata, patera quoque inter lituos media in operculo, nuper eruta in agro Cortonensi, in quodam praedio, vulgo (la Ruota) *Nobilis Viri Petri Aloysii Alfierii, Florentiam nuper advecta, donoque data generoso Viro Roberto Comiti Zephyrinio; quod aperte indicant aerea ligamenta tribus in locis, in adverso fronte, & in lateribus, quibus operculi labra cum Arculae labris iuncta, ac consignata fuere. Extat item in hoc Museo Suburbano Strozio alia pulcherrima marmorea Urna ansata, superius allatae non absimilis; alia quoque Arcula elegantissima, sed absque titulo. Hetruscas quoque, plures Urnas fictiles observavi, titulo haud insignes.*

30. *Olla ansata, & superne, ut ita dicam, squamata, inferne rotunda; ita ut in columbarii foramine posset collocari. Columbariorum iconographiam affert Fabrettus Cap. I. pag.* 10. & 12.

SCRIBE. *legend.* SCRIBAE. *Diphthongi huius vocalis altera persaepe a quadratariis omissa, etiam in priscis aurei aevi monumentis, ut videre est in aenea Tabula Honestae Missionis Imperatoris Servii Galbae, superius allata pag.* 257. *num.* 45. *in cuius fine legitur* IN ARA GENTIS IVLIA, *pro* IVLIAE.

VNCTORES AVG. *idest:* Unctores Augusti; *qui Augustum ungebant; ungendi ministri, Graece* ἀλειπταί. *In apodyterio postquam se expoliassent veteres, alipterion ingredientes, ungebantur, mox pulvere conspergebantur, & ita in diversas exercitationes prodibant. Trimalcio homo lautissimus in balneo, loco servorum, aut unctorum, medicos ad ungendum adhibebat, quos Petronius c.* 28. *pag.* 98. *Iatraliptas appellat. Vide quae supra notavimus pag.* 233. *num.* 24.

31. *Urna sepulcralis ansata, cum literis circa inscriptis* CORFIDIAES FLORAES *a Graeco genitivo, ut in plurimis Romanis saxis. Corfidia familia nunc primum e tenebris vetustatis emergit.*

32

D M
NVSIO VLPIA
FELICV LA.FILIO
FECIT B.M.

33

C.ASINIVS
CONISCVS.POLLIONIS
HEDYLIO. MERENTI
FECIT


34




35



36



37



32. AQVILA. i. AQVILAE. *Huius pariter cognominis fuit celebris ille Maecenatis Libertus, cuius ministerio multos docuit Maecenas artem celeriter scribendi per compendiarias literarum notas, quam primus ipse Maecenas excogitavit, ut narrat Dio lib. LV.* Haec

Haec Urna rotundi Fani figuram habet, quam in Sepulcris valde amarunt veteres, quo maiori cultu, ac reverentia Dii Manes afficerentur, quum ea omnium figurarum nobilissima sit, & caeleste quid praeferat. Vide Fabrettum Cap. II. *pag.* 205.

36. SVNTROPHVS. i. e. SYNTROPHVS. *collactaneus*. In veterrimis saxis non raro V pro Y scribitur; ut AEGVPTVS, SVRIA, pro AEGYPTVS, SYRIA. & Muro, *pro* myro, *in S. Gaudentio*.

37. SVLPICIE. LVPINE. legendum SVLPICIAE. LVPINAE. Graecum est Λυκίας, vel Λυκιάς. nomen alterum Libertae.

38

DIS MAN
NERITI
POMPIONI
MATERNI
PVERI . CoN
PEDAGOGIT
MERENTI

39

AQVILLIA . L. L. APPARIO
L . AQVILLIVS . Ͻ . L.
FAVSTVS

40

C . SALLVSTIVS
C . L . MONIMVS

38. PVERI. Gr. παῖδος. nomen vel aetatis, vel officii. CoNPEDAGOGIT. *Marmorarius minime, ut videtur ex Inscriptionis dispositione, satis accuratus, iniquis exclusus spatiis,* τοῦ CoNPEDAGOGIT, *integram scripturam reponere nequivit. Legendum forte* CONPAEDAGOGITAE, & *quidem cum diphthongo, ut*

constanter

constanter in aliis veterrimis saxis. Sponius in Miscell. Sect. VI. pag. 228. 3. *ex Schedis Barberinis edidit* COMPAEDAGOGII. *Fabrettus* CONPEDAGOGII *Cap. V. pag.* 361. *num.* 97. *Si in marmoreo Cippulo sculptum esset* CONPEDAGOGII, *duo ultimi* II *post* G *similes inter se essent; verum, ut saepius cognovi ex lapide, postremo* I *transversa longiuscula linea dubio procul insidet, ac proinde* T *constituit; nec sum nescius,* I *&* T *fere confundi in Virgilio Mediceo. In alio huius Musei lapide diserte legitur:* C. VALERIVS. MYRISMVS *lllllllllllll* CONPAEDAGOGITA. BENEMERENTIB FEC *lllllllll*

41

P. SERVILIVS. P. L. ANDREA
VICIRIA. L. L. HELPIS. CONIVNX

42

TVRPILIA
T. L. VRBANA

43

D . M
SEX. SATTIO
AGATHYRSO
VIX. ANN. XVIII
M. II. D. II
SEX. SATTIVS. HERMES
FIL. DVLCISSIMO. FEC

44

DIS MA.NIB.
GA. IA. TAE. FI. LIO
AB.DA.NA.H::.S.PATER
FECIT. VIXIT.
ANNO. I. MENS. I.
DIEB. XXVII. D. D.

45

MVSAEVS. MVNI
SATVRNINI
FECIT. SIBI. ET

FILIAE. M/. L.
QVARTAE
VXORI. SVAE
VIX. ANN. XXII

46

PRIMA
DELLIANA

47

DIS . MANIBVS
MATER . ET . PATER
DAPHINO . FILIO .
BIMVLO . DONVM
DEDIT

48

D . M

M . ANTONI
VS . DONATVS
FAENIAE
IVSTAE : CON
SVAE
IVGI DE SE . BE
NE . MERENTI
FECIT

49

PYRRICA PINDARI
MIN . V . A . L .

50

RVTILIA
PP . ET . Ↄ . L . HEDONE

45. MVSAEVS. μυσαῖος. Museum, μουσεῖος. *Ei* diphthongus ante vocalem redditur Latinis per *e* longum. *ai* per *ae*. Hinc necessitas elicitur literarum Graecarum ; nam sine illis Latina ratio recte scribendi manca est , & imperfecta.

47. DAPHINO . f. DAPHNINO . BIMVLO. diminutivum *bimi*. *Catullus Carm. XVII. ver.* 12.

Insulsissimus est homo , nec sapit pueri instar
Bimuli , tremula patris dormientis in ulna.

Infantes mortuos diem eos abstulisse Virgilius dixit AEneid. lib. VI. Vide Kirchmannum de Funeribus lib. II. cap. 1. *Fabrettus Cap.* X. *pag.* 712. *puellas* BIMAS *exhibet . In antiquo lapide huius Musei , quem infra subiicimus , legitur ,* VIXIT TRIMVS.

49. PYRRICA, πυῤῥύχη. Pyrrhica, ſaltatio militaris, unde pes Pyrrichius metricis velox. PINDARI MIN. f. *Miniſtra.*

50. PP. ET. Ɔ. L *ideſt* Publiorum, & Caiae Liberta.

51

V . Q. SILICIVS . HERA
SILICIA . PRIMA . M
Q. . SILICIVS . FELIX . F
SILICIA . FELICVLA . F

52

M.SEIVS.M. L. BARNAEVS
PVBLILIA . P. L. RVFA
CONIVGI . ET . SIBI

53

Q. . MAIVS.
Q. L I B.
ANTIDORVS

54

D M
ZOZONTIS . ORONTES.
ET . DAMAS . FIL . CARISS.
FEC . ET . SIB . SVIS . POST . Q.

55

D . M . S
SATTIS . HERMETI . ET
MARCIANE
SATTIVS OLYMPICVS
LIBERTO ET. FILIAE. EIVS
BENE . MERENTIBVS
FECIT

56

D . M
M IVL VICTORIN
Q V ANN VNO M
X D XII M IVL
ALYPVS PATER

51. V. Q. SILICIVS. HERA. τὸ V vitae index. i. e. *vixit*, vel *vivens*. HERA, ἡρᾶς. Heras ab Iunone, ut Μηνᾶς a Luna, ἑρμᾶς a Mercurio, Νυμφᾶς a Nymphis. SILICIA. PRIMA. M. h. e. *Mater*.

53. ANTIDORVS. ἀντίδωρος. *Contra donatus*.

54. ZOZONTIS. Sozontis, σώζοντος. Servantis. **ET. DAMAS.** Δαμᾶς, Dama, ut in pluribus Inscriptionibus.

56. M. IVL. *Hunc titulum sic restituo*. D. M. M. IVL*ii* VICTORIN*i* *Qui* V*ixit* ANN*o* VNO *Mensibus* X D*iebus* XII. M. IVL*ius* ALYPVS PATER. ALYPVS. ἄλυπος. *doloris expers. Tranquillus*.

57

D . M
EVPORIAE
VIX . AN . XI . M . III
MODERATA
FILIAE
DVLCISSIMAE
FECIT

58

. D . . M .
. T . AELIO . CRESCENTI.
. T . AELIVS . ANTIRRODVS.
PATRONVS . ET . AELIVS .
.CRESCENS. FILIO. B. M. F. C.
QVI VIX ANNIS . VI . MEN
SIBVS . III . DIEBVS . VIII .

59

D ꝺ M
AELIAE . IANVARIA::
FIL . PIENTISSIMAE QVAE
VIX . ANN . XXII
AELIA. ROMVLA. MATER
FECIT . BENE . MERENTI

60

FEC
FIRMVS. LIB
DIIS. MAN
P. CLODIVS. CHARITHO
QVIETO . FILIO . SVO
CARISSIMO . FECIT

61

D M
C . VALERIVS HY
MNVS . AMICO . B . M
FECIT VALERIO O
CLA TIO



62

L.LICINIVS. L.L.CHILO
DECVRIO
AEBVTIA . C . L . ARBVSCVL
CONIVNXS . L . LICINI

58. T. AELIVS. ANTIRRODVS. forte ANTIRRHOPVS. ἀντίρροπος. *AEquipollens.*

60. P. CLODIVS. CHARITHO. χαρίτων. Charito.

62. CHILO, χείλων, forte idem ac *Labeo.*

ARBVSCVL. leg. ARBVSCVLA. h. e. *mollis, tenera, delicata.*

63



64

C. AEBVTIVS. C. FIL	SEMPRONIA
TRO. NIGER	PHILEMATIO

63. AGRIPPINAE. L. Hic M. Vipsanius Agrippinae fuit libertus, filiae M. Vipsanii Agrippae, qui Augusti gener fuit.

THALES. CONLACTAN. idest *Conlactaneus*, qui etiam in saxis COLLACTANEVS, CONLACTEVS, COLLACTIVS, & COLLACTEVS dicitur. σύντροφος. Vide Laur. Pignorium de Servis: Reinesium Cl. IX. num. XVI. *Fabrettus edidit duobus cum mendis Cap. VI. pag. 484. num. 155. Sepulcralis hic titulus foliaceis encarpis eleganter pendentibus coronatus est. Consueverunt veteres tum Deorum Manium Aras, & Cippos, tum sepulcrales epigraphas unguentis perfundere, & corollis ornare. Visitur quoque*

pensum cum brevi, ac fragili filo praeciso, quo vitae brevitas defuncti monstretur. Siquidem hominum vitam Parcarum arbitrio disponi putarunt; easque penso singulis adnere tenuia fila, & quando volunt, abrumpere, ait Lucianus in Charonte. In veteri Gruteriano lapide pag. DCXCII. 10. legitur : C. LAELIO C. F. IV. MAGNA. OMNIVM. EXPECTATIONE. GENITO ET. DECIMO. OCTAVO. AETATIS. ANNO AB. IMMANI. ATROPO. E. VITA RECISO. *Hinc crebris adversum Parcas querimoniis plena marmora, quae vide, si otium est, apud Antiquarios, praesertim apud Fabrettum Cap. V. pag.* 419. *num.* 379. *& Cap. X. pag.* 702. *n.* 235.

64. TRO. *idest* Tromentina Tribu.

65

TI. CLAVDIO. AVG. LIB. CHIO. CVBICLARI
VIXIT. ANNIS. XXXVI
IVLIA. FELICVLA. CONIVGI. BENEMERENTI
FECIT. SIBI. ET. SVIS. IN. FRONTE. PEDES. IN. AGRO

66

HERENNIAE. MAXIMAE
CLAVDIVS. FORTVNATVS
CONIVNX. FECIT

67

L. MARCI
L. L
PONTICI

68

D M
ZOSIMO
V. A. I. M. III.
SEX. SALONIVS. ZOSIMVS
FILIO. DVLCISSIMO. F.

69

STATIVS
FERENTILIVS. STATI. L
FIRMVS

70

TREBELLIA
CC. L
HEDONE

71

NAEVIVS
CHRESIMVS

72

APATE
CORNELIA

65.

65. CVBICLARI. *Potest esse a recto* CVBICLARIS. *Legendum quoque vel* CVBICLARIO, *ut in aliis plerisque. Ita in superiori marmorea Tabula in AEdibus Nobilium Rodulphiorum pag.* 316. *num.* 64. CRVSTLA, *pro* CRVSTVLA. *Frequentius quoque* FELICLA, *per aphaeresin, pro* FELICVLA. *Cubicularii, qui & a Cubiculo in antiquis saxis dicuntur, ad tuendum Domini corpus praepositi, & destinati erant. Vide de Servis Pignorium.*

IN. FRONTE. PEDES. *Deest pedum numerus, pro sacri loci sepulturae definitione.*

72. APATE CORNELIA. ἀπάτη. Hapate. *Fraus*. Nomen male auspicatum.

73

SILVANVS
PARIDIS . DISPENS
VIX . ANN . XXIIX
EPHESIA . MERENTI

74

C. PACVVIVS.
C. ET. Ɔ. L. MANIVS

75

CN . COSSVTIVS
FAVSTVS
HIC . SITVS . EST

76

HILARIO
PAED.
CELERIS.

73. DISPENS h. e. DISPENSATOR. Gr. οἰκονόμος. OEconomus. *qui universae Domus rationi, nos* [azienda] *praeerat. Sponius in Miscell. pag.* 212. *mendum admisit in tertio versu. Fabrettus edidit Cap. IV. pag.* 295. *num.* 252. *& quid sit Dispensator explicat pag.* 293.

76. HILARIO PAED. *Idest* Paedagogus. *Pueri ab Paedagogis instituti, eaque disciplina eruditi, quam exhibet Plautus* in Bacchid.

chid. *Act.* 3. *Sc.* 2. DISCENTES *quoque dicuntur in antiquis monumentis, quemadmodum apud Gruterum pag. DCLI. 9. & apud Vignolium Inscript. Select. Par. II. pag. 305.*

77

FELIX . LECTICARIVS.
REGILLI.

78

C . ASINI
C . L . FELICIS
FABRI . GENIO

79

C. IVLIVS . C . L
FAVSTVS

CAESERNIA
TERTVLLA

DOLERE. NOLI. MATREM. FACIVNDVM FVIT

80

C. TERENTIVS. C. L
FORTVNATVS
CAESETIA. M. L. CHILA

81

C . POMPONIVS
APOLLONIVS
SPECLAR. V. A. XLV

77. LECTICARIVS. *Ita dicebantur Servi, qui dominum imposita sibi lectica gestabant, quotiens pedibus ei incedere non libuisset. Lecticarii viribus valentes e Syria, Media, Moesia, Gallia, Bithynia, Cappadocia, Liburnis parabantur a Romanis, ut scribit Pignorius de Servis. Catullus Carm. X.* aere comparasti ad lecticam homines. *Vide Sponium, qui hunc titulum retulit in Miscell. pag.* 225. *Corpus Lecticariorum Caesaris memoratur in Romano lapide apud Gruterum pag. DXCIX.* 11.

78. C. ASINI. *Ex alio huius Musei marmore, quod infra subiicimus, constat, hunc C. Asinium Felicem Fabrum Balneatorem fuisse.*

GENIO. *scilicet vel Somni, vel Mortis; ni adhuc viventi titulus positus est; Genii Inferni meminit vetus Inscriptio apud* Fa-

Fabrettum Cap. II. pag. 73. *num.* 71. *Genium cum Diis Manibus persaepe a veteribus confusum fuisse plures Inscriptiones ostendunt, ut supra diximus pag.* 193. *ad Inscriptionem num.* 7.

79. DOLERE NOLI .&c. Senarius. alibi: FACTVM FVIT. *Factum infectum fieri nequit.*

81. APOLLONIVS SPECLAR. *Idest* SPECLARIVS. *Idest* Specularius. *h.e.* Speculorum, *vel* Specularium Faber. Specularios *appellat Patern. l. ult. §. de iure immun. Peculiaris huius artis nullam reperi mentionem in aliis vetustis saxis apud Gruterum, Reinesium, Sponium. In antiqua Tabula Musei Raphaelis Fabretti Cap. III. pag.* 171. *legitur:* C. IVLIVS. AVG. L. A. SPECVLARIS. *i.* a Speculariis. *Speculorum formam videre potes inter varia instrumenta fabrilia insculptam, in Ara marmorea Musei Medicei, quam supra produximus pag.* 10. *num V.* & *pag.* 334. *in marmorea Tabula unico ductu caelata, quae Cinerarium Servum exhibet. Speculum siquidem cum manubrio rotundum erat, cui similis est nota Planetae Veneris apud Astronomos. Vide Philippi Senatoris Bonarotae Observationes in Vasa Vitrea Coemet. pag.* 198. & 199. *Specula ex aere, nos vernaculo idiomate* [acciaio] *fuisse apud Graecos, observavit Cl. V. Antonius M. Salvinius ex Callimacho in Elegia ad Balnea Palladis.*

Οὐδ' Ἥρη Κύπρις δὲ διαυγέα χαλκὸν ἑλοῖσα
Πολλάκι τὰν αὐτὰν δὶς μετέθηκε κόμαν.

Doctissimus Politianus elegantissime vertit:

Nec Iuno, sed sola Venus te splendido in aere
Vidit, eandem iterum disposuitque comam.

Brundusina specula, Brundusii scilicet mira arte fabricata, stagno, & *aere mixtis, commendat Plinius Hist. lib. XXXIII. Cap.* 9. & *lib. XXXIV. Cap.* 17. *ubi multa de speculorum conficiendorum arte. Postea Romae argenteis speculis* & *ancillae uti coepere, ut ipse narrat. Speculum inter Deorum donaria numeratur in vetusto lapide apud Gruterum pag. V.* 6. & *Venereum dicitur.* Specularia, *lapides translucidi, quos nos* (scagliola) *appellamus.*

82

OSSA
L. VALERI. L. L. GRATI
LESBIA. L. POSVIT

83

C. PACVIVS
MARIO

84

L. VESTIARIVS
SVAVIS. VIXIT
AN. V

85

SALVIAE
Q. FVLVIVS
HERCLANVS
SORORI. PIÆ. F. V. A. XXV

86

FABIA. Q. ET. CN
COSSVTI. L
PRIMA. H. S. E

87

Hic aquila subvolitans

D. M. MVMMIAE
PROCVLAE. MVMM
IVS. ANTEROS. PATER
INFELICISSIMVS. V.
A. XVIIII. M. IIII. D. XXII

88

GEMINIAE
IVLIA. LAIS
FECIT
NEPTI. SVAE

89

VISTINIA. HALIE
DELICIVM. HESYCI
ET. HELICENIS. LIB
VIXIT. ANN. III

82. OSSA L. VALERI. *Valeri*, potius quam *Valerii*, nummi, & lapides.

GRATI. forte GRATII, idest *Charitonis*; tertium enim libertorum nomen Graecum erat, idest eorum proprium, cetera duo Romana a manumittente.

83. PACVIVS, legendum PACVVIVS. Forte Ulpius, quasi Vulpius. Geminatam litteram, aut syllabam pro una efferebant, ut videre est in Pandectis Florentinis.

85. HERCLANVS. i. e. HERCVLANVS. Ηράκλειος. L. *hercle*. ὦ ἡράκλες. *mehercle*.

89. DELICIVM. HESYCI. Catullus Carm. XXXIIII.

Amabò, mea dulcis Hypsithilla,
Meae deliciae, mei lepores.

& Carm. xv. ita ait:

Commendo tibi me, ac meos amores.

idest *delicias*. τὰ παιδικά. Propertius lib. II. Elegia 23. ver. 73.

Felix, intactum Corydon qui tentat Alexin
Agricolae domini carpere delicias.

In veteri Inscriptione apud Fabrettum Cap. III. pag. 123. *n.* 28. *legitur* MOSHIS TVA TE SALVTAT ET D...... ET BLANDA DVLCIS PVPA DELIC*ium* . *In monumentis quoque veterum Christianorum hae tenerae aetatis blanditiae occurrunt. Apud eumdem Fabrettum Cap. VIII. pag.* 553. *n.* 42.

RESPECTVS . QVI VIXIT ANN. II. ET. MENSES
VIII . DORMIT IN PACE DELICIVM

Vide quae supra notavimus pag. 314. *n.* 57. *Vulgavit Fabrettus pag.* 44. *n.* 245. *cum mendis* VISINIAE *pro* VISTINIA. *in secundo versu* HELYCI *pro* HESYCI. *i. Hesycii. Hesychii.* ἡσυχίου.

90 SEX. APPVLEIVS
ANDRONICvS

91 T. CLODIVS. APPI. L.
PHILARGVRVS
SCRIBONIA. Ɔ. L. GLYCERA

92
C. IVLIVS
CLONIVS

93
PRIMIGENIAE
FABIAE NYMPHES
VIX. ANN. XXVI

94
DEMETRIVS. CVB.
IIII. VIR
VENVSTO. ET EPHEBO Q.

95
HIMERVS. INSVL
VENVSTO EPHEBO Q.

90. SEX. APPVLEIVS [f. derivatum ab Appulo. Persius Sat. I. ver. 60.

Nec linguae, quantum sitiat canis Appula tantum

cum duobus PP] ut Proculeius a Proculo. Venuleius a Venulo.

ANDRONICvS. ἀνδρόνικος. *hominum victor*.

91. PHILARGVRVS. φιλάργυρος. *Argenti amans, cupidus*. quod tempore vulgati interpretis Bibliorum, & D. Hieronymi *habendi cupidum* significabat. D. Paulus 1. ad Timoth. c. 6. v. 10. *Radix omnium malorum est cupiditas*, idest *avaritia*, in Graeco φιλαργυρία. Sic avarus ab *avendo, inhiando*, generale nomen est, postea traductum ad *habendi cupiditatem*; utpote quae aviditas omnium maxima. Virgilius AEneid. lib. III. ver. 5. & 6.

Quid non mortalia pectora cogis,
Auri sacra fames?

idest *magna, eximia*, ut res sacrae sunt; eo modo, quo dicitur Anchora *sacra*, idest *maior*. Morbus *sacer*. Virgilius Georg. lib. I. ver. 47.

Illa seges demum votis respondet avari
Agricolae, bis quae solem, bis frigora sensit,

idest, *avidi*. Idem Georg. lib. II. ver. 491.

Atque metus omnis, & inexorabile fatum
Subiecit pedibus, strepitumque Acherontis avari.

GLYCERA. quasi γλυκεῖα. *dulcis*. Hor. Carm. lib. I. Ode 19.

Urit me Glycerae nitor
Splendentis Pario marmore purius.

Hinc ὑποκοριστικόν Glycerium.

92. IVLIVS CLONIVS. quasi *Agitator*.

94. CVB. III. VIR. i. *Cubicularius Triumvir*.

95. HIMERVS. ἵμερος. *Amor, Cupido*. Homerus Iliad. lib. β. de Iove Iunonis amore accenso γλυκὺς ἵμερος αἱρεῖ, *Dulcis amor corripit*.

INSVL. id. INSVLARIVS. *Quemadmodum infra integre legitur in alio huius Musei lapide*. Insularios, *Insularum custodes interpretatur Sponius in Miscell. pag. 222. qui nostrum lapidem producit.*

ducit. Insulae dicuntur domus ab aliis seiunctae, idest, auctore Sexto Pompeio, quae non iunguntur communibus parietibus cum vicinis, sed circuitu publico, aut privato cinguntur. Harum quoque meminit Vitruvius de Architect. lib. I. Vide Philandrum eiusdem interpretem eruditissimum.

96 *Ornata litteris rubricatis.*

D . M . S
ZOSIME . APOLLINIDI FILIo
DVLCISSIMO. ET. SIBI .ET
STEPHANAE . CONIVGI
VIVA . FECIT

97

. L. M. VISINIVS
RVFIO

98

ALBANVS
MILES. COH. IIII. VIGIL

99

ANTONIA. Ɔ. L
QVARTILLA
VIX. ANN. XX

100

C. NAEVIVS. PHILEMO
NAEVIA . DAPHNE

97. .L. M. VISINIVS RVFIO. *Fragmentum huius tituli sepulcralis ad Familiam Visiniam spectantis, cum tribus aliis quae seorsim in hoc Museo Suburbano extant, ita concinnari potest ex autographo Cl. V. Caroli Senatoris Strozii, veterum lapidum consultissimi, monumentorumque omnium venerandae Antiquitatis indagatoris, conquisitorisque praestantissimi, atque de litteraria republica optime meriti, qui olim ita integrum in suo Museo collocavit, ac descripsit.*

VISINIA. L	M. VISINIVS. M. L	VALLIA. M. ET. D. L	VISINIA. M. L
THI . . .	RVFIO	IRENE	LIBERA

Fabrettus Cap. IX. pag. 633. *n.* 281. *ita dedit*: L. MVSSINIVS RVFIO, *effingens* Mussiniam *Familiam antiquariis incognitam.*

98. ALBANVS. MIL &c. *id.* Miles Cohortis IIII. Vigilum. *De Vigilum Cohortibus, vide quae supra adnotavimus pag.* 126. *n.* 13. *In alio lapide pag.* 131. *n.* 16. *dedimus T. Avidium Romanum militem Coh. VII. Vigilum Siponariorum. Siponarii forte, q. Siphonarii, a* siphonibus *aquae plenis, quibus ignis iaculatur, & restinguitur.*

99. QVARTILLA, diminutivum QVARTAE. Quartilla apud Petronium.

100. PHILEMO. idest PHILEMON. φιλήμων. *Diligendi studiosus. Fabrettus vulgavit* DAPHNI *pro* DAPHNE *pag.* 58. *n.* 332.

101

EDONE
. XXXX

ALLIA. EVROPA . V . A . XVII
PIA . SANCTA. FRVGI. IN SV

102

LAVDICE.MELIORIS
C . CAESARIS . AVG
GERMANICI . SER
VIXIT ANN . XXV

103

D . M
T. AELIO . AVG . LIB
PEREGRINO . PAEDA
GOGO . PVERORVM . FEC
AELIA . NICE . PATRONO
B . M

101. EDONE. I. HEDONE. ἡδονή. *Voluptas*. Plautus: *mea voluptas, mel meum.*

EVROPA. Nomen factum a *latis oculis*. Homerus: εὐρύοπα Ζεύς. *late videns Iupiter.*

PIA . SANCTA . *Inscriptio Sarcophagi in Hortis Iustinianeis apud Sponium in Miscell. Sect. IV. pag.* 151. *num.* 35. HIC. SITA EST. AMYMONE. MARCI. OPTIMA. ET PVLCHERRIMA. LANIFICA. PIA. PVDICA. FRVGI. CASTA. DOMISEDA.

DA. *Non minora affert elogia in muliere Graeca Inſcriptio apud eumdem in Miſcell. Sect. VI. pag.* 151. *quam vide. De exuberanti coniugum erga uxores affectu, atque amore plura item Fabrettus Cap. IV. pag.* 251 *qui noſtrum lapidem mancum (ni fallor) produxit pag.* 252. *num.* 41. *Forte etiam duo tituli in unum recenti manu coniuncti.*

102. LAVDICE. idem ac *Laodice*. unde urbs Laodicea nomen accepit. Sic Laumedon pro Laomedon. λαοδίκη.

MELIORIS. Statius carmen fecit in Pſittacum Melioris. *Edidit Fabrettus hunc titulum pag.* 57. *num.* 321.

103. PAEDAGOGO. PVERORVM. *Sponius edidit im Miſcell. Sect. VI. pag.* 228. τὸ D. M *in primo verſu omiſit. Fabrettus dedit Cap. VI. pag.* 475. *num.* 128. *Tum pueri, tum adoleſcentes Paedagogorum curae traditi uſque ad aetatem, qua petere magiſtratus per leges licebat. De Paedagogorum nomine, cura, plura V. Cl. Laurentius Lucenſis in Polymath, lib. I. Differt. XII.*

104 DOMITIA . CN . ET . Ɔ . L . AVGE
VIX . ANN . XXV.
OLLAM . DEDIT . C . LARINAS DIOGA

105

VATIAE. TERENTINAE
OLLIBERTAE . EIVS

106

C. FABIVS. C. L. PHILOMVSVS
VEDIA . P . L . ELEVTHERIS

104. OLLAM. DEDIT. ἐχαρίζετο, ἔδωσεν, ἐδώρησεν. *donavit.* In ſepulcralibus titulis votivis frequentes ſunt hae quoque formulae DEDICAVIT. CONSECRAVIT. DONAVIT. DONVM DEDIT. Apud Euripidem in Oreſte, Helena Electram monet, ut fuſo melle, cum lacte, & vino permixto ad Sepulcrum Clytaemneſtrae, ſtans in ſummo tumulo haec dicat:

Ελένη

Ελένη τ'ἀδέλφη ταῖσδε δωρῆται χόαις
Helena soror donat te his inferiis.

In Catholica epistola B. Iacobi Apostoli, cap. I. v. 17. Πᾶσα δόσις ἀγαθὴ καὶ πᾶν δώρημα τέλειον. hexametrum est. *Omne datum optimum, & omne donum perfectum.* Vide quae superius adnotavimus pag. 283. num. I.

C. LARINAS. *C. Larinatis Attici meminit Romana Ara apud Gruterum pag. DCCCCXVII. I. Hunc titulum produxit Sponius in Miscell. Sect. IX. pag.* 288. *n.* 17. *mendum admisit in primo versu, scilicet*, C. F. ET. Ɔ. L. *pro* CN. ET. Ɔ. L. *Fabrettus edidit pag.* 157. *n.* 266.

106. PHILOMVSVS. *Musis amicus.* φιλόμουσος. *eruditus.* Horatius Carm. lib. I. Ode xxvi. ad AElium Lamiam:

Musis amicus tristitiam, & metus
Tradat protervis in mare Creticum
Portare ventis.

VEDIA. P. L. ELEVTHERIS. ἐλευθερίς, δος. quasi diminutivum ab ἐλευθέρα. Nummus, quem ostentant Ovidii Poetae, est cuiusdam Vedii. ΟΥΗΔΙΟΥ. Vide Massonum in Ovidii Vita, & Cl. V. Spanhemium de usu & praest. vet. Numismatum edit. Londin. in Addendis.

107

L. VESTIARIVS
VTILIS
V. A. XXXV

108

L. CORNELIVS
POT::VS. PALAESTR
HOSPITA. L

109

Q. CONSIDIVS. EVMOLPVS
FABER EBVRAR

110

AELIA. DEMETRVS
TITYRO. CONIVGI
BENE MERENTI

107. VESTIARIVS. *Ex Vestiaria Familia cuius plures lapides meminerunt*. VTILIS. ὀνήσιμος. *Onesimus*. χρήσιμος. *Chresimus*.


108. POT::VS. legendum POTHVS. vel temporum iniuria, vel marmoris vitio H extrita est. Aspirationem nonnumquam a vocibus Graecis subtrahebant Latini, ut in Inscriptionibus passim videre est. In epicedio Pileti Ursi apud Statium, Piletus Ursi servus, nullus dubito quin fuerit Philetus. φιλητός. *dilectus*. *Sed famulum* (inquit lib. 2. Silvarum) *gemis ipse pium. sed amore fideque Has meritum lacrymas*. In fine: *alium tibi fata Pileton, Forsan & ipse dabit*. φιλητόν, Philetum. Et Phileti nomen inter has Inscriptiones reperitur.

PALAESTR. i. e. PALAESTRITA. *Palaestrita, qui se, vel alios cursu, luctatione, aliisque variis ludis in palaestra exercet, vel sodalis palestrae, vel magister. Vide Galenum de tuenda sanitate. Vide Cl. V. Falconerium in Inscr. Athlet. pag.* 99. 105. & 123. *Dedit Sponius Sect. VI. pag.* 215.

109. FABER EBVRAR. *i. e.* EBORARIVS, *ut in alio lapide apud Fabrettum pag.* 117. *n.* 388. D. M M. ANTONIVS M. LIBERTVS. EBORARIVS A. LVC. SEMEL. *qui etiam p.* 700. *n.* 216. *nostrum exhibet. Sponius quoque in Miscell. Sect. VI. pag.* 222. *Eborarius artifex dicitur gnarus artis conficiendi, seu dolandi opera ex ebore. Cicero in Verrem lib. IV. Orat. IX. de insula Melita:* Erat praeterea magna vis eboris, multa ornamenta, in quibus eburneae Victoriae antiquo opere, ac summa arte perfectae. *Summo in precio ebur apud veteres fuisse, nemo est qui nesciat*. Horatius lib. II. Carm. Ode 18.

Non ebur, neque aureum
Mea renidet in domo lacunar.

111



112



111. PAMPHILVS. Πάμφιλος, *omnium amicus*. Eius nomen apud Terentium.

112. ANTONIAE. EVPOSIAE. εὐποσία, *Bona potio*. CARPVS. κάρπος. *fructus*. quod nomen in pluribus his Inscriptionibus invenitur.

113

A. MEMMIVS GAA. MEMMIA APHIA

114

SECVNDA. AEBVTIA. SP. F

115

A. CLODIVS. A. L. DAMA
CLODIA A . L MA

116

L. VETTENVS
L. ET. P. ET. Ↄ. L
GRATVS . FECIT
ELENCHO. FILIO. SVO

117

DIS MAN
VICTOR. CLAVDI. SVPERI. FECIT
PRIMITIVAE. FILIAE. VIX. MENS. X
DIEB . XVI

113. A. MEMMIVS GAA. *Huius quoque cognominis est apud Fabrettum Inscr. Antiq. Cap. I. pag. 2. L. AElius ; & Vilicus quidam. Nostrum quoque titulum ibi editum vide.*

115. A. CLODIVS. A. L. DAMA. Δάμας, ut supra diximus,

ximus, a Δαμανατρίῳ decurtatum, i. *Demetrio*. Δημητρίῳ. Ideo primam producit Persius Sat. 5. manumissionis caeremoniam irridens:

Verterit hunc praetor: momento temporis exit
Marcus Dama,

cum adiecto praenomine Domini manumittentis. Nam qui manumittebatur, ut videre est sexcentis in locis, praenomen, & nomen Domini acquirebat; tertium nomen Graecum erat, quod nomen erat sui proprium: unde apud Artemidorum ὀνειροκριτικῶν, sive *De Somniis iudicandis*; Servum, qui tria membra sibi inesse somniaverit, indicium erat, eum propediem manumissum iri; nam tria membra tribus nominibus respondebant, quibus manumissus insigniebatur.

118

C. VEIVS. T. F. MAI::
HOMO. FRVGI. ET. TV

BASILIA. SP. F. POSILLA
OPTVMA. FEMINA. SALVE

119

REGEIA. L. L. SOPHE. SIBI. ET
L. REGEIO. M. F. PVB. RVFO. PATRON
EX. TESTAMENTO. FIERI. IVSSIT
PER HEREDES
L. LEVCANDRVM. NASONEM
L. VELIVM. TERTIVM. MILITES. ET
L. RVBRIVM. VITALEM. L. REGEIVM
FORTVNATVM

118. HOMO . FRVGI. *Hoc cognomen tum M. Crassi, tum L. Calpurnii Pisonis fuit, cuius meminit Cicero in epistola ad Paetum lib.* IX. *Haec Inscriptio inter dialogicas, ut supra diximus pag.* 217. *n.* 12. *reponenda est, quae praetereuntium salutationem, & defunctorum quodammodo resalutationem continet. Deorum Manium sepulcra, & arae circa vias publicas ita constitutae erant, uti praetereuntes possent respicere, & in conspectu salutationes facere.* ET. TV, *subintelligendum* SALVE.

POSILLA . idest PVSILLA. SALVE. χαῖρε. In Graeco lapide apud Sponium in Miscell. Sect. X. pag. 346. legitur: M. ΑΛΦΗΝΟΣ ΜΑΡΤΙΑΛΗΣ ΛΑΟΔΙΚΕΥΣ ΤΗΣ ΑΣΙΑΣ ΠΑΡΟΔΟΙΣ ΧΑΙΡΕΙΝ &c. i. *M. Alfenus Martialis Laodicensis Asiae Viatores salvere iubet*, vel *Viatoribus praetereuntibus salutem dicit*, vel *Viatores salvete*, quemadmodum vertit Sponius.

Fabrettus nostram Inscriptionem produxit pag. 654. *n.* 468.

119. REGEIA . L. L . SOPHE . Regeia Lucii Liberta. σοφὴ. *sapiens. docta.* L. LEVCANDRVM. λεύκανδρον. *quasi Candidum hominem. Fabrettus Cap. IX. pag.* 628. *num.* 243. *in secundo versu habet*: L. REGEIO. M. F. PVP. *pro* L. REGEIO. M. F. PVB. *idest* Publilia, *vel* Poblilia *Tribu*; & *in sexto* T. VELIVM. TERTIVM. *pro* L. VELIVM. TERTIVM.

120

C. ANNIVS . ANNIAE
ATRATINI.L.PHILOGENES

121

PHILEROS PIST
VENVSTO EPHEBO Q


121. PHILEROS. φιλέρως. *Amori*, seu *Cupidini amicus*. Vetus Poeta apud Gellium lib. XIX. c. 9.

Quid faculam praefers, Phileros?


PIST. *h. e.* Pistor. *De Pistoribus plura Pignorius de Servis, & Fabrettus ad Tabellam Iliadis pag.* 338. 339. *qui ex antiquo marmore sub Hortis Matthaeis reperto instrumenta pistoriae artis ostendit; modium, spicas, molas versatiles; notatque Vestam a Pistoribus*

floribus, stato VESTALIVM *die, V. Idus Iunii coli solitam* [ἑςία *focus*] *cibis ei in patella missis, molisque in eius honorem coronatis, ut narrat Ovidius Fast. lib. VI. ver.* 390. *De Pistoribus plura notatu digna affert Plinius lib. XVIII. c.* 11. *De Ara Iovi Pistori a Romanis dicata, videndus Cl. V. Bened. Averanius Diss. X. in Anth. n.* 22.

122



123



122. CLAVDIA ACHAIS. ex Achaia, *Achiva*. Hom. Iliad. β. ἀχαιίδες οὐκέτ' Ἀχαῖοι. quem locum imitatus Virgilius AEneid. lib. IX. n. 617.

O vere Phrygiae, neque enim Phryges.

BLASTO. CAESARIS. SER*vo*. βλαστός, *germen, flos*. Catull.

O qui flosculus es Iuventiorum.

ἀπὸ τοῦ βλαστάνειν, *florere, germinare*. Idem Catullus.

Iocundum quum aetas florida ver ageret.

ET. CLAVDIAE SPE. idest SPEI. ἐλπίδι. *Helpidi*. Virgilius Georg. lib. I. ver. 208.

Libra die somnique pares ubi fecerit horas.

die idest *diei*. Vide Pierium ibi, qui etiam notat Sallustium declinationis huiusce modum non aspernatum, qui scripserit: *Dubitavit acie pars*. & *Vix decima parte die*.

125. In primis lineis huius fragmenti desperata prorsus lectio. Prior vox .. ψυχιτε. forte εὐψυχῆτε. *tranquilli estote*. In reliquis haec est sententia: *Annos IIII. Menses VIII. dies XVIIII. Fuscinus Provocator* [προβοκάτωρ. forte προκουράτωρ] *Procurator Caesaris Pater*, & *Taon*. Ιαων. f. Ιαώνη. ἀπὸ Ιοῦ Ιάω, (Pavone.) *Tavo Mater AEgyptiis fecerunt*.

124

P. CLODIVS. AP. L
EROS. NVMITORIA
Ɔ. L. ARTEMIDO
RA

125

CALPVRNIA
L. L. FLORA
ET MARIVS

126

D . M
A. HERNVLEIO. EYTYCHO
A. HERNVLEIVS. ONESIMVS
LIB. SVO. B. M. F. ET. SIBI
ET. LIB. LIBERTABVSQ. SVIS
POSTERISQ. EORVM

127



127. *Fascium non integra figura conspicitur in hoc fragmento. Fasces*, & *Secures Romulus ab Etruscis sumsit, at tradit Livius l.* 1. *qui laureati portabantur a lictoribus in magnorum virorum triumphis*, & *versi in eorum funere. Lemniscis circumquaque vinctos*, & *inferius manubriatos fuisse hoc marmor ostendit*.

128



128. In hoc eximio marmore nonnulla quae desunt, facili negotio ita suppleri possunt.

In tertio versu DEAE NILO..... legendum NILOTIDI; ex ver. 11. in quo expresse habetur ΘΕΑC. ΝΕΙΛΩΤΙΔΟC. Isis ΘΕΑ *Dea* in hoc lapide dicitur, quae in alio superius allato pag. 81. n. 1. ΧΡΗϛΤΗ ΕΠΗΚΟΟC i. *bona, obsequens*. Item NILOTIS, idest *AEgyptia*; nam AEgyptiorum Regina. Sic Propertius lib. III. Eleg. 9. *Nilum* pro AEgypto ponit, & lib. IV. El. 8. legitur *Nilotes tubicen*, h. e. AEgyptius.

In 4. ver. . VDICA . leg. PVDICA .

In 5. ver. . . . XANDRIA , l. ALEXANDRIA , quod in 9. versu integrum exhibetur ΑΛЄΞΑΝΔΡΙΑ , nomen patriae huius puellae , cui hic titulus dicatur .

Ver. eod. & 6. CVI FLOS . . . . . . VM . IVVENTAE . Virg. AEneid. l. VII. v. 162.

Ante urbem pueri , & primaevo flore iuventus .

Ver. 7. . ARCARVM . l. PARCARVM. SVSTV . . . l. SVSTVLIT. Horatius lib. II. Od. 16.

Abstulit clarum cita mors Achillem .

Ver. 8. . NVIDA DITI . l. INVIDA . DITI . *Plutoni* . τῷ ἅδῃ. Inscriptio vetus INVIDIS. FATIS. EREPTVS . D. Greg. Nazianzenus in obitu adolescentis : ὁ φθόνος ἠρπάσατο . Claudianus tumulum feminae venustissimae inscripsit:

Hic formosa iacet , Veneris sortita figuram ,
Egregiumque decus ; invidiamque tulit .

V. 9. & 10. ΚΟΡΗ ΠΡΟΠΟΛΟϹ. ΔΙΟΝΥϹΟΥ. Puella Ancilla Bacchi. *In Romano Lapide apud Gruter. pag.* CCCXVIII. 12. *legitur*: HIC. SITA. EST. PROPITIAE [*sic*] PVPA ET . FAMVLA BACCHI . CYMBALIS . &c. *In Christianis monumentis veri Dei Cultores* FAMVLI ἱερόδουλοι . [*idest* θεραπευταί , *apud Philonem in legatione ad Caium*] *non raro appellantur ; & Feminae Deo sacrae*, ANCILLAE , *ut in fragmento apud Fabrettum Cap. II. pag.* 110. *n.* 273. *eruto inter Basilicam Liberianam , & Sanctam Praxedem ; quod ita supplerem* : XPI ANCIL*la voca*TA NOMI*ne* ANNA *gaud*ENS VELAMINE SACRO , *&c.*

In v. 11. . . ϹΤΟΦΟΡΟϹ ΤЄ.ΘЄΑϹ. ΝЄΙΑΩΤΙΔΟϹ. Suspicabar ΚΙϹΤΟΦΟΡΟϹ *cistam mysteriorum ferens.* & in . . ϹΤΟΦΟΡΟϹ mea manu ascripseram κι , ut diceret ΚΙϹΤΟΦΟΡΟϹ. Sed postea legens , doctissimum virum , bono litterariae Reipublicae natum , Patrem Montfauconium , qui in Diar. Ital. pag. 361. primus hanc inscriptionem edidit , habere ΙϹΤΟΦΟΡΟϹ , & autographum praestantissimi viri Caroli Senatoris Strozii ΠΑϹΤΟΦΟΡΟϹ , quemadmodum antea legebatur in marmore , antequam ex alio in alium locum transferretur , in eam sententiam & ipse veni , ut legendum existimarem ΠΑϹΤΟ-

ΦΟΡΟϹ .

ΦΟΡΟC. i. *Thalamifera*, quae Iſidem in tabernaculo collocatam geſtaret, & circumferret.

Verſu 12. ЄICIΔOC. pro Ισίδος. In Inſcriptionibus iota longum ſcribitur ει. ut φαυστεῖνα. ἀντωνεῖνος. AΓNHC. Αγνῆς, *Caſtae*, *Pudicae*. Qui Iſidis ſacra celebrabant a Venere abſtinebant; unde amantis querela de domina Iſidi ſacros dies peragente.

V. 13. .IKOCI. ΔIC. I. ЄIKOCI. ΔIC. In metro τὸ ΔIC redundat; ſed antiqui in propriis nominibus, & in numero annorum veritatis legem contra menſuram carminis ſequuntur, ut videre eſt in pluribus inſcriptionibus.

In v. 3. & 13. haec menda fugerunt celeberrimi P. Montfauconii ad alia properantis diligentiam ... MEDEAE *pro* QVAE. DEAE. & XPONO *pro* XPONΩ, *quaemadmodum perſpicue habet marmor, verum leg.* XPONON. *Graecor. igitur haec eſt ſententia*: Alexandrina Puella Famula Bacchi. Thalamifera Deae Niloticae Iſidis caſtae. bis viginti cum tempus annorum impleſſet. iacet.

Pauca de figuris, nunc primum editis, quae elegantiſſimum hoc marmoris fragmentum pulcherrime ornant, dicenda ſunt. Laeva viſitur Alexandrina puella ancilla Bacchi, & Iſidis caſtae Thalamifera, cuius Sepulcrum perraro honore Latinis, Graeciſque verſibus inſignitur, aperto capite, atque omnino raſo, nudo ſinu, veſtibuſque lineis, ut puto, fluentibus; dextra manu geſtans Paſtophorium longiori haſtae ſubnixum, & palmae foliis ſuperne velut radiatum. Palmam auro ſubtiliter foliatam, delatam narrat Apuleius Metamorph. lib. XI. in Iſiaca pompa. Poſt coronicem tabulae, veluti πάρεργον, *capita duarum feminarum, velis obducta, mutuoque ſe reſpicientia conſpiciuntur; quae an comata, ſeu vitta, ſeu diademate, laneave potius intorta corona redimita ſint, ne in re quae pluris facienda eſt eruditis viris imponam, nihil definio. Ex ſacra Iſidis coborte certe & ipſae, vel Sacrorum gerulae, vel miniſtrae. Fortaſſis* φιαλήφοροι: *nam at viſitur in marmore in AEdibus Matthaeorum edito ante Diſſertationem Doctiſſimi Viri D. Benedicti Bacchini de Siſtris, edit. Traiecti ad Rhenum num.* XXVI. *quae phialam geſtat in Iſiaca pompa velo tecta, longaque veſte induta eſt. Iſidis cultores caput raſiſſe conſtat diſertiſſimo AElii Lampridii teſtimonio, qui haec ſcribit de Commodo,*

quo

quo imperante Isidis cultus Romae mirifice floruit : Sacra Isidis coluit, ut & caput raderet, & Anubim portaret. *Praeterea* ἁγνεύειν, *a Venere abstinere*, & *a cibis profanis*, & *nefariis temperare iubebantur, quo rectius ad arcana purissimae religionis pervaderent; ut verbis utar Apuleii, qui Isiacae pompae, sacrorum, mysteriorumque omnium* αὐτόπτης *fuit, iisdemque postea initiatus. Hinc raro admodum cognomine Isis* ΘΕΑ ΑΓΝΗ, Dea Casta *appellatur in hac Tabula; quod cognomen hactenus in nullis iam editis saxis offendi; quia scilicet, ut alii quoque Dii, castos amabat suos cultores; cuius rei prae omnibus testis est locupletissimus Tibullus lib. II. Eleg.* 1. *ver.* 15.

Vos quoque abesse procul iubeo [discedite ab aris]
Queis tulit hesterna gaudia nocte Venus.
Casta placent superis. pura cum veste venite,
Et manibus puris sumite fontis aquam.

Cereri quoque tum mulieres, tum viri operaturi castitatem colebant; quod omnibus in antiquitatis mysteriis initiatis satis superque constat. Isis eadem cum Cerere est, ut tradit Diodorus Siculus lib. I. Rer. antiq. & Osiris idem ac Bacchus, ut testatur Tibullus lib. I. Eleg. 8. *qui cum Iside in cultu fere semper socius. Quum igitur haec Alexandrina puella, Famula Bacchi, & Isidis Thalamifera simul fuerit, puto Isidis Sacra, cum Bacchi Sacris Romae coniuncta fuisse, & quasi communia; nam insigne hoc marmor Romae erutum est, & sumtibus Cl. V. Caroli Senatoris Strozii Florentiam advectum; quae mea coniectura respuenda, si minus arrideat.*

An Isis quoque apud Romanos eadem ac Bona Dea fuerit, quae a mulieribus colebatur, cuius meminit allatum superius marmor pag. 316. *num.* 64. *eruditi viri acriori Minerva expendant. Ovidius*:

Sacra Bonae maribus non adeunda Deae.

De Pastophoris nunc dicendum esset; verum post Cuperum virum longe doctissimum, qui de his egit in praeclarissimo Opere de Harpocrate pag. 129. & *seqq. nihil fere superest quod recoctam crambem non oleat. Igitur Pastophorii forma, & figura, eiusque ornamenta, quae omnia nunc primum luce donantur, in nostro marmore observanda sunt.* Pastophorium *putat Cuperus, iuxta etymon* φέρειν τὸν πάστον, *fuisse thalamum, vel aediculam, in quo Deorum Simulacra posita.*

posita, quod a Sacerdotibus portabatur in pompis, & supplicationibus. Verum nulla in hoc marmore neque simulacri, neque thalami, neque aediculae, neque parvi sacelli, aut tentorii forma. Quare, quamvis non videamus manticae, quod in tergo est, Pastophorium *puto fuisse Tabulam ligneam bifrontem, utrimque sive pictam, sive caelatam; fortassis etiam vel inauratam, vel argentatam, cum Deorum, qui colebantur, effigie. Cui quoque non abludunt [si sacra cum profanis conferre fas est] pictae Tabulae, quae a nostris Sodalitatibus in sacris Supplicationibus gestantur, quae Sanctorum imaginibus exornantur. Apuleius Metamorph. l.* XI. *Sacerdotis Maximi munus fuisse asserit* Divinas effigies progerere; *non* Divinam effigiem. *Quae mea opinio tandiu placeat, quandiu meliora, & certiora eruditis viris occurrant; Nam licet, ut Cl. Viri Cuperi utar verbis, in Harpocrate pag.* 235. *etiam dubia interdum extrudere, ut alii ad ea diligentius illustranda incitentur.*

Ex hoc insuper marmore perspicue patet etiam inter feminas fuisse Pastophorum dignitatem, quemadmodum inter viros extitisse, itemque Collegium, disertissime testatur Apuleius in fine XI. *lib. Metamorph. his verbis:* Ac, ne sacris suis, gregi cetero permixtus, deservirem, in Collegio me Pastophorum suorum, immo inter ipsos Decurionum, adlegit. *In Gruteriano Thesauro vetus Inscriptio meminit Isidis Collegii pag.* CCX. 8.

In Alciati Emblematis est Asinus Isidis sacra portans, cui occurrunt plures venerabundi, & genibus advoluti, cum lemmate: *Non tibi, sed religioni*: quos asinus cultu non suo superbiens praetergreditur. non debere nos nimium in via festinare; servile namque est, ut Plautus ait, festinantem currere [vetus quidam ait] nec tam lento gradu procedere, tamquam qui Iunonis sacra ferret παστόφορος.

Magnae Deûm matris Cybeles sacrum, & pompam referre videtur elegantissimum hoc quamvis fractum marmor, anaglyphico opere insculptum, quod subiicimus. Id, ni fallor, clare ostendit vir, qui bovem corollis, & infulis ornatum praeit, cum pileo Phrygio, pastorale pedum dextera, sinistra baculum sustinens; super quem

arula, nisi sit cista mysteriorum. Nam eodem ut Atis habitu, & cultu insignis est. Bovem ducit Faunus; praecedentibus, viro quodam, qui manus iniicere vult in cistam floribus refertam, quam in summo vertice gestat femina, & alio asinum inequitante. Visitur quoque tympanum, & tibia, quae omnia expendant eruditi.



129

D . M
SERG . SVLPICIVS . SELEVCVS
SVLPICIAE . ADAVCTAE
CONIVGI . SVAE . BENEMER.
FECIT . ET. SIBI ET. LIBERTIS
LIBERTABVSQVE . SVIS
POSTERISQVE EORVM
IN . F. P. XIIS. IN. AG. P. VI.S

sita

130

. D . M .
TIBVRTIA . EV
PHROSINE.
TI . CLAVDIO
BITYNNICO. FR.
SVO. B. M. F

131

IVLIAE
MELITINAE
IVLIVS
STVS

129. SERG. SVLPICIVS. legendum: SERv. i. *Servius*, quo praenomine fulget Servius Sulpicius Galba Imperator, & Servius Sulpicius Iurisconsultus: & plerique alii in vetustis lapidibus. Ceterum *Sergius* nomen familiae est, non praenomen.

132 D M

HOC . MONVMENTVM . SIVE
SEPVLCHRVM . CVM . ARIA . SVA
T. FVFICIVS . FELIX . DE
IVLIA . RVFINA . DONATIONIS
CAVSA . MANCIPIO . ACCEPIT
H-S . N̄ . VNO . QVOD . COMPARAVIT
FVFICIAE . AMPLIATAE
CONIVGI KARISSIMAE . ET . S IBI
LIBERIS . SVIS . ITEM . LIBERTIS . LIBER
TABVSQVE . POSTERISQVE . EORVM . ET
P . AELIO . NATALI . AMICO . KARISSIMO . ET
AELIAE . RESTITVTAE . LIBERTAE . EIVS
LOCVM . PONENDI . CORPORIS . VTRORVMQVE

132. HOC. MONVMENTVM. SIVE SEPVLCHRVM. Monumentum *de loco puro dicebatur, qui deinde locus post inlatum cadaver* Sepulchrum *evadebat, explicat l. monumenta* 42. *D. de relig. & sumt. funer. Quare ad incertitudinem, dubietatem, & controversias tollendas, utrumque comprehendebant. Vide Fabrettum Inscr. Antiq. Cap. II. pag.* 95.

CVM. ARIA. SVA. *l.* CVM. AREA. SVA. *Area est terrae spatium, quod singulis monumentis, vel sepulchris assignatur, cuius longitudinem, & latitudinem pedum mensura definiebant, ut sacer esset, & ne profanaretur.*

DONATIONIS CAVSA. MANICIPIO. ACCEPIT. i. quasi *manu capiendo, & suum propriumque faciendo.* Lucretius lib. III. v. 984.

Vitaque mancupio nulli datur, omnibus usu.
Mancupio. id. *mancipio.* id. *in dominio, seu proprietate.*

HS. N̄. VNO. *h. e.* sestertiùm numùm uno.

Edidit Sponius in Miscell. Sect. IX. pag. 292. Fabrettus pag. 50. n. 283. sed pluribus respersam mendis, quae conferentibus patebunt.

133

L. MVRDIVS. L. L. FELIX
MVRDIA. L. L. AVCTA
V MVRDIA. L. L. CORINTHIS

134



134. CORNELIAE. ELISSAE. f. ELISAE. Ita Dido vocabatur. Et quia, ut Augustinus ait, Punica Lingua Hebraeae maxime affinis, *Elisa* non abludit ab Hebraeo *Elisabeth*; sicut Dido videtur esse *Amata, Dilecta*. Sic a Sophetim, *Iudicibus*, Poenorum Suffetes.

CINERIBVS. *subintelligendum* SACRVM, *ut in aliis titulis expresse legitur apud V. Cl. Vignolium Inscript. Select. pag. 262. 239. Defunctorum cineres sacri habebantur, quod erudite observat Gutherius de Iure Manium.*

Hoc armulae operculum dicatur DIS MANIBVS, & CINERIBVS CORNELIAE. ELISSAE: *marmori miram quoque elegantiam, & raritatem addit conchylium quatuor foraminibus ornatum subvolutis, vel ad lacrymas, vel ad libationes recipiendas in parentalibus sacrificiis. Vignolius semper cum laude memorandus, elegantissimum vas lacrymatorium exhibet stellae figura exculptum, Inscript. Select. pag. 267. Nam fere in omnibus videntur cyathi, & crateres vel manubriati, vel utrinque ansati, qui etiam frequenter heic occurrunt.*

135

AES . L . SEPTIMI . SEVERI . PII .
Per TINACIS . AVG . ARAB . ADIAB .
Pa RTH . MAX . FILIO . ET .
CAES . M . AVRELI ANTONINI .
Au G . PII . FELICIS

136

D : M
L . TVCCIVS . L . ET . Ɔ . LIB
GERMANVS . FEC . SIBI . ET
TVCCIAE . HYACINTHIDI . VER
ET . LIBERTIS . LIBERT . POST . EOR .
in FR . P . XXX . IN . AGR . P . XXVI


135. *In quinEto versu legendum* AVG . PII . FELICIS *, quia Severus cum filio imperium exaequaverat , ut Herodianus testatur. Verba quae sequebantur exculpta , & abrasa propter nomen Septimii Getae , Antonino Caracallae fratri invisum , ut etiam in pluribus Inscription. & in Graeca Musei Medicei superius allata pag.* 22. *n.* XLI. *& in Africana pag.* 34. *n. LVIII. in qua doctrina , & eruditione praestantissimus vir Iustus Fontaninus per litteras monuit , certo certius in capite inscriptionis posse deficere L. Septimii Severi nomen , & post τὸ* ANTONINI *, legendum* ET . VXORI . FVLVIAE . PLAVTILLAE *, nomen uxoris eiusdem Antonini Caracallae antiquitus sculptum , deinde abrasum ; quarum litterarum illud spatium capax esse videtur. Vide eiusdem praeclarissimum Opus de Antiquitatibus Hortae lib. I. pag.* 44. 56.

136. HYACINTHIDI . VER *. idest* VERNAE.

Tabula

Tabula marmorea, in qua sub titulo sculptum est canistrum, binae corollae, femina coram mensa tripode in lectisternio decumbens, Pluto quadriga vectus animam rapiens, praeeunte Mercurio petasato, & caduceato, qui rotundam domum intrat, prope quam iacet sceletus.

137



138

D . M
P . RAIVS . ZOSIMVS . FECIT
NIGRINIAE . MARCIAE . CONIVGI
BENE.MERENTI.CVM.QVA.VIX.ANN
XXV . IPSA . VIX . ANN . XXXX

137. TERPVSAE. τερπούσῃ. Delectanti. Oblectanti. *Alibi occurrit* TERPNE. τερπνή. delectabilis. *Romanam Tabulam sceletis binis ornatam affert Fabrettus Cap. I. n.* 17.

138. P. RAIVS. ZOSIMVS. Tria nomina, quorum ultimum Graecum, libertum praeseferunt.

CVM. QVA. VIX. ANN XXV. *Persaepe tum anni matrimonii notantur, tum ipse nuptiarum dies. Vide inscriptionem Romanam apud Fabrettum Cap. IV. p.* 324. *n.* 448.

139.

139

D SOMNO ETERNALI M
AVRELIVS ABASCANTVS
AVG. LIB. ET. FORTVNATA
AVG. LIB FECER. SE. VIBI.
SVISQVE LIBERTIS
LIBERTABVSQVE
POSTERISQVE. EORVM

140

D M
FVLVIVS CHARISIVS . IN HYPOGEO *ollas*
INSTRVXIT . Ñ. XIII. SIBI ET. SVIS. LIB *ertis*
CHARISI. HABE. ET TV QVI LEGES. BE *ne vixi*
EGO OMNIBVS. MEIS. BENEFECI. ET. QV *os contem*
PSI. PER ERRORE. IGNOSCETIS. DE CE *tero*
ISCIALIS AMICI . TRES . VXORES H *abui*
QVIDEM. DOLVI. SET NON SVNT. QVA *rum*
MODO QVARTARIA SORTEM. DVCTAM. SV *scepit*

139. *Primus versus ita legendus:* Diis Manibus. Somno aeternali. *In superiori Lap. pag.* 173. *n.* 152. SOMNO PERPETOALI. *scil.* Morti. *Homerus lib.* 10. *appellat* ὕπνον χάλκεον. Somnum sempiternum, perpetuum, numquam solvendum; *Horatius Carm. lib. I. Od.* 24.

Ergo Quinctilium perpetuus sopor urget.

Tanta est inter Somnum Mortemque similitudo, ut alterum pro altero cum in sacris, tum in profanis litteris capiatur. In sculptis Lapidibus lectus Mortem designat; quamobrem in sepulcralibus Cippulis, vel Urnis persaepe viri, & mulieres in lectisterniis iacentes repraesentantur, ad quietum tranquillumque mortis statum indicandum. Vide Observationes in Vas. Coemeter. pag. 106.

In primo versu Sponius in Miscell. Sect. IV. pag. 128. *edidit* AETERNALI. *marmor habet* ETERNALI. *ut in allato superius p.* 173. *n.* 153. *Fabrettus item vulgavit Cap. II. pag.* 84. *n.* 145.

140. IN HYPOGEO. *Hypogeum, de quo frequens mentio in antiquis inscriptionibus, est Sepulcrum concameratum, arcuato opere extructum, ac parietibus circumseptum, in quod tamquam in cellas per gradus aliquot descendebatur. Sub his tumuli, loculique ollarum erant. Inscriptiones, ni fallor, in pariete exteriori, vel super ostium locabantur, ut a praetereuntibus legi possent; quare nonnulla marmora angustis quibusdam fenestris ornantur, ex quibus in Hypogeum parum luminis ingredi posset, quae supra dedimus pag.* 35. *num. LIX. Vide quoque allatam Inscriptionem in Hortis Nobil. Gaddiorum pag.* 195. *num.* 8. *Iesu Christi Servatoris nostri Sepulcrum, Hypogeum fuisse arbitratur Vir Clar. Salmasius in Exercitationibus Plinianis Tom. II. Picturis, statuis, columnis, emblematis, lectissimisque marmoribus Hypogea exornarunt veteres, quod satis superque testatur celeberrimum Nasoniae Familiae Sepulcrum, instar camerae in petra excisum, erutum Romae in Via Flaminia anno M.DC.LXXV. cuius picturae nobilissimae studio eximii Viri Petri Sanctis Bartoli aeternitati donatae sunt. Ad hoc etiam nobilissimum Augusti Mausoleum, cuius Romae nuper lustrante Doctissimo Viro P. Montfauconio Diar. Ital. Cap. XVI. pag.* 233. *supererant adhuc concamerationes quaedam, ubi residua picturae antiquae vestigia pene deleta. De Hypogeis luculentissimum est Petronii testimonium, quod affert Kirckmannus de Funer. Rom. lib. III. cap.* 15.

IN

IN HYPOGEO .... *forte* OLLAS; *Ita hunc versum supplevit Sponius in Miscell. Sect. IX. pag.* 291. *Quae in aliis versibus non infeliciter supplevi, merae coniecturae locum habeant.*

CHARISI. HABE; idest AVE. χαῖρε. *Habe* pro *Ave* dicebant antiqui. Vide Cuiacium Observationum lib. I. cap. 15. ubi multa exempla congerit Codicis tum Iustinianei, tum Theodosiani, tum Digestorum; veluti *Habe Tatiane K. NB.* i. Ave Tatiane Karissime nobis; usitata Imperatoribus formula. Apud Eusebium χαῖρε τιμιότατε ἡμῖν.

QVI LEGES. f. *Qui legis*. PER ERRORE. *per errorem.*

BEne vixi. *Haec phrasis non raro in Inscriptionibus occurrit. Vide Fabrettum Inscr. Antiq. Cap. III. pag.* 222. *Virgilius:*

Vixi, & quem dederat cursum fortuna, peregi.

EGO OMNIBVS. MEIS. BENEFECI. *Aliis benefacere, & benefecisse summa in laude semper fuit. quod etiam plures lapides testantur. Inscriptio veteris Sarcophagi, quam affert Fabrettus Cap. I. pag.* 21. *n.* 92. HIC. SE BIVO. OMNIBVS. SVIS. BENEFECIT. *Et in sepulcrali titulo ab eodem relato Cap. V. pag.* 419. *n.* 178. *hoc verbum* BENEFACERE *videtur proprie usitatum ad indicandam erga defunctos pietatem, vel donato iisdem monumento, vel loco, vel sepulcrali titulo, aliisque rebus ad eorum funus pertinentibus. Ab hac virtute unus e Ptolomaeis Regibus* Evergetes *nuncupatus, sive* Beneficus, *ut Benefici appellantur Reges ab Iesu Christo, D. Luc. Cap.* XXIII. *v.* 25.

SET. In veterrimis quoque libris *set*, *aput*, pro *sed*, *apud*. NON SVNT. i. *non vivunt*. D. Matthaeus Evang. Cap. II. v. 18. *Rachel plorans, filios suos noluit consolari, quia non sunt.* ὅτι οὐκ εἰσί.

QVARTARIA. idest *Uxor quarta*. QVARTARIA eadem prorsus terminatione, ut *Primaria*. SORTEM DVCTAM. h. e. *Fatum*. Virgilius AEneid. lib. III. v. 375.

sic fata Deum rex
Sortitur, volvitque vices.

Homerus Odyss. lib. α. ὑπὲρ μόρον, *supra sortem*.

Vide etiam apud Fabrettum Cap. III. pag. 122. *num.* 24.

141

TI . CLAVDIVS . SP . F . SIMILIS .
MAT . ET . TI . CLAVD . AVG . L . THAMYRVS
FRATER CLAVDIAE . AVG . L . APHORIDI
FECERVNT . ET . SIBI . ET . SVIS . LIBERTIS
LIBERTABVS . POSTERISQVE . EORVM
H M H N S

142

L . FVLVIO . C . FIL . POPIN
ABVRNIO . VALENTI
PONTIFICI . PRAEFECT
VRBI FERIARVM . LATINAR
FACTO . AB
IMP . HADRIANO . AVG . II . COS
IIIVIRO . A . A . A . F . F . QVAEST . AVG
TRIBVNO . PLEBIS . DESIGNATO
CANDIDATO . AVG
EQ. PVBL
D V C I V D

141. *Secundus versus huius tituli antiqua manu scalpro deletus, & postea ab eadem, ut videtur restitutus. Singularia postremi versus ita interpretanda:* Hoc Monumentum Heredes non sequetur.

142. D. D. *idest* Decurionum Decreto *posita haec marmorea Tabula* L. Fulvio Caii Filio Popinia (*i. Tupinia Tribu*) Aburnio. Valenti. Pontifici. Praefecto Urbi Feriarum Latinarum facto ab Imperatore Hadriano Augusto Secundum Consule (*cum Salinatore anno U.* C. 871. *Chr.* 118.) Triumviro Auro. Argento. AEre flando feriundo. Quaestori Augusti Tribuno Plebis designato Candidato Augusti Equo Publico.

co. *Quae omnia non breves notas desiderant. Deest hic L. Fulvius Aburnius Valens in serie Praefectorum Urbis, quam eruditissimus Vir Felix Contelorius concinnavit; cui plures Urbi Praefecti addendi essent, qui, erutis postea vetustatis e tenebris tot lapidibus, in lucem prodierunt. Ex Fulvia Familia alios habemus Urbi Praefectos, T. Aurelium Fulvium, de quo Iulius Capitolinus in Antonino Pio, initio; L. Fulvium Caii Filium Pomptina [Tribu] Brutium Praesentem, in Gruteriano Thesauro pag. MXCV.* 1.

In postrema marmoris linea, inter duos D D *medium marmoris spatium tenent hae litterae* C I, *quae aliena quidem manu sculptae videntur, sed antiqua. In earumdem interpretatione haeret mihi aqua; ita tamen coniicio:* Curari Iussum, *vel* Clarissimo. Inlustri; *his namque honorariis titulis, & appellationibus decorati fuere Praefecti Urbi.*

Fabrettus turpi mendo inquinatum septimum versum descripsit ex Schedis Barberinis Cap. X. pag. 677. n. 33. videlicet III VIRO. A. RA. F. F. *quas notas explicavit.* A Rationibus Fisci Frumentarii. *Verum hoc officium solis competit Libertis, ut antiqui lapides testantur. non huic L. Fulvio, qui etiam Triumvir Monetalis fuit. In Imperatorum Numis ad aurum, argentum, & aes designandum, tres feminae sinistra copiae cornu, dextra lancem tenentes statuuntur; ut indicent penes Imperatores, cudendorum ex omni materia numum, summum ius extitisse.*

Haec marm. Tabula alt. est ped. II. *unc.* V. *lat. p.* II. *unc.* VIIII.

143

D . M
APPEAE . PROFVTVRAE
CONIVGI . INCOMPA
RABILI . ET . PIISSIM QV
AE VIXIT MECVM ANNO
S. II. M. XI D XIII TVLIT AV
TEM SECVM ANNOS
XXXV D XIII. ITEM RESTV
LIAE EIVS QVAE PET
S CAVSA CVM
NERETVR ET
VIX

144

DIS MANIBVS
FEC . SYMPHOR
CONSERVAE. SVAE
CHRYSIDI . B . M

143. TVLIT AVTEM SECVM ANNOS. *idest*: vixit annos. *Eadem phrasis legitur in alio lapide apud Gruterum pag.* DCCLIX. 2. *& non absimilis in pluribus titulis apud Fabrettum Cap. IV. pag.* 257. *n.* 83. *& pag.* 325. *ubi etiam nostrum refert num.* 451. *nonnullis mendis laborantem.*

QVAE PET.......... *Quae desunt ita supplerem:* QVAE PETIIT PIETATIS CAVSA CVM [*forte*] APPEA. PONERETVR. *Apud Vignolium Inscript. selectarum pag.* 370. *legitur* PIETATIS CAVSA. εὐσεβείας. ὁσιότητος. χάριν. *Plautus in Pseudolo. Act.* 1. *sc.* 1. Si neminem alium potero, tuum tangam patrem. *Ca.* Dii te mihi omnes servent; verum, si potes, pietatis causa, vel etiam matrem quoque. *Fortassis etiam:* PETITIONIS. CAVSA.

144. FEC. SYMPHOR. *i.* Fecit Symphorus, *vel* Symphorianus. σύμφορος. *Conferens.*

145

D M
D. LABERIO. MANLIANO
VIX. ANN. XIIX. MENS. VIIII
DIEB. XXVII
D. LABERIVS SERAPH ||||||||||||
PRIMA PARENT. FIL ||||||||||||
BAT VITVM A METIAM ||||||||||||

146

C. MACER
EROS

147

A ☧ ω
Q. VENNIAE AVDENTIAE
C. PAPIRIVS. CONSTANTIV
C. F. CONIVGI DVL
CISSIMAE. B. M

148

BI:: FECI
D M
SATTIO OLYMPICO
PATRI. RARISSIMO
SATIVS OLYMPVS FILIVS
FECIT

147. *Christiana haec vetus Tabula, altitudine ped.* II. *& unc.* XII. *latitudine ped.* III. *unc.* XI. *literis ad parietem versis, anno* MDCXXVIII. *reperta est a praeclaro Viro Matthaeo Segalonio Florentino in Basilica Abbatiae Florentinae circa Altare Nobilium Dom. e Covonibus. Carolus Senator Strozius venerandae Antiquitatis studio flagrantissimus, pretio comparatam in sui Musei ornamentum transtulit. Suspicor eam erutam ex aliquo Florentino veterum Christianorum Coemeterio. Id quoque observavi, exsculpta Ethnica Inscriptione, Christianum hunc titulum deinde appositum; nam clare apparent abrasionis vestigia. In primo versu inter* A, *&* ω, *usitato a priscis Christifidelibus monogrammate venerabile Christi nomen sculptum est, ad indicandam defunctorum religionis professionem. De his Christianorum tesseris plura Aringhius vir eximius, & de Ecclesiasticis Monumentis optime meritus, T. II. lib. VI. cap.* 23. *&* 24.

149

AVG. LIB. SOTERI. C L
C. AFRICAE
VS. QVINTIANVS
*p*RIMA. FECERVNT
*li*BERTIS. LIBERTABVS*que*
*post*ERISQVE. EORV*m*
NE. DE. NOMINE *exeat*
*qu*OD SI QVIS EORVM ALITER
*inferat a*ERARIO. POP. ROM. H-S. XL

150

D. MVNDICIVS. STATIVS
CVSONIA Ɔ. L. CROTIS

151

E. V. A. I. M. VI. D. XXIV
ERIDI. CONIVGI

152

IIIIINAE
o RNATRIX
vix . ANN . XXII
b ERMES CONSERVOS

153

S.). APPA
VNX SVA

154

P. CORNELIVS . P . L
PHILOMVSVS . PICTOR
SCAENARIVS . IDEM . REDEMPT
MONIMENTVM , FECIT . H . C
ORNELIAE . P . L . LYCCE . LIBI
AE. CASTAE. ANNOR. NATA. XIIX. HIC. SI
ta est ET . SVIS . POSTERISQVE . EORVM

152. IIIIINAE. *fortassis* MELITINAE , *vel potius* MELITINE . ORNATRIX . *Nulli ignotae veterum Ornatrices , quae a studio ornandi capita mulierum , Graece a muliebri mundo dicebantur* κοσμώτριαι , *seu* κοσμήτριαι . *Iuvenalis Graeco retento vocabulo Satyr. 6.* Cosmetas *appellat . Harum quoque meminere l. item legat. ff. de legat. & fideic.* 1. *Legatis Servis S. Ornatricibus ff. eod. Vetusti quoque plures lapides apud Gruterum , qui ex Indice locupletissimo obvii sunt ; Fabrettus duos elegantissimos edidit pag.* 74. *n.* 74. *& pag.* 213. *n.* 540. *De Ornatricibus luculenter egit Cl. V. Tignorius de Servis , qui notat tradi consuevisse magistris , ut ediscerent*

artificium


artificium ornandi, quale describit Martialis Epigram. lib. V. Marmorea basis Musei Medicei superius allata pag. 10. *n. V. Speculum, pyxidem, discerniculum, calamistrum, circinum, calceos, mulierum ornatoria instrumenta praefert.*

154. PICTOR SCAENARIVS. Cum AE scripserunt veteres contra analogiam originis; nam Graecis σκηνὴ, *Scena*. q. σκιηνή. *umbrosa, umbratilis*. Sic *Anchora* cum aspiratione, quando Graecis est absque ea: ἀγκύρα. *Plinius Hist. lib. XXXVI. cap.* 15. *summis laudibus celebrat magnificentissimum M. Scauri theatrum triplici scena, signis aereis, columnis, tabulis inauratis, pictis, attalica veste, & marmoribus peregrinis ornatum. De Scenarum picturis meminit quoque Vitruvius lib. V. cap.* 7.

IDEM. REDEMPT. *idest* Redemptor. *In veteri inscriptione allata a celeberrimo P. Iohanne Mabillonio in Itin. Ital. quam etiam exhibet Fabrettus Cap. II. pag.* 78. *n.* 90. *legitur:* GENIVS. THEATRI. LVCCEIVS. PECVLIARIS. REDEMPTOR. PROSCENI EX. BISO FECIT.

CASTAE κάστη. idest *ornatae*, a verbo Graeco κάζω.

155



156

MEMMIA
SVCCESSA
FECIT
TITVLVM
FILIAE SVAE
BENEMERENTI
VIX. ANN. XVI


155. DIACONVS. E Servorum genere, qui mensae ministrabat. Anacreon Ode IV.

Ο δ' ἔρος χιτῶνα δήσας
Ὑπὲρ αὐχήνος παπύρῳ
Μεθύ μοι διακονείτω.
Amor tunica ligata
Supra collum papyro
Vinum mihi ministret.

Miram addit elegantiam, & raritatem huic fragmento Urna cineraria seu ossuaria utrimque ansata, imposita columnae segmentatae, quae quamdam veluti defunctae apotheosin ostentat. Exempla huius moris imponendi urnas cinererias columnis in Homero Iliad. XI. ver. 371. *XVII. ver.* 434. *& Odyss. XII. ver.* 14. *observavit Feithius lib. I. cap. XV. Antiq. Homer. Traiani cineres, testibus Eutropio, & Cassiodorio, in nobilissimae eiusdem columnae cochlide in Urna pariter quieverunt. Vide Fabrettum ad Tab. Iliadis pag.* 363.

156. FECIT TITVLVM. *Iuvenalis Sat. VIII. ver.* 68. Titulum *ponit pro* Sepulcro.

157



158



158.

158. FIDVS AVGVSTI SERVS. I. SERVVS FIDVS. πιστὸς Servi virtus fidelitas. Ariſtophanes in Pluto:

τῶν ἐμῶν γὰρ οἰκετῶν

Πιστότατον ἡγοῦμαί σε, καὶ κλεπτίστατον.

Ideſt:

ſervorum enim meorum

Fidiſsimum te puto, & furaciſsimum.

159

MAIOR
QVAE. LIQVI. C
A PARTVS. HA
AE SVA PECTO
S VNAQVE. M
BVS MIHI CO
IIIRNO FE
TIA. C

160

D M
SVLCANIAE
GEMELLAE
CONIVGI
B. M. F.
AMERIMNVS
CAR

161

EVVODIAE
DIS. MANI
BVS EVVO
DVS POSVIT

162

M. CLODIVS	CLODIA
MARO	S:::LIBVSA
VIXIT. TRIMVS	SIBI ET GRATO
DIES. XXVIII	

160. AMERIMNVS. ἀμέριμνος. Tranquillus. *Cognomen eſt, non vero familiae, ſeu gentis* AMERIMNIAE *nomen, ut in explicatione veteris marmoris docto Viro viſum eſt.*

161. EVVODIAE DIS. MANIBVS. Atqui τὸ DIS MANIBVS ſo-

ſolet praecedere. l. EVHODIAE. EVVODUS POSVIT. i. EVHODVS. ſed H quandoque in conſonantem vertunt Latini, ut in *Heſperus*. *Veſper*. *Heſtia*. ἑστία. *Veſta*: ergo *Evhodus*, *Evvodus*.

162. VIXIT. TRIMVS. Τριετὴς. *idest* tribus annis. *Plautus in Rud.* Trima, quae periit mihi, iam tanta eſſet, ſi vivit, ſcio. *Hinc diminutivum* BIMVLVS, *in ſuperiori inſcriptione pag.* 352. *n.* 47. *Suetonius in Veſpas*. Trimulus patrem amiſit. *In quadam Graeca Inſcriptione legi* ΤΡΙΕΤΕΙΟΝ.

CLODIA S:::LIBVSA. legend. STILBVSA. στίλβουσα. *Splendens*. Stilbon. Stella Mercurii.

163

D. M. HELIO
PATRI. FECER
FILI. SVI. ITEM
SPENDVSA
FEC. HELIO
CONIVGI. SVO
B. M

164

D. M
CL. SPENDONTI
SVCCESSVS
PATRI
B. M. F

165

D. M
L. SEMPRONIVS. PAVLINVS
FI ET HELPIS. CON. A. CLODIO
APRILI BENEMERENTI FE
FECIT. VIXIT
ANNIS. XXXX. M. III
DIEBVS. XII

166

D. M
S. MARCIA
P. A. DIONYSO
FILIO. DVLCISSIMO
VIX. ANN. XVII
MENSIB. VIIII
DIEB. XVI

163. SPENDVSA. σπένδουσα. *Libans, libatrix.*

165. FI ET HELPIS. *Secundus, & tertius versus huius tituli scalpro exculpti sunt, antiqua manu; ut facile tamen legi possint.*

167

D . M
GLYCERO. V. A.
IIII. GAIVS. IVLI
VS . EVTIGHVS
ET. IVLIA. EVCH
E. FILIO. DVLCISSI
MO FECERVNT

168

CONDITVS . INPENSA . IACET . HIC
FRATER ET HIC . SVBITO . RA
INVIDA . QVOI PRIMVM . RAPVI
NEC DATA FATORVM LONGA

169

M. MINVLEIVS QVARTA
M.L. DIPHILVS MINVLEIA.M.L
ET TIBI .

167. EVTIGHVS . i. EVTYCHVS. ET. IVLIA. EVCHE. εὐχή. *Precatio. Votum.* appellative προσηγορικῶς.

168. CONDITVS. Forte hic hexameter desinebat IN VRNA, cum defuncti nomine, quod divinare non licet.

169. DIPHILVS. Διφίλος. hoc est Διὶ φίλος. *Iovi amicus.* ET TIBI. *Defunctorum bona precatio, & responsio praetereuntium salutationibus, & funebribus acclamationibus, ex formula, quae in antiquis nonnullis monumentis occurrit:* QVAE MIHI OPTAS EADEM EVENIANT TIBI VIVO ET MORTVO.

170

CN . CAECILIVS
CN . L . ZETHVS
VIX . ANN . XL



171

VELLEIAE
CN . ET . Ↄ . L
DAMALIS



171. DAMALIS. Δάμαλις. *Iuvenca. Apposita bis duobus titulis Amphora cineraria.*

172

THYMELE
VIX. ANN. XIX
STACHVS.CONTVBERNAL
B. M. POSVIT

173

CALPVRNI
MARSI

174

C. TERENTIVS. C. L
CAPELLA
CAESETIA.M.L.SALVIA

175

CYRVS
LIVIAE. DRVSI. CAES
MEDIC

176

C. ASIN *io*
NOI
HILA *rus*
PAT *rono*

177

EPH. VEN. Q.
Q.
CHILO. LIBR

178

M. L. VALLIA. M. ET. D. L. VISINIA
IRENE LIBI

172. THYMELE. θυμέλη. Mart. *Thymelen, saltante Bathyllo.* (quasi *a sacrificiorum cura.*) Idem: *Qua Thymelen spectas* &c. Invenitur & apud Iuvenal. Sat. VI. v. 66. *Thymele*, quam hodie *orchestram* dicimus.

STACHVS. f. STICHVS. quod nomen servi est, & usurpatur ab Iurisconsultis exempli causa, ut *Titius*, & *Sempronius*, & Philosophis Δίων. *Dio*. Στίχος. *versus*. ἀπὸ τοῦ στιχεῖν. ab accedendo ad dominum, & se ad illum vertendo. Ideo dicit CONTVBERNAL. i. *contubernalis*, vel *contubernali* bene merenti; nam inter cives iustae nuptiae, & matrimonium; inter Servos contubernium; quasi contabernium dicebatur. Plauti Comoedia *Stichus*, servi nomine inscripta. 173

173. CALPVRNI MARSI. è *Marsis* populis Campaniae.

175. MEDIC. *Sponius in Miscell. pag.* 142. *contra marmoris fidem edidit* MEDICVS. *Ita quoque ex eo Fabrettus Cap. I. pag.* 59. *num.* 345. *qui docte*, & *luculenter illustrat*; *item pag.* 301.

177. EPH · VEN. idest EPHEBO. VENVSTO *ut in tribus aliis Inscriptionib. supra allatis pag.* 361. *n.* 94. & 95. & 370. *n.* 121.

CHILO. LIBR. *i.* Librarius. *De Librariis, eorumque differentia*, & *diversis officiis fusius tractat Fabrettus Inscr. Antiq. Cap. III. pag.* 212. 213. 214. 215.

178. M. L. VALLIA. *Reliquiae fragmenti superius relati pag.* 363. *n.* 97.

179

SEVERVS
CORPORE CVSTOS
TI. CAESARIS
GERMANICI. AV *gusti*
NATIONE. SV *rus*

180

C. ASINI. C. L
BELLICEI. HIC
SITA SVNT
OSSA

181

M. ASINIVS

182

ASIN
ET. ASIN
FECERVN
ABILLA SIBI
ASINIA TI
ASINIA AA

183

C. CLODIO
CONONI
i VNIA. PRIMA. TITVLV
pos VIT. CONIVGI. BENEM

179. SEVERVS CORPORE CVSTOS. id. *Corpori*, vel *Corporis.*

ris . δορυφόρος . NATIONE . SV . . . f. SVRVS . idest SYRVS. Ceterum Imperatores Romani, ut nunc Principes faciunt, circa corpus suum praesidium habebant militum Germanorum, ut ex Suetonio liquet. *De his vide Fabrettum in Traiani Columnam Cap. VII. pag.* 183. *qui etiam ex Schedis Barberinis hanc edidit, Inscr. Antiq. pag.* 691. *num.* 119.

183. C. CLODIO CONONI. Conon Astronomus fuit insignis. Virgilius Ecl. III. ver. 40.

In medio duo signa; Conon, & quis fuit alter,
Descripsit radio totum qui gentibus orbem?

184

ADIECTO
SEX . AVIDI
EVTYCHI
SEPLASIAR
NEGOTIANTIS
SER . INSTITOR
COMMVNIS
IIIIIIIIIIIIIIIIIIIIIIIIIIIIIIIII
IIIIIIIIIIIIIIIIIIIIIIIIII AMI
CO . B . M .

185

MERENTI
EVPHEMV
AE FECIT

186

D M
AMICA AMI
CO CARISSIMO
B . M . F.

184. ADIECTO. *Ita legendum putarem*. Adiecto Sexti Avidii Eutychi Seplasiarii negotiantis Servo Institori. Communis. *Hic antiqua manu exculptum nomen amici, qui titulum posuit*

Adie-

Adiecto amico bene merenti. In privatorum quoque titulis frequenter occurrunt huiusmodi liturae. Hunc Cippulum encarpo foliaceo superne ornatum inventum memoriae prodidit Cl. V. Carolus Senator Strozius Florentiae in AEdibus Nobilium DD. e Peruzis, ubi antiqua vestigia Amphitheatri Coloniae Florentinae.

SEPLASIAR NEGOTIANTIS. *idest* Unguentorum, *vel* pigmentorum negotiantis. Seplasiarii, *ita nomen habuerunt ex celebri Capuae foro, & platea, quae* Seplasia *dicebatur, ubi Unguentarii maxime versabantur, teste Plauto in Rudente, & Cicerone in Orat. pro P. Sextio, & in Orat. 2. de Lege Agraria. Nam Capuam, ex ultimis paene terris, aromata, pigmenta, quae ad Unguentarios pertinent, ferebantur. Ideo Capuae deliciis, ubi substitit effeminatus Annibal, fortunam, & victoriam suam perdidit.*

187

D M
ZETHO . FRATRI
M . VLPIVS
CALLISTVS
BENE . MERENTI
FECIT

188

C . MAECENATI
PACORI
VIX . A . XXV

189

FLAVIO MARCIANO
VLPIO IVLIANO
MAG
A BALINEIS
AVG
DECVRIONES
SCRIBAE
VNCTORES AVG

VLPIO CRATERI
AVG . LIB
PROC . CASTRES
DECVRIONES
SCRIBAE B . M
VNCTORES FEC
D D

188

188. C. MAECENATI PACORI. Per AE, non per OE ſcribendum MAECENAS, lapides, & nummi teſtantur. Graeci Μαικήνας. PACORI dativus quid ſit neſcio, genitivus ſcio. Horat. *Et Pacori manus*. Hoc nomine fuit quidam Parthorum Rex.

189. MAG A BALINEIS AVG. *Ideſt* Magiſtri a Balineis Auguſti. *In pluribus Athleticis Inſcr. apud doctiſsimum Falconerium:* ΕΠΙ ΒΑΛΑΝΕΙΟΝ ΤΟΥ CΕΒΑCΤΟΥ. Praefecto Balineorum Auguſti. *Quare Balneorum cura praecipuis Athletarum demandabatur; & veterum marmorum auctoritate coniicio circa Gymnaſia, & Athletarum Xyſta Auguſtorum quoque Balnea fuiſſe, quibus poſt exercitationes varias, corporum nitori, & mundities conſulerent.*

A BALINEIS. *Balineum, Balinea* [a Graeco βαλανεῖον,] eius originem melius ſervant, quam communis vox *Balneum*.

DECVRIONES SCRIBAE VNCTORES AVG*uſti*. *Fabrettus Cap. VI. pag.* 476. *num.* 140. *profert Romanum lapidem, qui haec babet:* DIS. MAN T. FLAVIO. AVG. LIB PHILOMVSO. DEC [i. *Decurioni*] VNCTORVM. &c. *De acceptione vocis* SCRIBAE *vide Cl. V. Meurſii Lexicon Graeco-Barbarum. De Unctoribus erudite, & luculenter diſſerit Reineſius in Synt. Inſcr. pag.* 619. 636. 638. & 266. *Vide quae ſupra notavimus p.* 233. & 234. *Feminae Auguſtae, & matronae* ἀλιπτρίας *unctrices ancillas habuere, earumque opera uti conſuevere, teste V. Cl. Pignorio de Servis.*

VLPIO CRATERI. *In eleganti ſuperiori Urnula pag.* 347. *num.* 30. *idem nomen legitur:* D. M VLPIO CRATERI SCRIBE VNCTORES AVG VIX ANN LXXII. *Hic tamen verſus cum ſex ſequentibus ſcalpro leviter deletus eſt, ita tamen ut legi poſsit. Hic Cippulus apud Sponium in Miſcell. Sect. VI. pag.* 213. *nonnullis laborat mendis, quae Antiquitatum cultores, ſi conferant, offendent.*

190

DIS. MANIBVS
TI. CLAVDI
SECVNDI. VIX. A. XXXIII
CORNELIA
THALLVSA. CONIVGI
CARISSIMO. FECIT

191

D M
AFRANIVS
ZOILVS
MIL. CL. PR. MIS
NAT. CAPPADOX
VIX. ANN. XXX
MIL. ANN. XIII
H. F. C

190. CORNELIA THALLVSA. θάλλουσα. *Florens*. *Germinans*. Hinc *Thalia*. θάλεια. una Gratiarum. quasi *Viriditas*. *Virens*. *Vegeta*. Horatius: *Dumque virent genua*, ideſt *vigent*; more recentium herbarum, & frugum. θαλίαι Homero dicuntur & *convivia*, in quibus homines quodammodo ob laetitiam iuveneſcunt, ac virent.

192

TI. CLAVDIO
LIBERALI
LIVIA. SECVNDA
CONIVGI
B. M. FECIT

193

T. FLAVIVS
COSMVS
ET. FLAVIA
ANTHVSA
FRATRI. SVO B M. FEC
VIX. ANN. XL.

In marmoreo Cippulo.

194

D . M
IVLIAE SEVERAE
CAIVS IVLIVS ALEX
ANDER. COIVGI
B. M. DE SE FECIT

In alio ſimili.

195

D . M
MOSCHIDI
V. A. XXV
ſic TROPHIMAS
COLLIB. B. M
FECIT

194. B. M. DE SE. integra dicendi forma ἀντὶ τοῦ *Benemerenti* ἁπλῶς.

196

ASINIAE. C. L AMMIAE
MATRI . FELICIS . FABRI
BALNEATORIS

C. ASINIO . FE *lici*
FABRO. BALN *ea*
TORI . VIXIT
ANNOS . XXXIV

197

D . M
XRYSIS FEC
IT.CONIVGI *sic*
IANVARIO
QVI· VIXIT
AN. XXX M III

198

DIS . MAN
VRBANA. FECIT
VRBANO. VERNAE.SVO
CAR.VIX. ANN. VII.M. V

199

OSSA . HIC
ASINIAE

200

L. MVRDIVS
CHRESIMVS
ANNOS. NATVS. XIIX
OSSA.TIBI.QVIESCANT
BENE

201

PRIMIO
ANTONIAE. APATENI
MATRI. SVAE
DIIS. MANIBVS

196. FABRI BALNEATORIS. *P. Victor ultra octingenta balnea Romae fuisse scribit publica, & privata ingenti sumtu, ac magnificentia, & pretiosis marmoribus, statuis, picturis, & peristyliis extructa. Balneorum muliebrium, & virilium fit mentio in veteri lapide apud Fabrettum pag.* 242. *Insc.* 656. *Huius* C. *Asinii Felicis meminit superius allatum marmor pag.* 358. *n.* 78. *Fabrettus integrum*

grum dedit hunc titulum pag. 73. n. 67. item Sponius, non tam accurate in Miſcell. pag. 220. qui modo fractus laeva eſt.

199. OSSA. HIC ASINIAE. Romae OSSA. TORQVATI. TASSI. Florentiae OSSA IOANNIS DE MEDICIS. Quae oſsa curante Coſmo III. M. D. E. Mantua Florentiam tranſlata.

200. OSSA. TIBI. QVIESCANT BENE. Ovid. in morte Tib.

Oſſa quieta precor tuta requieſcere in urna,
Et ſit humus cineri non oneroſa tuo.

In Anthologiae diſticho quodam optatur terra levis Nearcho cuidam, ut melius poſſint eruere oſſa canes.

201. PRIMIO. *Primio, nis*, diminutivum τοῦ *Primus*. DIIS MANIBVS *praepoſtere in fine*.

202

C. ASINI
VIRO B M
ET. HELLAS. P

203

S E I
ODI L
SEVIR
M SEIVS
AMIAN::::

204

Q. SPELLIVS. Q. L
ANTIOCHVS
SPELLIA. Q. L. RVFILIA
VIXIT. ANNOS. XX

205

CN. POMPEIVS
CN. F
FAVOR
VIX. AN. IIII

202. HELLAS. ἑλλάς. *Terra Graecia. Helle nomen Helleſponto dedit. Repone ſuper hanc Inſcriptionem, & ſequentem* D. M.

203. M. SEIVS. AMIAN:::: forte AMIANTVS. ἀμίαντος. *intaminatus*; quo nomine dicitur lini genus, quod igne purgatur, non comburitur.

206

FAVSTVS
MARCELLAE . PAVLLI
PISTOR

207

VS EROS
F. SECVNDAE
ARISSIMAE

In orbe Tabulae rotundae.

208
. . . VITALIS SCRI. . . .
. . . . TVTORVM . L

209 VENVLEIA
) . L . SOSIS
MEDICA

210

SELeVCVS
IVLIAE . AVG
ARGENTARI
LYSENIANVS

211

P IV LOLLI
PHILAR
HIC SIT a
NOLI DO lere
EVENTVM
FRAVIAERA puit
FATVS M alus

209. VENVLEIA . 7 . L. SOSIS. Σωσὶς. quasi *Servatura. Servatrix.* auspicatum nomen feminae medicatricis. Opponitur nimium aspero Catonis iudicio, qui apud Plinium ait: iuravisse Graecos occidere omnes barbaros medicinà.

Haec inscriptio nobilissimo Museo Strozio restituenda est, quam supra putabam deperditam inter antiqua monumenta Musei Medicei pag. 78. *n. CCXXII.* Medicas *pro* Obstetricibus *accipiunt docti viri, Caspar Bartholinus, & Du-Cange in Gloss. quos laudat Fabrettus Inscr. Antiq. Cap. VI. pag.* 540. *Minerva* MEDICA *celebratur in antiquis lapidibus; quod elegans Deae cognomen illustrat Cuperus pag.* 200.

210. SELEVCVS IVLIAE . AVG ARGENTARI. Ideſt *Seleucus Iuliae Auguſtae Argentarius* . Antiquis *Argentarii* non ſunt argenti artifices, ſed iidem ac *menſarii*, *nummularii*, *feneratores* . Sed hic forte an erit *Faber argentarius*.

In veteri quodam lapide apud Fabrettum Cap. IX. pag. 649. L. Sueſtilius Argentarius ab Sex Areis [officinae locus] ſepulcralem titulum ponit L. Sueſtilio Laeto Nummulario ab Sex Areis, & apud Reineſium Cl. III. n. LXXXVIII. Argentarii cum Exceptoribus, itemque Negotiantibus Vinariis Supernatibus, & Ariminenſibus iunguntur. Sponius hunc titulum produxit in Miſcell. Sect. VI. pag. 218.

211. EVENTVM . *Bono Eventui* in inſcriptionibus idem, ac Ἀγαθῇ Τύχῃ. [cuiuſmodi inſcriptam menſam ſacrificiorum argenteam ſacrilegus ille rapuit.] *Eventa* dixit Lucretius quae philoſophi συμβεβηκότα.

212



In praegrandi Tabula marm. alt. ped. V. *unc.* VIII. *lat. ped.* II. *unc.* VIII.


213




213. Ideſt : *Aulo Claudio Diodoro Lucius Atilius, & Sili...ius........ Piiſſimo, & Dulciſſimo.*

214


214



215



216



214. DORYPHOR. idest *Dorypboro*. δορυφόρω. *Haſtato*, vel *Corporis Custodi*.

MVNIC. ET. COMMAN B. M. P. hoc eſt *Municipi*, & *Commanipulari bene merenti poſuerunt*.

215. M. RAPILIVS. SERAPIO. σεραπίων. *Hunc lapidem illuſtravit doctiſsimus Philippus Senator Bonarota in Proboemio Obſervationum Hiſtor. in maximi moduli Nummos pag. XII.* AB. ARA. MARMOR. i. ab Ara marmorea. *Ara marmorea, ni fallor, nomen Vici eſt; & Artifices a Vico denominari ſolebant. Sponius in Miſcell. Sect. VI. pag.* 232. *mendum admiſit in ſecundo verſu, in quo* MARMOREA. *pro* MARMOR *deſcripſit, fecitque hunc M. Rapilium peritum quoque artis conficiendi Aras marmoreas.*

OCVLOS. REPOSVIT. STATVIS. (*quaſi ablatos, & debitos.*)

Acce-

Accedit Caecilii Balbi luculentiſsimum teſtimonium apud Iohannem Saresberienſem in Policratico, qui ita ait: Quis enim Deorum ei parcat, a quo ſe deceptum intelligit? Quis non irruat in eum, qui aureos Iovis oculos eruit, aut argento gemmiſque ſublatis, veſtem nititur excoecare? Quis de Martis capite adamantinum lumen temerariis effodit unguibus? *Vetus inſcriptio apud Dausquium Orthograph. vol. II. Tract. I. fol.* 22. L. PATROCLVS. FABER OCVLARIVS. *Ad hanc rem facit elegantiſsimum Graecum epigramma in Anthol. lib. II. cap.* 22. *num.* 1.

QVA. AD. VIXIT. BENE. ideſt QVO. AD. VIXIT. BENE.

216. LIARVS. f. ILARVS. ἱλαρός. pro *Hilarus*. Unde *Hilarius*.

GLABER. *Catullus Carm. LX. ver.* 141. Diceris male te a tuis Unguentate glabris marite Abſtinere, ſed abſtine.

AB. CYATO. *Marmorarii ſphalma; legendum* AB. CYATHO. *ut in aliis vetuſtis tabulis apud Gruterum pag. DLXXXII.* 4. *Horatius lib. I. Ode* 29.

Puer quis ex aula capillis,
Ad cyathum, ſtatuetur unctis.

Inter celebres vini miniſtros in conviviis, ſive in domeſticis menſis, dignus laude Lygdamus, cuius meminit Propertius lib. IV. Eleg. 8. *ver.* 37. *Suetonius in Iulio c.* 49. Sed C. Memmius etiam AD CYATHVM, & vinum Nicomedi ſtetiſſe obiecit, cum reliquis exoletis. *Mira eruditionis copia hanc inſcriptionem illuſtravit Cl. V. Marquardus Gudius in Notis ad Phaedrum lib. IV. Fabul.* 4. *Fabrettus quoque produxit pag.* 58. *n.* 33. *apud quem pag.* 715. *n.* 370. *in veteri Hortae monumento legitur:* ASMENVS NERONIS. CAESARIS A CYATHO.

217

AE . MYRTIDI
S.SPERATVS.CONIVGI
ERITAE . ERGA SE
VIXI. ANN .XXX

218

D M
FVRIA. TETHIS
M . FVRIO
POTHO
B. M. F. VIX. AN
LXXXIII

218. POTHO. πόθος. *Desiderium*, *Amor*, nomen proprium. Sic etiam EROS, *Amor*, proprium nomen. Forte tela, seu spicula hinc, & inde sculpta, significant vulnera Cupidinis.

219

TI. CLAVDIO. NERONE
P. QVINTILIO. VARO. COS
CONSTITVTVM. EST

220

L. LIGVRIVS
THEDORVS
LIGVRIA. L. L
ARBVSCVLA

221

T. ROSCIVS
TERTIVS

222

SEX. LVCANIA
TRVCVNDAES
L. STEPHANI. OLLAS II

223

OLLAS. VI ET IVRE QVOD
CETERIS. SOCIS. EMIT. C. PLOTIVS
C. L. FAVSTVS. AERAR
DE. P. OPPIO. P. L. ANTEROTE
QVOD. FVIT. IVRIS. M. HERENNI. M. L
AGATHONIS

224

S | GRANIAE
ME | TYCHES

219. *Ti. Claudius Nero*, & *P. Quintilius Varus Consules fuerunt*, *ex Anonymi Fastis*, *anno Urb.* C. 741. *ante Chr. ortum annis* 14. *Sponius* τὸ COS *omisit in secundo versu in Miscell. Sect. VIII. pag.* 277.

220.

220. ARBVSCVLA. Homerus, aliique poetae adolefcentes teneris plantis germinibufque affimilant. ita haec *Arbufcula* gratiae caufsa appellata.

223. EMIT. C. PLOTIVS. *Purum dumtaxat monumentum vendi poteft. Videndus Gutherius de Iure Manium. Haec Infcriptio nonnullis haud levibus mendis laborat apud Spon. in Mifcell. Sect. IX. pag. 288. num. 10. Fabrettus pag. 155. num. 240. in primo verfu edidit* EO. IVRE *pro* ET. IVRE.

AERAR. *AErarius*. ideft *Faber AErarius*. χαλκεύς.

ANTEROTE. De Erote, & Anterote Alexander Aphrodifienfis in Problematis.

225

AEMILIA SALVIA
SIBI ET
L. HATILIO. PROTO
VIRO SVO

226

L. LIGVRIVS
L. L. FELIX

227

OCLATIVS
INSVLARIVS

228

Q. VOLCASIVS
PRIMIGENIVS
VIX. AN. VIIII.
Q. VOLCASIVS
ETHIADA. VIXIT
ANNIS. LXXX

229

L. HELVICIVS. L. L.
A. CIBA. V. A. XL.
HIC. SITVS. EST. V. SVP.

227. OCLATIVS. Gentis *Oclatiae* nomen forte ab ὀχλάζειν, *genibus flecti, claudicare*. INSVLARIVS. *Infulae* palatia Romae undequaque ab aliis aedibus in morem infulae feparata; quarum infularum infinitus numerus fuifse memoratur tempore Claudii. Lipf. de Magnitud. Rom.

228. Q. VOLCASIVS ETHIADA. forte ETHADA, ideft

ETHA-

ETHADES. ἠθάδης. *Assuetus*. Volcasii apud Romanos: celebris est Volcasius, seu Volcatius Sedigitus, qui a *sex digitis* cognomen habuit, ut apparet: Poeta, qui de Comicis Latinis scripsit, notis versiculis, iudicium tulit.

229. A. CIBA. *i.* A. CIBARIIS. *De Re Cibaria eruditissime scripsit Ludovicus Nonnius Medicus Antuerpiensis. Singularis hic titulus est, pictis rubro colore literis, Grutero, & Reinesio, Sponio, ac Fabretto incognitus, qui nullum exhibent Libertum* A CIBARIIS; *cuius officium fuerit, sive familiae, sive animalibus alimenta ministrare.*

V. SVP. *Haec singularia quid significent, iuxta cum ignarissimis scio. Fortassis* Vale superis. ΧΑΙΡΕ ΙΝ (*l.* ἐν) ΤΟΙC ΑΝΩ. *ut in superiori Graeco marm. p.* 121. *n.* 2. *in quo haec funebris acclamatio legitur.*

230

VALERIAE. D. L.
EVTYCHINIS
EMPTVM
DE L. PACCIO L. F. ARN. VARO

231

EVANGELVS
IVLI

232

P. SERVILII. PHILEROTIS

233

ANTISTIAE. ADMETE
VIXIT. ANNIS. XXXX
TI. ANTISTIVS. FLORVS
MATRI. CARISSIMAE
FECIT

230. VALERIAE. D. L. *idest* Decimi Libertae. *Decimi praenomen in Valeriorum familia. Decimus Valerius Brutus.* EVTYCHINIS, *pro* EVTYCHINES, εὐτυχίνης, *quasi* Eutychi filiae. DE L. PACCIO L. F. ARN. (*Arniensi Tribu*) VARO.

231. EVANGELVS. εὐάγγελος.

233. ANTISTIAE. Antistiae Romanae Familiae nomen ab *antea sistendo*. ADMETE, dativus sine diphthongo, ut similiter in pluribus lapidibus, ut declinatio Graeca servetur;

ἀδμή-

ἀδμήτῃ, *indomitae*, seu potius *minime adhuc domitae*, qualis est virgo innupta, ἄγαμος.

234

L. GAVIDIVS. EROS
FABER. ARG. V. A. LXX
GAVIDIA. CLEOPATRA
PATRONO. FECIT

235

MM. MINDI
DEXTER. P
NYMPHODVS. F
MM. D. F. ET. P. INF. F

236

C. LICINIVS. IASO
CAECINIA ET. LICINIA
L. MANIA

237

MARCIA
PRISCA
V. A. VII

238

VESTIARIA. SEVERA
VIXIT. ANNIS. XXX
PHARNACES. CONTVBERNÆ
SVAE. BENEMERENTI. FECIT. ET
L. VESTIARIO. SVAVI. F. EIVS
VIXIT. ANNIS. V. ET. SIBI

239

L. MVRRANIVS. C. L
DICHILVS. IIT. RIIM
MIA. C. L. POLINIS
VIVIT

234. FABER. ARG. *idest* ARGENTARIVS. *Artifex peritus caelandi, elaborandive opera ex argento. In Actibus Apostolicis laudatur quidam Demetrius argentarius, qui ex argento conficiebat aediculas Dianae Ephesiae, quas vel collo, vel pileis, vel vestibus, vel Fanis, voti causa, suspensas fuisse putat Clar. Vir Iacobus Philippus Thomasinus de Donariis Cap. III. Argentariis proximi sunt, & veluti praeministri, materiem iis praeparantes praebentesque*, ἀργυρεψηταί, χωνευταί, argenti fusores, purgatores, & ex-

coctores, *de quibus Reinesius Class. III. num. LXXXVIII. Ab Anacreonte artifex argentarius, cui vasis caelaturam monstrat, vocatur* καλλιτέχνα, sapiens artifex.

CLEOPATRA. κλεοπάτρα. *Patris*, vel *patriae gloria*.

Edidit hanc Sponius in Misc. pag. 218. *& Fabrettus pag.* 281. *num.* 180. *Ornata est haec Inscriptio* λαῖς ἀντιλάμβδαις.

239. DICHILVS. δίχηλος. *duplici labro.* IIT, idest ET. RIIMMIA, i. REMMIA duo II, pro E. Celebris est Lex Remmia *De Calumniatoribus*; super qua Lege doctum eruditumque volumen conscripsit Vir praestantissimus Breckmanus Henricus Iurisconsultissimus Batavus, cuius Pandectarum uberrima, atque cum Florentino Codice accurate collata, & omnibus numeris absoluta, iam iam literatorum manibus versanda expectatur editio. POLINIS. forte POLINICIS. πολυνικίς. δος.

240

P. FVLCINIVS
SIBI
FVLCINIAE. P.F. PROBAE
CAESIAE. C. F. PIE

241

DIS M *anibus*
FELICLAE *contu*
BERNALI
CHRYSAN *thus*
ET SIBI

242

A SVMMO . COLVMBARIA DVA
IVNCTA. L. VIBIVS. ALCIMV QVEM
SEQVENTVR . POST . ME . L . COR
DIVM . EVPORVM . ET CODIA
R
TRYPHAENA

243

P. OPPIVS. Ɔ. L
EPAPHRA
OPPIA. P. L
HELENA

240. P. FVLCINIVS. *Ex Autographo Strozio aliquantulum supple-*

pletur quod periit. P. FVLCINIVS. . . . SIBI ET FVLCINIAE.P.F. PROBAE V. A.I.M. VI.D. XXIV .CAESIAE. C.F.PIERIDI CONIVGI. *Proba Falconia Centonem Virgilianum concinnavit*.

242. A SVMMO .COLVMBARIA. i. *loculi sepulcrales*, similes cistulis, & nidulis columbarum. De his vide Fabrettum Inscr. Antiq. Cap. I. qui eorum iconas exhibet. TRYPHAENA. Τρυφαίνα. ἀπὸ τῆς τρυφῆς. *Delicata*.

Sponius in Miscell. pag. 289. *in primo versu habet* DISIVNCTA. *pro* DVA IVNCTA. *&* VIBIVS, *pro* L . VIBIVS. *Ornata haec Inscriptio literis rubricatis*.

244

ΘΕΟΙϹ ΚΑΤΑΧΘ
ΟΝΙΟΙϹ ΠΕΤΙϹΙΑ:::
ϹΤΕΦΑΝΗΦΟ
ΡΙΑΙ ΘΥΓΑΤΡΙ
ΠΕΤΙϹΙΟϹ ϹΤΕ
ΦΑΝΟϹ LK

245

DORIDI. ASINII. GALLI
AEDITVAE . A. DIANA
ANTIOCHVS.CONSER
B . M . F

246

DIS . MANIBVS
ACILIAE . GRAPHICE
C.ACILIVS.ATHENOBIVS
LIB . BENE . MERENTI
DE . SE . CONSACRAVIT

247

P RVNCVLA NIVS PHAEDER
VALERIA . L. ET. Ɔ. L . ISIDORA
VIXIT . CVM . EO . ANNO . XXV.
NIHIL. DOLVI. NISI QVOD ME RELIQVID

244. Ideſt: *Diis Subterraneis Petisiae Stephanephoriae Filiae* (ΠΕΤΙϹΙΑ:: l. ΠΕΤΙϹΙΑΙ) f. *Stephanephorae* τῇ στηφανηφόρῳ) *Petisius Stephanus*. LK *Annis Viginti*. Nota annorum L, ut in Numis. L. eſt Epſilon inchoatum, ideſt ἔτει.

245. AEDITVAE . A . DIANA . τῇ νεωκόρῳ. *Custodi Fani Dianae*. Ab AEdibus Dianae tuendis, curandis. Antiqui di-

dixerunt *AEditimi*, recentiores *AEditui*. Vide Gellium lib. XXI. cap. 10. & lib. XII. cap. 2. & Cl. V. Falconerium in Athleticas Inscriptiones pag. 51.

Edidit Fabrettus pag. 40. *num.* 211. *& pag.* 722. *num.* 435.

246. ATHENOBIVS. Ἀθηνόβιος. *Qui vitam haberet a Minerva. Vivens propter Minervam*. Sic Zenobius, Ζηνόβιος, *Vita Iovis*, vel *qui Iovi vivit, vitam habet, agnoscit ab Iove*.

CONSACRAVIT, pro CONSECRAVIT, ut *infacetus* pro *inficetus*. Catull. Carm. XXII. v. 14.

247. PHAEDER. Φαῖδρος. *Laetus*. Vide superius notata pag. 281. ad Inscriptionem num. 14. ISIDORA. Ἰσιδώρα. *Donum Isidis. Ab Iside data*. RELIQVID. idest RELIQVIT. propter affinitatem literarum, ut ita dicam, dentalium, D & T. *De his doloris clausulis vide Fabrettum Inscr. antiq. pag.* 672. *qui hunc titulum aliquantulum inemendatum protulit pag.* 275. *n.* 160.

248

M. CLANIVS
VIX. ANN. XXXXV
LARCIA·PRIMIGENIA
VIX. ANN. XXXX
AMPLIATVS. LIBERTVS
FECIT

249

D M
FLORENTINO
FIL. B. M. SF
PLASIVS
PATER.

250

STATILIAE
METHE. V. A. XX
PRIMIGENIVS
AGRIPPINAE
CONIVGI. FEC

251

D. M. S.
L. CORNELIO
ABASCANTO. VIX
ANN. XXIII. MATER
FILIO PIISSIMO
FECIT·ET. SIBI. ET SVIS

252

D M
LIBIVS
ABASCANTVS
APVLEIE. SPENI
CONIVGI SVAE
BENEMERENTI

252. APVLEIE. SPENI. id. APVLEIAE. SPEI. Vernaculi nostri Poetae ab Accusativo Lat. *spem*, faciunt *speme*, & *spene*,

spene ; ut M facile transit in N. Sic ab Acc. Lat. *rem*, Galli fecerunt *rien*. *Ce n' est pas rien*. quod Hispanus efferret : *no es cosa*.

253

MENANDER TI IVLI
CAESARIS

254

M. VARENVS . HERMES
ET. M. VARENVS. EVTYCHVS
M. VARENO. HERMAE
PATRONO. SVO. BENE
MERENTI . FECERVNT

255

IVLIAE . METHE
IANVARIVS
CAESARIS . AVG
AB . EPISTVLIS
CONTVBERNALI
CARISSIMAE

256

D M
M. FERIDIO. SOTERICo
M. FERIDIVS. FIRMVS
PATRI. ET. POMPONIA
TYCHE : CONIVGI
B. M. FECERVNT

257

L. FABRICIVS. L
FABRICIA. L. L. S

258

ADVENA. L
MINISTRA

254. M. VARENVS. *Literae huius tituli rubro colore antiqua manu illitae*.

255. AB. EPISTVLIS. *Sponius praeter lapidis fidem edidit* AB EPISTOLIS *in Miscell. Sect. VI. pag.* 105. *De vitiosa Sponii descriptione dubitavit Vir Clarissimus Iustus Fontaninus lib. I. Cap. VIII.*

VIII. de Antiquitatibus Hortae. Vide quae supra adnotavimus pag. 83. num. 2.

259

DIIS . M . S
L . NONIO
SP . F
CVLTIANO
QVI . VIXIT
ANN . XXII
ET . MENS . II
FECIT
MANILIA
FAVENTINA
CONTVBER
SVO
CARISSIMO
ET . B . M

260

D M
C . VALERIO
LEONAE . ET
LYCO . FORTIS
SIMIS . VIRIS
C . VALERIVS
MYRISMVS
IIIIIIIIIIIIIIIIIIIIIIII
CONPAEDAGO
GITA BENE
MERENTIB
FEC IIIIIIIIIIIIIII

261

L . SAFINIVS . L . L
ANTIGONVS
VIXIT . ANNIS . XCVI
ANNIVS LIBERTVS . FECIT

262

ATTIAE . P . L . FAVSTAE
C . VIBBIVS . C . L . DIO
VXORI . SVAE . ET . SIBI . ET . SVIS

263

D . M .
IVLIAE . ISIDORAE
V . A . XIII . M . III
IVLIA . DEVTERA
ET . IVLIVS . STEPTVS
FILIAE

264

D . M
FLAVIAE RESTITVTAE
T . FLAVI . AVG . LIB . BLA
STI . LIBERTI . FECIT
TI . CLAVDIVS . ONESIMVS
CON . B . M . F

259. L . NONIO. *Vulgavit Fabrettus Cap. IV. pag. 315. n. 395.*

260.

260. C. VALERIO LEONAE. τῷ Λεονᾷ. ET LYCO. Λύκῳ. Lupo. *Vide Plaut. in Curculione*. FORTISSIMIS. VIRIS; *fortassis Palaestrae Magistris, vel Athletis praecipuis; nam fortitudinis laude ornantur. Certe fortissimorum animalium nomina gerebant.*

C. VALERIUS MYRISMUS. Μυρισμός. *Unguenti unctio*. Blandum nomen, atque delicatum. In Epitaphio Adonidos Poeta unguentis omnibus maledicit. quia Adonis, unguentum Veneris, periit.

Ολλύσθω μύρα πάντα. Τὸ σὸν μύρον ὤλετ' Αδωνις.

Unguenta ab pereant. unguen periit tibi Adonis.

CONPAEDAGOGITA. συμπαιδαγογίτης. συμπαιδαγωγός. *Sponius in Misc. Sec. VI. p.* 228. *n.* 4. *mendose vulgavit* CONPEDAGOGITA. *alii lapsus conferentibus Antiquariis patebunt. Fabrettus quoque vitiose descripsit* COMPAEDAGOGITAE, *Inscr. Antiq. Cap. V. p.* 361. *n.* 98. *In octavo, & duodecimo ver. literae antiquitus deletae. Huiusmodi liturae non raro, ut in pluribus huius Musei lapidibus videre est, occurrunt, a quadratariis factae, vel ob vitium scripturae, vel marmoris, vel erasis nominibus eorum, quibus seu domini, seu parentes, seu amici communis sepulturae ius negatum volebant.*

261. VIXIT. ANNIS. XCVI. *In eximio lapide apud Fabrettum pag.* 8. *num.* 34. *P. Ateius Salvius vixisse dicitur annis CII. Raro tantam aetatem in aliis lapidibus offendimus, in quibus exiguus annorum vitae numerus saepissime occurrit.*

262. C. VIBBIVS. C. L. DIO. *idest* C. VIBIVS. C. L. DIO. Δίων.

263. ET. IVLIVS. STEPTVs. ςεπτός. *coronandus.*

265

D > M
IVVENTIAE > EPICT
ESINI > MATRI
DVLCISSIMAE
C.CALPVRNIVS > LVCIVS
FILIVS

266

D : M
M. FABIO. FAVSTO
VIXIT. A. X. M. I. D. XV.
H. VII. M. HERENNIVS
FAVSTVS. ET FABIA. FELI
CLA. PARENTES. F.K.M.FECERNT

267

M . NOMINE . CONCORDIAE ////////
FICIAT. -X-. Ɑ.VNDE.IN LOCVM EIVS
RINT. EADEM . CONDICIONE . SEQVANTVR
MAT. STIPVLATVS EST . T . FLAVIVS . AVG
VS . ET . POPVLVS POENA AVTEM . INFRA S
SSVM FVERIT COLLEGIVM POENA TENEATVR VEL
APR QVOD SI CVSTOS DISTRACTVS NON ESSET
CRILEGO.TENERETVR. AVT. HS. XXX.M.N.S
adverſ VS . LEGEM . S . S . FECERIT . INFERRE . DEBE
ACTVM . SEX . ERVCIO . C

268

ЄРМН
ΑΛΥΠЄ
ΧΑΙΡЄ


269

C . GALLIO . LYCOMED
ET . GALLIAE . SOTER *ae*
OLLAS . II .


267. LEGEM . S . S . ideſt LEGEM . SVPRASCRIPTAM . ACTVM . SEX . ERVCIO . C . *i.* Claro . *Sextus Erucius Clarus cum Cnaeo Claudio Severo Conſul fuit anno U. C.* 898. *Ch.* 146. *Fragmentum hoc incerti cuiuſdam Collegii apud Sponium in Miſcell. pag.* 70. *bis non levibus maculis laborat . In ſecundo verſu edidit :* * D . VNDEN . IN LOCVM . *pro* -X- Ɑ . VNDE . IN LOCVM . *In* 5. *verſu* AVTEM IN EA , *pro* AVTEM INFRA S . *ideſt* ſcripta . *Alia menda libens animo praetereo .*

268. Ideſt: *Herme Alype (indolens) gaude*, vel *vale*, aut *bave*.
269. LYCOMEDI. *Lycomedes*. Λυκομήδης. *Lupipotens*.

270



271



272

D ☙ M
TOLOMEA. ANPHI
ONE. FECIT. APVLEIO
CARPO. FILIO. SVO
PIENTISSIMO. ET. SIBI
QVANDOQVE. ET.
LIBERTIS. LIBERTA
BVS. POSTERISQVE
EORVM.

273

M. CLAVDIVS PHILOSTER
GVS. FECIT. SIBI. ET SVCE
SSE. BASILICAE VXORI
ET. CLAVDIIS. PHILOSTER
GO. BASILEO ZOSI
MO. FILIIS. LIB. LIB Q.
POS. EOR.
IN. F. P. XXXI. IN. A. P. XXV

270. RAPTA MATRI. ET. PATRI. *i.* immatura morte defuncta. *Rapti in Graecis lapidibus dicuntur* ἄωροι. πρόωροι. πρόμοιροι. *In Epitaphio carmine Anthi*: Ἀπλήρωτος Ἅδης ἁρπάσας νήπιον. Inſatiabilis Orcus rapuit infantem. *Fabrettum conſule, ſi operae pretium eſt Cap. III. pag.* 188. *& ſequentibus*. *Auſonius*; Oſtentatus raptuſque ſimul. *Vide etiam Guth. de Iur. Man.*

272. TOLOMEA. ANPHIONE. I. PTOLEMAEA. AMPHIONE.

273. M. CLAVDIVS PHILOSTERGVS. Graece φιλόστοργος. *pius*, *humanus*. στόργη. *amor*, *dilectio*. ἀπὸ τοῦ στέργειν. Verbalia a verbis diſſyllabis, quae epſilon habent in

prima, illud epsilon mutant constanter in omicron. Graeca propria, & usitata vox *Philostorgus*. φιλόστοργος. nam *Philostergus* idem est ac si quis diceret *Philolegus*, pro *Philologus*.

BASILEO. cum E longa, ut in *Epicureo*, *Pythagoreo*. Gr. βασιλέω. In Curtio Mediceo *Dareus*, δάρεως, pro *Darius*.

274

V. QVARTIO. TEXTOR.$\overline{III}$.VIR QVAESTOR.TRIB	HILARA.MINOR.MIDAES.MIN ISTRA. SIMITVR. CVM. MIDA SITA.EST.IN.EADEM.OLLA.QVARTIO GRATIAM. RETTVLIT. MERENTEI HILARAE. QVOD. VIVA. ROGAVIT SEPVLTA. EST. A.D. VI. K. APRILES TI.CLAVDIO. NER. P. QVINCTIL. VAR. CoS MIDA. CVBICLARIVS. $\overline{III}$. VIR. HIC. SITVS EST. HILARA. MINOR. VIVA. ROG AVIT. VT. OSSA. SVA. IN. OLLA. MIDAES COICERENTVR. CVM. MORT. ESSET

274. SIMITVR. CVM. MIDA. Sponius in Miscell. Sect. IX. pag. 289. vulgavit SIMVL. debet esse SIMITV; vox antiquis usitata pro *Simul*; quasi *Simitus*, ut *Coelitus*, *Divinitus*. sed veterum more elisa S. *simitu*. Lucilii trochaicus lib. XXX. Satyrarum.

Gratia habetur utrisque, illique sibique simitu.

Plautus in Trinummo:

Multas res simitu in meo corde verso.

Et alibi passim.

GRATIAM. RETTVLIT. Haec vox perpetuo in Pandectis Florentinis cum duplici TT scribitur.

MERENTEI, idest, *merenti*. ad Graecorum morem, qui I longum scribunt in Inscriptionibus per EI, *Fausteina*, *Antoneinus*.

TI.

TI. CLAVDIO. NER*one*. P. QVINCTIL*io*. VAR*o*. Consulibus annis ante Chr. 14. ut supra diximus pag. 408. n. 219.

HILARA. MINOR. Maior, & Minor *in feminis differentiae caussa, ut in hominibus* Iunior, & Senior. *Vide Fabrettum Insc. Antiq. Cap. V. pag.* 370.

ROGAVIT. VT. OSSA, &c. *Hinc etiam apud Ethnicos cinerum, & ossium translatio; quae in unum adiicere solenne fuit.*

In una eademque Urna mixtim iacuisse ossa Achillis, & Patrocli asserit Homerus in Odyss. lib. XXIV. ver. 73. quo nil amicis iucundius, optatius suaviusque esse potest. De hoc more fusius Fabrettus ad Tabulam Iliadis pag. 336. Simili phrasi sepulcralis titulus Musei Medicei superius relatus pag. 43. n. LXXIII.

IN. OLLA. *idest Olla ossuaria; cuius formam exhibet idem Fabrettus Inscr. Antiq. Cap. II. pag.* 98.

COICERENTVR. ut COIVGI, sine N. *Fabrettus edidit hanc Inscr. pag.* 201. *n.* 491. *Sponius quoque, loco suprascripto, non tamen ita accurate, & Sec. VII. pag.* 246. V. QVARTIO *&c. quasi alium titulum, ab suo seiunctum, exhibuit.*

275

ΚΥΡΙΛΛΟϹ ΤΟ ΔЄ ϹΗΜΑ ΦΙΛΩ ΠΟΙΗϹΑΤΟ . ΠΑΙΔΙ

ΚΛЄΟΦΟΡΩ ΤΡΙЄΤЄΙΟΝ ΑΦЄΙΛΑΤΟ ΜΟΙΡΑ ΚΡΑΤЄΡΗ

ΠΡΙΝ ΓΛΥΚЄΡΟΥ ΒΙΟΤΟΙΟ ЄϹ ΗΛΙΚΙΗϹ ΤЄΛΟϹ ЄΛΘЄΙΝ

ΑΛΛ ЄΙΓ ЄΝΦΘΙΜЄΝΟΙϹΙ ΤΙϹ ΑΙϹΘΗϹΙϹ ΤЄΚΝΟΝ ЄϹΤΙΝ

ΚΟΥΦΟΝ ЄΧΟΙϹ ΓΑΙΗϹ ΒΑΡΟΝ ЄΥϹЄΒΙΗϹ. ЄΝΙ ΧΩΡΩ

275. Id. *Cyrillus hoc monumentum caro fecit puero*
Cleophoro. triennem abstulit Parca potens.
Priusquam dulcis vitae, & in aetatis finem veniret.
Sed si inter extinctos aliquis sensus, o fili, est,
Leve habeas terrae pondus; pietatis in regione.

Car-

Carminum ſententiam Latinis verſibus ita eleganter explicavit V. Cl. Antonius Maria Salvinius.

Cyrillus fecit caro hoc puero monumentum
Cleophoro. quem Mors rapuit robuſta triennem,
Anteaquam dulcis ferret vitae exitus illum.
Sed ſi quis ſenſus, nate, eſt hac luce carentum,
Sit tibi terra levis iſta in regione piorum.

In ſecundo verſu ΚΛΕΟΦΟΡΩ, legendum ΚΛΕΙΟΦΟΡΩ, ob metrum.

In eodem verſu, Sponius in Miſcell. Sect. X. pag. 376. *deſcripſit,* ΚΡΑΤΕΡΗ. *Fabrettus Inſcr. Ant. Cap. IV. pag.* 287. *n.* 214. ΚΡΑΤΑΙΗ. *Ceterum ſex in locis diſcrepant a marmoris fide, ut conferentibus patebit.* ΚΡΑΤΕΡ ::, poſtrema litera extrita. ΚΡΑΤΕΡΗ, declaratio τοῦ κραταίη. reponendum ΚΡΑΤΑΙΗ. Homerus:

Ελλαβε πορφυρεὸς θάνατος, ϗ μοίρα κραταίη.
Purpurea captus morte eſt. Parcaque potenti.

ΓΑΙΗϹ ΒΑΡΟΝ. leg. ΓΑΙΗϹ ΒΑΡΟϹ. Tib. lib. II. El. 4. v. 50.

Et bene, diſcedens dicet, placideque quieſcas,
Terraque ſecurae ſit ſuper oſſa levis.

276

M. CRINIVS
M. L
APOLLONIVS

277

D. M. S
CHARIDI
VIXIT. ANNIS. II.
MENSE. I. DIEB. XVII
STEPHANVS. FLAVI
SATVRI. SERVVS
FILIAE. DVLCISSIMAE
FECIT

278

D . M
. LVCILIA ARTEM
ISIA. SVCCESSO. CO
NIVGI. BENEMEREN
TI. FECIT. AVGVS
L. B.

279

CN. CAECILIO
HILARO
CORNELIA
CONIVCI
FECE

277. CHARIDI. ideſt CHARITI. ſcilicet *Gratiae*.

279. HILARO. ἱλαρὸς, *Hilarus*, *Hilaris*, unde & *Hilarius* derivatur.

280

D M
ASCLE PIADI
EVTYCHES . CONIVX
BENE . MERENTI

281

D . M
C . IVLIO
MARITIMO
FILIS

D . M
C . IVLIO
SATYRO
SVIS

Inventa in Horto Eccleſiae Parochialis S. Felicis (*vulgo* a Ema) *prope Florentiam*.

282

B M
PRASTINIA . MAXIMINIA . AC
TRIX . C . DOMVS . QVE IVNCTA EST MAR
ITO ANNORVM SEDECIM SIC ET POSSEDIT . MA
RITVM ANNIS . XVI . FILIOS . DE
N̄ . TRERES PO⁝⁝

ſic

280. ASCLEPIADI. *Aſclepiadi*. hoc loco non eſt a recto *Aſclepiades*, ἀσκληπιάδης. ſed ab *Aſclepias* feminino, ut Olympias Alexandri mater. ἀσκληπιὰς.

282. ACTRIX. C. DOMVS. *Ideſt*: Actrix Caeſareae Domus.

SIC ET POSSEDIT. MARITVM. *Eadem phraſi utitur Propertius Lib. IV. Eleg.* VII. *ver.* 93. *cui dormienti, Cynthiae iam demortuae apparet imago, conqueriturque, quòd eius funus negligenter curaverit:* Nunc

Nunc te poſſideant aliae , mox ſola tenebo.
Mecum eris , & miſtis oſſibus oſsa teram.

TRERES. *Sphalma quadratarii. lege* TRES.

283

T. FLAVIO. PARIDIONI
VIXIT. ANN. XVIIII
D::::::SIT. NATALI. SVO
T. FLAVIVS. PARIS. ET. FLAVIA
PITHVSA. PARENTES. FILIO. SVO

284

D . M
LIAVO . L . F
ANTHIMO
ANTHVS
FILIVS
PATRI
B . M

285

DI MS
T. FLAVIVS. HILA
RVS. ET. HILARVS
FILIVS. FECIT
FLAVIA. GRAPTE
COIVGI. ET. FILIO
BENEMERENTIBVS
V. ANIS. L. ET. FILIVS. A. I. MESIS. X

283. PARIDIONI. (parvulo Paridi) T. Flavii Paridis filio. Παριδίων. Sic Caeſario Caeſaris e Cleopatra ſuſceptus filius Καισάριων. Sic apud Homerum Πηλείων Achilles. tamquam parvus Peleus. Virgilius AEn. l. IV. ver. 327. Didonem loquentem inducit ad hunc modum:

Saltem ſi qua mihi de te ſuſcepta fuiſſet
Ante fugam ſoboles. ſi quis mihi parvulus aula

Lu-

Luderet AEneas.

αἰνιαρίων. Catullus Carm. LX. ver. 216.

Torquatus, volo, parvulus
Matris è gremio suae
Porrigens teneras manus,
Dulce rideat ad patrem
Semihiante labello.

Τορκουατίων. *Torquatulus*. Κρονίων. Iupiter apud Homerum est *parvulus Saturnus*.

D::::SIT, *supplendae quae desunt literae, ut dicat* DECESSIT. *Hanc Inscriptionem supra perperam dedimus pag.* 78. *n.* CCXXV. *ex aliorum Schedis veluti deperditam, quae huic Museo restituenda est.*

284. ANTHIMo. ἀνθίμῳ. Florido.

285. MESIS. X. *Mesis*, quasi N a sequenti litera absorpta, ut fit in ἐπαγγειλάμενος. quod in Inscript. XLI. Musei Medicei pag. 22. v. 16. est ЄΠΑΝΓЄΙΛΑΜЄΝΟϹ, & ΑΝΑΓΚΗ in lapidibus, qui primigeniam scripturam, & pronuntiationem retinent, ΑΝΑΝΚΗ. sic fit *Menses. Messes*. & tandem *Meses*. nos vernaculo sermone *Mesi*.

286

ASINIA PREPVSA
VXOR. ET. CHRYSEROS
THREPTO . C . ASINI
POLLIONIS . VNCTORI
BENEMERENTI
VIXIT . ANN . XX

287

ΑΥΡΗΛΙΟϹ
ΙΩΝ. ЄΝΘΑ
ΔЄ ΚЄΙΜΑΙ.
ЄΝΔЄΚΑ. ΜΗ
ΝΩΝ, ЄΥΨΥ
ΠΑΡΟΔЄΙ
ΤΑ

287. Ideft. *Aurelius Ion hic situs sum, undecim mensium* ЄΥΨΥ .... supple ЄΥΨΥΧЄΙ. *Bono animo vive Viator*, vel *Bono animo esto*

esto, o tu, qui praeteris. Psalm. 128. ver. 7. *& non dixerunt qui praeteribant : Benedictio Domini super vos* . οἱ παροδῖται. S. Paulus ad Areopagitas, Aram indicans Atheniensium ΑΓΝΩΣΤΩ ΘΕΩ, *Ignoto Deo*, *Praeteriens* dixit ; quia sepulcra extra urbem erant .

288

ANNIA
ROMANA
ANNIA. TVCHE
MATRI
CARISSIMAE. FEC

289

TROPHIMO
CLAVDIAE
CRESCENTIS
VIX. ANN. XXV

290

M. PVBLILI
ANTHI

291

D. M. S
LVCILIAE . PATERNAE
VIXIT . ANNIS . II.
MENSES . VI . DIES . V
C. LVCILIVS . ENCOLPVS
FILIAE . DVLCISSIMAE
FECIT . ET . SIBI

292

D . M . S
SEX . SATTIO . OLYMPO
VIXIT . ANNIS . DVOBVS
sic MESSES . X . DIEB . XXII
SEX.SATTIVS.OLYMPICVS
FILIO. DVLCISSIMO.FECIT
ET. SIBI.ET. SVIS

293

A . CAECINA
ZOSIMVS
SIBI . ET
LICINIAE . HEVRESI
CONIVGI

294

NYSA
CLAVDIA
V. A. XXIIX.

295

CASSIA . Q . L
PRIMA.V. A.XXIX
Q. CASSIVS. Q. L
THEOPHILVS

291. ENCOLPVS. ἔγκολπος. *In sinu positus*.

296

296

ARAX . COCVS
ALCHE . PEDISEQ

297

AD. H. M. V. F. N. L

298

CAECILIA
M. VIPSANIVS
FILIVS . VIX

299

TI . IVLIVS CHRESIMVS . ET
C . FVRNIVS PANCARPVS . L
FVRNIAE EVROMENE
B . M . ET SIBI FECERVNT

Cippulus lapideus, erutus prope Flor. iuxta Portam Romanam, in loco, qui dicitur vulgo (Malavolta.)

300

L. SCRIBONIO . L. F.
SCIRNA . AN . XXII.

IN. AG. P. X. IN. FR. P. X

301

C. PLOTIVS. SECVNDVS
PLOTIA. C. L. CALLISTE
MATER

302

LAEVIA
STAPHIS
VIX. AN. XXIV

296. ARAX. *Arax*, neſcio quid ſit. niſi eſset *Arpax*, *Harpax*. ἅρπαξ. id. *Rapax*. *Raptor*. quod Coquo convenit. ALCHE. pro ALCAE. ἀλκῃ.

PEDISEQ. forte PEDISEQVAE. vel PEDISEQVA.

298. *Singularia huius lapidis haec significant:* Ad Hoc Monumentum Vltrinum Fieri, *vel* Facere Non Licet.

Quae sequuntur Inscriptiones, olim extabant, sed modo desiderantur.

303

D . M
OCCVPENIVS
FELIX. V. A. VII
OCCVPENIVS
CIMENVS
FELICLA. FILIO
FECIT . B . M

304

PAPIA
C. L.
BARIS


305

LAMPYRIS
LOLLI . BASSI

306

CORNIFICIA
AMOEBE
C . CANINIO
IANVARIO
BENE MERENTI

306. AMOEBE. Ἀμοιβή. ideſt *Permutatio*, *Compensatio*. Verſus amoebei, mutui, reciproci, in Idylliis. *Epiſtolae amoebaeae*.



INSCRIPTIONES
ANTIQUAE
FLORENTIAE.
VARIIS IN LOCIS AGRI FLOR.

* *IN VILLA NOBB. E GALLIS.*

1

V TI. LATINIVS TI. L. DORI
Θ AGRASIA TI. L. RVFA
HOC. MANSVM. VENI. IIII. K SEPT
P. SVLPICIO. C. VALGIO. RVFO
CONSVLIBVS

2

D
M. AVRELIVS.
HOC MONIME *ntum*
SIBI.ET.AVRELIAE.H
MERENTISSIMAE *libertis*
BERTABVSQVE F
HOC MONIMEN *tum*
VENDERE VEL LO *care*
INFERET. AERA *rio*

3

DIS MANIBVS
MATER. FILIO
SIRICO
BENEMERENTI
FECIT. VIX I
ANNIS. TRIBVS
MENSES. N. VII.
DIEBVS. N. VI.

* *Villa Nobb. e Gallis, ubi hi antiqui lapides servantur, vulgo* (a Scandicci) *dicitur. quasi* a fcamniciis, *i.* fcamnis, *fensim fallente clivo*, III. *fere ab Urbe lapide.*

1. DORIO. δωρίων. diminutivum DORI.

2. HOC. MANSVM. VENI. f. pro VENIT, ideſt VENIIT (venditum fuit) MANSVM, ideſt *curia*; vox barbara *Manſum regale*. Vide Du-Freſnium in Gloſsario.

3. N̄. VII. N̄. ideſt *Numero* VII.

4

C. VALERIVS. HILARIO
SEMPRONIA. MODESTA
FECIT
C. VALERIO. MODESTO
FILIO : SVO. QVI
VIXIT. ANNIS. XXVIII
ET. SIBI. ET. SVIS

5 D ☙ M
PATER . ET
MATER . FILIO
DVLCISSIMO
QVI .. VIXIT
ANNIS. II̅. M. X.
D. II̅. B. M. F.

6

D ❧ M ❧
SEXTO. IVLIO. APRILI. VIXIT. A. VII. M. IIII
D. XXI. FECERVNT. PARENTES. SEXTVS
IVLIVS. COMMVNIS. ET. IVLIA. SYMPHERVSA

4. HILARIO. ἱλαρίων. diminutivum ab *Hilaro*.

5. PATER. ET MATER. *Titulus ſepulcralis, ut ita dicam, anonymus, in poſtumae famae contemtum. Vide Fabrettum Cap. I. Inſcr. Antiq. pag.* 22.

6. IVLIA. SYMPHERVSA. Συμφοέρυσα. *Conferens, quae confert*. Martyr Symphoroſa, quaſi eſset Συμφέρωσα, vel Συμφωρῶσα. *Deprehendens*.

7

DIS MAN
C. SAVIVS. GLYCO
FECIT. MATRI. SVAE
DVLCISSIMAE BENE
MERENTI. VIX. AN. XXX

8

CLAVDIA
TI. CLAVDI ARISTOCLI*s*
FILIA. SABINA
SIBI. ET. SVIS

9

D M
M. BADIVS. TREPTVS. M BA
DIO. VICTORINO ALVM
NO. BENEMERENTI. FECI
T. QVI VIXIT. ANNIS. VI. MEN
SIBVS. VI. NATVS. III. KA DE
FVNTVS EST. III KALE *sic*

10

D M
PAPAMVTHI
TRAIANA DO
MINA SIIRVO
MIIRIINTI
FIICIT

11

C. MODIVS. C. L. HILARVS
ATILIA. Ɔ. L. FELIX

12

FICTORIA. Ɔ. L
IRENA

13

IVLIA. C. L
Θ HILARA

14

EGNATIA. Ɔ. ET. M
HETAERA

7. GLYCO. Γλύκων. *Dulciculus. Huius nominis athleta quidam celebris apud Horatium Epist. I. lib. I. ver. 29.*

9. NATVS. III. KAlendas. DEFVNTVS (*legendum* DEFVNCTVS) EST. III KALEndas. *Omittitur mensium nomen, in quibus M. Badius Victorinus tum natus, tum mortuus fuerit; quia id tantum significare volebant, vixisse sex annis, sexque integris mensibus, pari numero.*

10. PAPAMVTHI. παραμυθία. *Consolatio.*

SIIRVO, *idest* Servo. *Consule allatas superius Inscriptiones, &*

quae

quae notavimus pag. 162. *n.* 100.

12. IRENA. *idest* Irene. εἰρήνη. Pax.

14. HETAERA. ἑταίρα. meretrix honesto nomine dicta. *Amica*.

15
CN. PLAETORIVS
CN. F. FAB. RVFI

16
PACONIA. Ɔ. L. } DIDIAE
ELEVTHERIS } VRBANA

17
TI. IVLIVS. XYSTVS ET
IVLIA. EVCAEREA. FECERVNT
TI. IVLIO. CRESCENTI. FILIO. SVO. CARISSIMO
QVI. VIXIT. ANNIS. XXXIII. ET. SIBI. ET. SVIS. POSTERISQVE. EORVM

18
D M
COSMO
AEMILIA
CONIVGI
B M
FECIT

19
D M
M AVRELIVS LIB TELES
PFORVS ET VLPIA ELAS FECEPV
IN SIBI ET EILIS LIBERTIS
LIBERTABVSQVE POS
POSTERISQVE EOPVN

20
DIS. MANIBVS
C. IVLIO HYGINO
VIXIT. ANN. XV. ET
GRANIAE. RVFILLAE
SORORI EIVS. VIX. A. II. D. XV
GRANIA. HELPIS FILIIS
PIISSIMIS FECIT

21
D M
POMPONIO
HERMETI
CASSIA. HELPIS
CONIVGI. B. M
FECIT. ET
EPIDEXIVS
FILIVS

17

15. FAB. *idest* Fabia Tribu. RVFI. *f.* RVFIO. *cognomen.*

17. TI. IVLIVS. XYSTVS. Xyſtus, quaſi *raſus*, *politus*; male ſcribitur *Sixtus.*

EVCAEREA. quaſi εὐκαίρεια, *Opportunitas.*

19. ʌʌ AVREʌIVS ʌIB TEʌESPFORVS. Ambiguus ſculptor *Teleſphorus* an *Telesforus* ſcriberet, poſuit TEʌESPFORVS. EʌAS, forte HEʌʌAS. *Graecia.*

In hac Inſcriptione literae ʌ *&* P *Graecae, pro Latinis* L *&* R *ſculptae ſunt. Nonnullos Latinos lapides Graecis literis expreſſos exhibet Fabrettus Inſcr. Ant. Cap. VI. pag.* 465. *n.* XIX. *&* 100.

22

EVXINO. L. VOLVSI. SATVRNINI. P.
NEGOTIATORI
ACANTHVS. L. VOLVSI. HELENI. L
H. C. FECIT

23

Q. ERVCIVS. Q. L. PHILOG
CORNELIA. L. L. NEICE

24

Q. CORNIFHICIVS
Q. L. ACASTVS

25

IVLIA. EGLOGE. CAESARIS
L. APIONIS. ANOS. VIXI
XXII

26

HOSTILIA. D. ET
CORNELIAES
LIB. ANTIGONA

27

C. PACONIVS. C. ET. Ͻ. L. PACONIA. P. L
NICO VIATOR TRVPHERA

22. EVXINO. *Hoſpitali*. Sic dictus Pontus, ominis cauſſa, qui prius vocabatur, ἄξενος, *inhoſpitalis.* H. C. *f.* HOC COLVMBARIVM.

23. NEICE. I longum, ut veteribus Graecis mos est, repraesentatum per EI.

25. Iulia Egloge Caesaris liberti Apionis [*uxor*] ἐκλογή. *Electio. Electa.* VIXI. *Vixi, & quem dederat cursum fortuna, peregi.* Virg.

27. NICO. Νίκων. Victor. VIATOR. *Tribunis Plebis, quibus habere Lictores non licebat, Viatores apparebant, ut testantur Cicero de Senectute, & Plinius lib. XVIII. cap. 3. Cur ita fuerint appellati docet Columella in Praefatione, qui ait:* illis enim temporibus, ut ante iam diximus, proceres civitatis in agris morabantur; & quum consilium publicum desiderabatur, a villis accersebantur in Senatum, ex quo qui eos evocabant, Viatores nominati sunt. *De his eruditissime, & luculenter Vir Doctissimus Benedictus Averanius Diss. XXII. n.* 12. *&* 13. *in Liv.* Lictorum, & Viatorum *Decuriae meminit allata superius Inscriptio pag.* 308. *n.* 50. *quam etiam egregie illustrat alia vetus Inscriptio, quam exhibet Doctissimus Io: Baptista Donius Patricius Florentinus in elegantissimo Opere de restituenda salubritate Agri Romani pag.* 45. *in qua pulcherrima atque ornatissima Ostiae AEdificia memorantur, Forum, AEdes Vulcani, Veneris, Fortunae, Cereris, Spei, Macellum cum ponderibus* [*videlicet stateris grandioribus ad magna onera ponderanda*] *Tribunal marmoreum in Foro, Statua inaurata, & alia Statua ahenea posita ab Ostiensibus P. Lucilio Gamalae, quod insigne monumentum quum postea viderim, minime heic silentio praetereundum fuit.* Viatorem Quaestorium *exhibet antiqua Inscriptio a Cl. V. Iohanne Vignolio allata inter Selectas pag.* 302.

TRVPHERA. Τρυφερά. *Delicata.*

28 D M
PAPHIE . FIL . PIISIM
SANCTISSIM . Q . V . A
XVII. M . V . D . VI . VELOX
FEC . SIBI . ET . DOMESTI
CAE . CONIVGI . ET . PAPHIE
MATRI . POSTERISQVE
EORVM

29 D M
SILIA . ILAIRA
SILIO . CELERI
FILIO . KARISSIMO
FECIT . ET . SIBI . ET . SVIS
LIBERTIS . LIBERTABVSQVE
POSTERISQVE . EORVM

28. PAPHIE. παφίη. *Venus*. a Papho Cypri Urbe. Horatius Carm. lib. I. Ode 30. O *Venus Regina Cnidi, Paphique*.

30

D : M
METTII ATISSI ET
CARISIAE ATHEN
AIDI VOLVMNIA
ROMVLA PARE
NTIBVS KARISSI
MIS FECIT

31

D M
D. MARCIO
THREPTO FEC
VETIA COMSE
CONIVCI BENE
MERENTI
LIB.. POST S

32

D . M
FESTO . AVG . L
M . IVNIVS
HERMES
FILIO . CARISSIM.
ET . SIBI
POSTERISQ. SVIS

33

D . M
LAMYRO . AVG. N̄
VERNAE. QVI . VIX
ANNIS . XVIIII . DIEBVS
LVIII, FAVSTVS. AVG
LIB . PATER . FECIT
FILIO
DVLCISSIMO

34

VIBIA . M . L . PANDROSIS
FILIA . EVANGELI . ACIDINI
TI. CLAVDIVS. TI. L. ACIDINVS

35

MANILIA. Ͻ. L
SECVNDA
V. A . XXX

31. COMSE. κομψή. *compta, elegans*.

33. LAMYRO. λαμυρὸς. *facundus*. AVG. N̄. *sc.* Augusti nostri.

34. PANDROSIS. πανδροσίς. *Roscida*. δροσόεσσα. Theocritus in Epig. καὶ δροσόεντα ῥόδα. *Et roscidas rosas*. ACIDINI. id. ACINDYNI. ἀκινδύνου. *Securi. Tuti. Periculorum expertis*.

36
M.VIBIVS.M.L.EVANGELVS
HIC. SITVS. EST
VIBI.M.M.L.STVCA.EVANGELI

37
A. DECI
COL. NIG

38

CARVILIA
PRIMIGENIA
VIX. AN. XXX

39

SEX. FVLCINIVS
FORTVNATVS
VIXIT. ANNOS. XX

40
C.CERIVS. C.ET·Ɔ. L
ANDRONICVS

41
IVLIA: Ɔ. L
PHILVMINA

42
C. IVLIVS. C. L. IVLIA. C. L
AMPHIO PRIMA
DYNAMIS VIX. A. XIIII

43
PRIMIGENIA
COSSVTI· ET
MINVCIAE
LIBERTA

44

Q. FICTORIVS. Q. L. EVMACHVS
OLLAS. CONT.,V. SIBI. ET.CVSINIAE
M. L. HEDEAE. ET. M. CVSINIO
M. L. ASCLEPIADI. PATRI
HEDEAES. C. CVRTIO. POSTVM
BELLONI. FRATRI. SVO

45
D. M
VLPIO
FRVCTO
CONIVGI
QVARTINA
B. M. F

36.

36. EVANGELVS. εὐάγγελος. *Bonus nuntius.*

41. PHILVMINA, pro PHILVMENA. φιλουμένη. *Dilecta, Amata.*

42. DYNAMIS. δύναμις. *Facultas, virtus, potentia.*

43. PRIMIGENIA. πρωτογένεια. Apud Romanos Fortuna Primigenia.

COSSVTI. ideſt *Coſſutii.*

44. EVMACHVS. εὔμαχος. *Bonus pugnator. Bene pugnans.*

OLLAS. CONT. V. *Ideſt* Ollas continuas, *vel* continentes quinque. *quemadmodum integre legitur in pluribus Inſcriptionibus, quas profert Fabrettus Inſcr. Ant. Cap. I. pag.* 11. Continuas, *vel* continentes, *ſcilicet in ordine, ac ſerie diſpoſitas.*

HEDEAE. Τῇ ἡδείᾳ. *Suavi* feminae. *Iucundae.*

46 CN. ROCIVS. DONATVS
ROCIA. DORCAS
PATRONO. FECIT

47 M. HORDIONIVS
M. L
HELENVS

48

L. MAELIO. CERDO
NI. L. MAELIVS. FELIX
ET. MAELIA. SYNTVCHE
CONLIBERTO. FECER
ET. L. MAELI. SECVN
DI. PATRONI. SVI H OSA
VNA. COLOKARVNT

B. M. F
ET. EVODVS. LIB. CVM. EIS
FECIT

M · PERPERNA
SATVRNINVS
VIX · AN · XI · M · VIII
PERPERNIA · PASCHVSA
MATER FECIT

49

D. M
C. MATTII
APRIONIS
SALVIA. SATVRNINA
CONIVG.
FECIT

50

SEXTIA. Ɔ. L. | C. IVLIVS. C. L
CIVITAS | FAVSTVS

46. DORCAS. Lucr. l. IV. *Naevoſa, & lignea* δορκάς.

48. H OSA VNA . COLOKARVNT. *ideſt :* hic oſsa una collocarunt.

PERPERNIA. PASCHVSA. πάσχωσα. *Patiens*. forte ob dolores partus.

49. APRIONIS. *Aprio*, diminutivum ab *Aper*.

51

VOLVSIA
PVLCHRA
VRSVLÓ.VERNAE
SVÓ, KARISSIMÓ
POSVIT, VÍX, ANNVḾ
MÉNS, VIIII. DÍES, XXI,

52

L. CVRVIVS .....
CÚRIALIS. V. A. XV
CVRVIA. TRVPHERA
MÁTER

53 DIS MANIBVS
HYGINI. VERNAE
PROBISSIMI
VIXIT. ANN. XIIX

54

MVNIA. L. ET
Ɔ. L. THA ...

55

M. VOLVMNI VOLVMNIA
M. L M. L
DIOGENIS. SALVIA

56

M. PLOTIVS CORNELIA
M. ET. L. L P. ET. Ɔ. L
EVDAEMO ELEVTHERIS

57

ANNIA. C. L. POTHVSA
SIT. TIBI. TERRA. LEVES
IIIIIIIIIIIIIIIIIIIIIIIIIIIIIIIIIIIIII
H. T. D. D.

51. VERNAE. οἰκογενεῖ. *In hac, & in sequenti Inscriptione observa accentus, qui rari sunt in Latinis Inscriptionibus.*

56. EVDAEMO. pro EVDAEMON. εὐδαίμων. *Fortunatus, Felix*. Sic Σόλων. Πλάτων. *Solo. Plato.*

ELEVTHERIS. ἐλευθερίς. ἐλευθερία. *Liberalis*. Terentius: *Liberali facie.*

53. POTHVSA. ποθοῦσα. *Cupiens. Amans.*

LEVES. *pro* LEVIS. *Tertii versus literae antiqua manu deletae.*

H. T. D. D. *Idest:* Hunc Titulum Dono Dedit. *Propertius Lib. II. Eleg.* 1. *ver.* 81.

Et breve in exiguo marmore nomen ero.

58

D : M
L. VOLVMNI
VS. HERMES
ET. PETRONIA
TERTVLLINA. PA
RENT. FECERVNT
L. VOLVMNIO. MA
XIMO. F. V. A. VII. D. XIII
B . M

59

D . M
M. MAIANIO
APOLLONIO
BABBIA. DAFNE
CONIVGI. SVO
CARISSIMO
CON. QVO VIXI
ANNIS. XIIX
BE ME FE

59 DAFNE. *pro* DAPHNE. Δάφνη. *In eleganti sepulcrali Cippulo Laberiae Daphnes, quem exhibet Fabrettus Inscr. Ant. Cap. III. pag.* 186. *sculpta est Nympha Daphne in laurum versa, ut alludat ad eius nomen.*

CON. QVO VIXI. *idest* cum quo vixit. *Vide superius adnotata pag.* 340. *num.* 11.

BE ME FE. *idest* Benemerenti fecit.

60.

60

DIIS . MANIBVS
TI . CLAVDIO . TI . F
QVIR : SANCTI
LEMNIANI . CLAVDI
VS . EVHEEPISTVS
ET : CLAVDIA . ASTE
FILIO . DVLCISSIMO
FECERVNT . VIXIT
MENSIBVS . IIII . ET
DIEB . XXVII

In quadrato marmore, quod hoc tempore desideratur.

61

STATIAE . MATRI . SAC

Q . COELIVS . Q . L
APOLLONIDES
MAG . VICI
D . LAELIO . BALBO
C . ANTISTIO . VET
COS

62

D . M . S
VAL . PROCVLA . VAL . F
EMI . SIBI POSTERISQ .
SVIS . PER MARITVM . SVVM
SEX . TRAVLIVM . HISTRVM
IVSSIT IN CVIVS . ET .
POTESTATE ESSE . VOLVIT

63

D M
FORTVNATO . PATRI . ET
SVCCESSAE . MATRI
PIENTISSIMAE
AETATIA . FORTVNATA
PARENTIBVS . BENEMEREN
TIBVS . FECIT

60. EVHEEPISTVS . forte EVHELPISTVS . εὐέλπιστος . *Bonae spei plenus* . Theocritus : ἀνέλπιστος . *sine spe* .
Ελπίδες ἐν ζωοῖσιν . ἀνέλπιστοι δὲ θανόντες .

62. SEX . TRAVLIVM . Τραυλὸς, *Balbus* .

IN CVIVS . ET . POTESTATE ESSE VOLVIT . Mulier in potestate mariti, quando conveniebat in manum . Ceterum mulier, ut ait Aristoteles in Politicis, φύσει δοῦλον . veluti barbarus respectu Graeci, ita ea respectu viri . Et in sacris literis, vir caput mulieris . licet *Dominae*, κυρίαι, ut supra diximus pag. 184. num. 225. maritorum affectu vocitatae fuerint .

63. MAG . VICI . *idest* Magister Vici .

In

In Medicea Imperatoria Villa.

In Arcula marmorea pereleganti.

64 D : M
M . IVNI . FELICIS
IVNIA MARCELLINA
FRATRI PIISSIMO
FECIT

D M IVNIAE M F
MARCELLINAE
THEOPHILVS
O . D . S . M


In alia ibidem.

65
OSTILIA . SYNTYCHE
FELICIONI VERNAE
SVO QVI VIXIT ANNVM
I ET MENSES VIIII. H.S.E

In alia ibidem.

66
PYRRHE RVBRIAE
HELVIAE . LIBRARIAE
P . RVBRIVS . OPTATVS
CONTVBERNALI SVAE

In Villa Magni Etruriae Ducis vulgo (Pratolino.)

67


In Villa Nobb. Spigliatorum (alle Sieci.)

68


64. O . D . S . M. *idest* Optime De Se Meritae.

66. LIBRARIAE. *De Librariis meminit Iuvenalis Sat. II. ver.* 475. *Quo loco vetus Scholiastes* Lanipendam *interpretatur, quae ancillis nempe distribueret appenderetque lanam, & inde* Pensa. *Vide supra Inscr. num.* 87. *pag.* 110.

67. FVFIA. *Exhib. Fabr. p.* 57. *n.* 313.

Apud eosdem in laterculo.

69

EX FIG. Q. ASINI. MARCEL
OPVS. DOL. L. COPONI FORTVNATI

In alio ibidem.

70

EX PRAE. PLOT AVG

EX. P. FIGLINA VALERIAES NICES

In Urnula ibidem.

71

APRILIS. CN. L
DOMITIA
AGATHOBVLA

69. EX. FIG. *id.* Ex Figlina. OPVS. DOL. Opus Doliare.
70. EX PRAE. *idest* Ex Praedio, *vel* ex Praediis Plotinae Augustae, *Traiani uxoris optimae*.
71. AGATHOBVLA. Αγαθοβούλη. *Boni consilii femina*.

In marmorea Arca, absque operculo, in Villa D. Ducis Salviati vulgo (al Ponte alla Badia.)

72

DIS. MANIBVS. ANTONIAE. M. L
ATHENAIDIS. ET. M. ANTONI. M L
FAVSTI. ANTONIA. PLEBEIA. ET
ANTONIA. STAPHYLE. PATRI. ET. MATR
BENE MERENTIBVS. FECERVNT


72. *Ornatur haec elegans Arca marmorea capitibus arietinis, ex quibus pendet encarpus, & faciebus Castorum, cum pileo Phrygio,*

&

& *delphinis tum in dextro, tum in ſiniſtro latere. In adverſo vero latere, duabus inſignitur tabulis titulo deſtitutis. Sub hoc allato titulo pendent ſex domeſticae patellae, quibus in libationibus, & in domeſticis ſacrificiis utebantur veteres, ut ait* Cicero *in Verrem lib. IV. Orat. IX. ni tamen ſint muliebria ſpecula [quod magis arridet] quibus non raro feminarum ſepulcra elegantiae cauſſa ornari conſueverunt.*

ANTONIA . STAPHYLE . ϛαφύλη . *Uva.*

In marmorea Areula ibidem.

73


In quodam Pilo in Eccleſia Montis Calvuli Aquae benedictae ſervandae deſtinato.

74

D M
P . NONIO. EVPALESTRO
FECIT . NONIA . PHENVSA
PATRI . BENEMERENTI

In exteriori pariete Eccl. S. Donati (in Citille) *in Valle Grevis.*

75

C. PONTIVS . C . F. SCAP . NASO
IVNIANVS. PAVLINVS . VIX. ANN
XXXXI

73. L . SESTIO . Seſtii, & Sextii duae familiae.

74. Antiqua Pila in uſum ſervandae Aquae benedictae converſa, fecerunt nomen Vaſi, huic miniſterio deſtinati, ut vulgo dicatur: *la Pila dell' Acqua benedetta.*

EVPALESTRO . Leg. EVPALAESTRO . *bene in palaeſtra, ſive lucta exercitato.* PHENVSA . ideſt PHAENVSA . φαίνουσα.

 Lu-

Lucens. Sic in antiquis optimis quoque codicibus manu exaratis E pro AE, & contra, ponitur. In Ecclesia Sanctae Trinitatis Florentiae Arcula marmorea cum veteri Inscriptione similiter aquae benedictae destinata, quam superius vide pag. 305. n. 41.

75. *Edidit V. Cl. Borghinius pag.* 288. *de Orig. Urb. Flor. & ex eo Gruterus pag. DCCCLXXXV.* 8.

In Abbatia Monachorum Ord. Vallisumbr. ad praedium Patrum, vulgo (a Paterno) *Cippus marm. ornatus fabrilibus instrumentis, incudine, malleis, forcipibus, feris, & clave, quae post inscriptum titulum visuntur.*

76

D · M · V · F

Q · VIBIVS · L · F SCA
MAXIMVS · SMINTIVS
AERARIVS · SEX VIR
SIBI ET MEMINIAE . Q . F
MAXIMAE VXORI DVLCISSIM
ET . Q VIBIO . Q . F . VERO . F . ET . L . FRATRI SVO
HIC LAPIS ET TVTAMEN ERIT POST MORTE SEPVLCR .
ET DABIT INDICIVM OBITOS HIC ESSE SEPVLTOS
SI TAMEN AD MANES CREDIMVS ESSE ALIQVID
VIVERE QVOD PRODEST NISI SI POST MORTE CAVEMVS
NOMEN FAMA VOLAT . TANTVM CORPVSQVE CREMATVR
AETERNAMQVE DOMVM PETIMVS ET FINE LABORVM .
DVM LEGIS HOC . DISCE PONERE ET IPSE TIBI .

76. V ☉ F. ideſt *Vivens. Fecit.* vel *Votum. Fecit.*

SCA. *Scaptia* (*Tribu.*) Coloni militares Florentini in civitate Romana, ad ferenda ſuffragia, Tribui Scaptiae acceſebantur.

SMINTIVS. *Forte* SMINTHEVS. σμινθεύς. *Apollinis Sminthei celebris eſt mentio apud Homerum Lib. I. Iliad. v. 39. inter cognomina Apollinis, cuius Chryſes erat Sacerdos. Huius cognominis etymon* ἀπὸ τῶν σμίνθων, a muribus *ſcilicet*, qui Teucris, eo circa Amaxitum oppidum a Creta profectis, arma, & utenſilia ex corio corroſerunt, *deducit Strabo Lib.* XIII. *Vide Fabrettum ad Tabulam Iliadis pag.* 317.

Literae minores maiuſculae ſunt maiorum maiuſcularum imitatrices. illae primigeniae, hae derivatae.

POST MORTE. *Bis* reperitur in hiſce ſeptem verſibus ἀντὶ τοῦ POST MORTEM, eliſa M finali.

ET DABIT INDICIVM OBITOS. Litera M hic non abſorbetur a ſequente vocali OBITOS, *eos, qui obierunt.* τοὺς τεθνηκότας.

VIVERE QVOD PRODEST. Legendum QVID PRODEST?

NISI SI POST MORTE CAVEMVS NOMEN; ſupple VIVERE: vel φιλαττόμεθα, *cavemus*, pro φυλάττομεν. *ſervamus, cuſtodimus, tuemur.*

AETERNAMQVE DOMVM PETIMVS. *Sepulcrum*, domus aeterna. *Bethlengolam* Hebraeis, ideſt *domus ſeculi*. ET FINE LABORVM. ideſt FINEM. ſolita literae M eliſione, quod nuſquam in antiquis legitur de hac litera mugiente, finali. De ſemivocali S in fine eliſa, in Epitaphio Ennii:

volito vivu' per ora virùm.

Lumina quin etiam Solis bonus Ancu' reliquit,

Lucretius; & in aliis locis ſexcentis. quem locum expreſſit ex Homero:

Κάτθανε καὶ Πάτροκλος ὅπερ σέο πολλὸν ἀμείνων.

ideo ſequitur:

Qui melior multis, quam tu, fuit, improbe rebus.

Quem Homeri verſum facetiſſima quadam parrodia, obiecit Antiſthenes Medicus, teſte Galeno, cuidam decrepito ſeni,

ni, qui aegre e vita migrabat. Verum, ut ad rem redeam, elisionem literae S finalis, quae litera semivocalis, & nudus propemodum est sibilus, Graeci qnodammodo figurant in μέχρι, pro μέχρις. πολλάκι, pro πολλάκις. & in suprascripto versu. ὅπερ pro ὅσπερ. Galli quoque literam S, ut tenuis soni literam passim exsibilant, & explodunt, ut in *èpee*, in *Maitre*, & similibus innumerabilibus. At litera M elisa ante consonantem, & consonans ante vocalem nusquam visitur in bonis auctoribus. atque haec signa sunt vergentis in barbariem latinitatis; quare spurios septenos illos versus existimo charactere praesertim minusculo minori impressos, & ad spatium explendum sequiori aevo additos.

In marmoreo Cippo elegantissimo in Villa D. Scipionis Marchionis Capponii prope Montem Ugonis vulgo [Montui.]

77

NERVTI

M.TITIVS.MARTIALIS
ET.M.TITIVS.PYRAMVS
FRATRES.SEX VIRI
SIBI. ET. CONIVGIBVS
CALPVRNIAE. MYRTALE
ET. TITIAE. SATVRNINAE. ET
APVSTIAE ROMANAE. MATERT
H. M. H. N. S.

ET. PERCENNIAE. C. LIBERT. IVNICI

77. MYRTALE. μυρτάλη. Huius nominis mulier apud Lucianum Tom. II. in Dialogis meretriciis; & Myrtium, i. *parva Myrtus*. nos vernaculo sermone diceremus: *la Mortellina*.

MA-

MATERT. ideſt MATERTERAE. H. M. H. N. S. *i.* Hoc Monumentum Heredes non ſequuntur ; *quemadmodum declarat Horatius , qui libro I. Sermonum Satyr. VIII. ita ait.*

Hoc miſerae plebi ſtabat commune Sepulcrum
Pantalbo Scurrae, Nomentanoque nepoti.
Mille pedes in fronte, trecentos cippus in agrum
Hic dabat. heredes monumentum ne ſequerentur.

ET.PERCENNIAE.C. LIBERT. IVNICI. ideſt *iuvenculae*; Perſius Sat. 3.

Tot tibi cum flamma iunicum terga liqueſcant.

Iunix reſpondet Graeco δάμαλις. [*Iuvenca.*] quod non ſolum appellativum, verum etiam proprium nomen eſt.

Fabrettus edidit Inſcr. Ant. Cap. V. pag. 407. *n.* 323. *in primo verſu omiſit* NERVTI. *ut in* 7. *verſu dedit* SATVRNIAE *pro* SATVRNINAE.

Ornatur hic marmoreus Cippus elegantibus ſculpturis , quae nunc temporis iniuria miſere labefactatae ſunt; In medio poſt titulum , tres feminae fortaſſis Parcae ſunt , quibus iuvenis animalculum quoddam , & corollam offert. In alio parergo venator , & canes aprum inſequuntur.

In candido marmore , in limine Eccleſiae S. Viti ad Ortiminum ; ſub Plebe S. Petri [in Mercato] *Vallis Elſae.*

78

IOVI . S . V . S . L

16. IOVI . S . V . S . L . *Iovi Servatori Votum Solvit Libens* : Διὶ Σωτῆρι. An Iovi Sabazio ? An potius Διὶ Σωτῆρι. quod in Inſcriptionibus dicitur *Iovi Conſervatori ?* Hoc melius. *Extant quoque apud Gruterum lapides votivi* Iovi Salvatori, Sancto. Sereno. Statori. Stygio *dicati. Hanc Inſcriptionem deprehendit Cl. V. Antonius Maria Salvinius , quam cum tribus aliis ſub num.* 81. 82. 83. *ſequentibus diligenter deſcripſit , donoque ad me*

mi-

misit Franciscus Pittoreggius, venerandae vetustatis cultor eximius.

In Ecclesia S. AEgidii Vallis Ambrae sub Plebe S. Pancratii.

79

L. VALERIO
L. F. POM
IVNIORI. EQ. R
IVRATO AD SACRA
ETR. PONT. Q. AED. II VIR
ACCENSO VELATO
PLEBS. VRBANA
L. D. D. D.

In Arca marm. ornata pampinis, & aviculis, in Oratorio S. Michaelis Nob. V. D. Matthiae Federighi, prope Emporium, eruta prope Arni ripam.

80

V Ɵ F
C. GAVIVS. L. F. ASPER.
L. GAVIO. Q. F. PATRI.
GRAECIAE. A F. QVINTAE
MATRI.
A. GAVIO. Q. F. PATRVO
L. GAVIO. L. F. MANSVETO
FRATRI Ɵ MIL. CHOOR
XII Ɵ VRB.
VIXIT. ANNOS. XXXVI.
MILITAVIT. ANNIS. V.

79. *Idest*. L. Valerio Lucii Filio Pomptina (Tribu) Iuniori Equiti Romano Iurato ad Sacra Etruriae, Pontifici. Quinquennali. AEdili. Duumviro. Accenso velato Plebs urbana Locum dedit. *vel* Locus datus. decreto Decurionum.

Gruterus produxit pag. CCCCLXXIX. L. *In tertio versu Borghinius in Schedis exhibuit* EQ. P. *quasi* Equo publico. *Accensos Velatos ad Sacra pertinuisse arbitratur Fabrettus, quem vide Inscr. Ant. Cap. VI. pag.* 433.

80. *Fabrettus produxit pag.* 130. *num.* 60. *In quarto versu edidit* GRACCIAE, *pro* GRAECIAE. *Sextam lineam integram omisit,*

sit; *idest* A. GAVIO. Q. F. PATRVO. *Tria alia menda conferentibus patebunt*.

In gradibus maioris Arae Ecclesiae S.Mariae ad Turrim sub Pleb. S.Petri in Mercato.

81

va LERI
vixit AN. XXV
proc VLVS.FRATR
f ECIT
a NTAEO.M.I
pr OCVLO
AN. XXVII

In Villa D. Marchionis Tempi ad Montem Ursuli.

82

G. 7 LEG. XX
N. AVR : HASTA
DIVI VESPASIANI. F
VA.TRITICI.PEREGRINI
IT. PRAESTITIT
NNOS XIIII PVELLIS
MACERIA. DE

In Horto Plebis S.Petri [in Mercato] *Vallis Elsae.*

83

Q. FLAVIO. PROBO
FILIO, AN. XXIII
L. FLAVIO. FVSCO
FILIO. AN. XXIII
COMMODIS
DECVRIONI
VSO D. D
IN. FR :::: P. LXX
in AG. LXXXX

In Plebe S.Petri ad Ripulas, in agro prope Urbem repertum cum duobus sequentibus.

84

D . M
p ETRONIV *s*
t ROPHIMV *s*
TETTIAE
TYCHEN *i*
VXORI
pie NTISSIM *ae*
IN. F. P. XV
in a G. P. V

82. HASTA. *forte* Haſtatus, *ſcilicet* Legionis XX.

TRITICI PEREGRINI. *Triticum peregrinum* pretioſius, quippe peregre advectum. Sic *unguenta exotica*, (μῦρα ἐξωτικά,) ideſt *peregrina* apud Plautum.

84. TYCHEN. f. TYCHENI [a *Tyche*. quaſi Τυχίνη, ut *Neptunine* a *Neptuno*.] VXORI PIENTISSIMAE, εὐσεβεστάτη, ὁσιοτάτη. *ſanctiſſimae*.

Ibidem.

85

CN . TVLLIO
CN . L . AESO
MEDICO

Ibidem.

86

Q. DECIMIVS . FAV
Q . L . EPAGATHVS

In muro agri DD. Victoriorum iuxta Romanam Portam, prope Florentiam.

87

V . F
Q. CISPIVS . Q. L
AIAX . SIBI . ET
CISPIAE . Q. L
STORGINI . ET
Q. CISPIO . Q. L
NARCISSO . FE
IN . FR . P . XII
IN . AGR . P . XII

In interiori parte Baptiſterii Plebis S. Andreae in Cercina.

88

CASPIA
TERTVLLI
FLAMINA V
AN . . . . . .
L . CAPON . .
ILIAI . M
: : : : : : : : : : : : : : : :
ARMINIAI PRO
. . . . AVIAL
MARCIAL CASP
CATINA PROBVS
L . . A . ARAM

85. AESO. forte AESIO. αἰσίω. *Fauſto*. Tertium nomen

Grae-

Graecum. Medicinam faciebant apud Romanos Liberti, quorum poſt prima duo nomina manumiſsoris, tertium nomen Graecum eſt. Sponius in libro inſcripto: *Recherches d' Antiquite* hallucinatur, Nobiles eos Viros Romanos exiſtimando.

88. FLAMINA. forte FLAMINIA. vel Flaminis Auguſti [uxor] ut Iulia Severi, ideſt uxor.

ILIAI. forte FILIAI cum diphthongo Graeca, ideſt FILIAE, quemadmodum inferius ſcribitur ARMINIAI, ideſt ARMINIAE. Sic in Faſtis Capitolinis, & in Nummis *Aimilius*.

In AEdibus Plebani dictae Plebis.

89

ANTESTIA. C. F. MASIMILLA
SIBI. ET. Q. VARRONIO. PAMHILO
VIRO. ET. Q. VARRONIO Q. F
ET. SERRANIO GEMELLO
ET. VARRONIAE Q. F. PAV
L. POPILIO. Q. F. VIRO EIVS
I. F. CELERI. C. POPILIO
NEPOTIBVS

linae

In porticu Eccl. S. Stephani in Anglario, vernaculè (Anghiari.)

90

LIBERO
L. CAS
CARPI

Ibidem in Arcula marmorea, nunc ad uſum Aquae benedictae.

91



In AEdibus Ecclesiae S. Mariae in Valle Grevis, quae dicuntur [la Canonica.]

92

DIS . MANIBVS
C . SAENI . C . L . EVHEMERI
VI VIRI
C . SAENIVS . DIADVMENVS
COLLIBERT . SERGIA . HYPORA
BENE MERENTI
DE . SE

In Cippo marmoreo in Villa Nobb. DD. e Vecchiettis ad Pontem Rifredi, eruto an. MDCLIV. in praedio eorum.

93

::: SATRIVS . A . F . SCA.
IIBANVS . FLOR . MIL.
COHOR. I. PR. MARTIALIS
MILITAVIT. AN. X. VIXIT
AN . XXXIII

In marmoreo Cippulo, qui hodie non extat, qui in Schedis Iuliani Salvetti, & Senatoris Strozii dicitur erutus in agro Flor.

94

V F

L . CORNIFICIVS
L . F . MAGNVS . SIBI
ET . PAESIDIAE . C . F
VITALI . VXORI
ET . SAENIAE . C . F
SEXTIAE ::::::::::::
IN . FRON . PED . XII
IN . AGR . PED . XII

92. *Inemendatam dedit Gruterus pag. MXXIX. 2.*

93. *Ad Pontem Rifredi*, seu *Rivi frigidi*; ut eum appellat Poggius in Facetiis.

IIBANVS. FLOR. MIL. COHOR. I. PR. MARTIALIS. *f.* ALBANVS, *vel* LIBANVS Florentia Miles Cohortis Primae Praetoriae Martialis, *quae etiam* Pia, Victrix *dicitur in Romano lapide apud Fabrettum Cap.* III. *pag.* 132. *num.* 74.

In marm. invento apud S. Petrum ad Solicianum [a Solicciano] *nunc deperdito*.

95

L. PADANIVS . C
F. MACER . VETE
LEG. XI
TESTAMENTO. EI
FECERE

In marmore eruto prope Florentinam Arcem inferiorem S. Iohan. Bapt. quod hodie desideratur.

96

T. MARIVS. T. F
LATIVS . SIBI
ET . SENATIAE
L. F. GALLAE
CONIVGI . SVAE

In mensa marmorea eruta in quodam praedio prope D. Felicis

97 [a Ema,] *quae intercidit*.

ΤΗΗ ΤΡΙΒΟΝΠΑΓΑΓЄΙϹΑ ΑΛΗΤѠϹ ΤΟΔЄ ϹΗΜΑΝΟΗϹΗϹ
ΜΗ ΔЄΟΜΑΙ ΓЄΛΑϹΗϹ ЄΙ ΚΥΝΟϹ ЄϹΤΙ ΤΑΟΟϹ
ЄΥΑΥϹΟΗΗ ΧЄΙΡϹϹΑЄ ΚΟΝΙΝ ϹΥΝЄΟΗΥ ΑΝΑΚΤΟϹ
ΟϹ ΜΟΥ ΚΑΙ ϹΙΗΛΗ ΤΟΝΑϹ ЄΧΑΡΑΞЄ ΝΟΓΟΝ.

Hanc Graecam Inscriptionem ostendit Cl. V. A. M. Salvinio Rossus Martinius Patricius Flor. antiquae eruditionis, & bonarum literarum amantissimus. Legitur in calce veteris Codicis Bibliothecae Mediceae Laurentianae, in pluteo XXIX. *post Latinum Tractatum de Sphaera, auctore Andalo de Nigro Genuensi, Iohannis Boccaccii Florentini Oratoris, & Poetae eloquentissimi, in Astronomica facultate*

tate magistro; quem summopere laudat in praeclaro Opere de Deorum Genealogia. Corruptam antiquarii incuria, & imperitia, ita eleganter docteque restituit, & latinis versibus reddidit laudatus Salvinius.

Τὸν τριζὸν ὃς παράγεις. ἀλύπως τόδε σῆμα νοήσης
Μὴ, δέομαι, γελάσης. ἡ κυνός ἐστι τάφος.
Εκλαύσθην. χεῖρες δὲ κόνιν συνέθησαν ἄνακτος
Ος μου καὶ στήλῃ τόνδ' ἐχάραξε λόγον.

Tu sine moestitia monumentum hoc cerne, Viator:
Ne quaeso, ride, si canis est tumulus.
Sum defleta: cinis domino compostus ab ipso,
Qui nostro & cippo talia verba dedit.

97. CHMA. *Sepulcrum*. Proprie explicandum esset *signum*, lapidem scil. aut columellam, qua, ubi mortuus positus fuerit, indicatur. Plato in Cratylo arguta quadam etymologia σῶμα, *corpus*, ait esse a σῆμα, *sepulcrum*; quasi ibi anima sit tumulata.

ЄΥΛΥϹΘΗΝ. legendum ЄΚΛΑΥϹΘΗΝ. *Sum defleta*. Ovidius in fine Metamorphoseωn.

nomenque erit indelebile nostrum.

In membranaceo veteri Codice manuscripto, quem vidi, apertissime legitur:

nomenque erit indeflebile nostrum.

quam lectionem pulcherrimam, atque optimam non vidit doctissimus, ac diligentissimus Nicolaus Heinsius. qui ad viginti codices Ovidii contulit in Bibliotheca Medicea ad S. Laurentii, ut ipse manu sua adnotavit. Chartae marmore, & aere vitaliores. Horatius Carm. lib. III. Od. 30.

Exegi monumentum aere perennius,
Regalique situ pyramidum altius.

Quare bene merentur de posteritate, qui eas ab interitu vindicant, accurate describendo, & qui formis excudunt.

IN-

INSCRIPTIONUM ANTIQUARUM
QUAE FLORENTIAE EXTANT
APPENDIX.

Ex Dactyliotheca, & Museo Cl. V. Petri Andreae Andreinii Patricii Florentini, omnes, quae sequuntur.

1 *Ex magnete.*



Ex onyche.

2



Ex ectypis gemmae, in qua medium inter duos versus tenent ignita tela.

3



4

4 *Ex Chalced. sapphirino.*

CΘCNBAOAH
MAΛAKCΘON
BAΛAK AMϒOΛAH
ABPAM MAωΘ
ABPAM HA

Ex Carneola.

5 ET
ABASCA
NTI

Ex Granato Orientali

6 ΦΙΛωΝ

1. *Quum hactenus inter Basilidianas impiae, & spurcissimae haereseos Antiquitates, nullum invenerim monumentum, quod Mortem referat, rarissimum hoc ex Cimeliarchio Andreinio doctorum curiositati, & studio proponere volui. Exhibet ferum Mortis de ipsa Morte triumphum. Mors bigam a leonibus, seu a leaenis minaci ore currentibus tractam moderatur, habenas dextera, inusitato more, flagellum sinistra tenet. Sub curru iacet Mortis sceletus, & alius ante currum stat, qui & ipse forsitan subigi a curru agitatricis Mortis debet. Ubique barbari characteres, qui inter se connexionem non patiuntur ad syllabam conficiendam, Graecis literis expressi apparent. Binas etiam Basilidianas gemmas subiicimus n.* 4. & 9. *cum literis non tam incomplexi soni, quae forsitan continent Angelorum nomina, quorum aliquos stulte dixerunt tenere primum coelum, alios secundum, & sic deinceps usque ad trigesimum sexagesimum quintum, Theodoreto teste de Basilidianis. His prodigiosis literis arcana sua referebant, quae, quemadmodum AEgyptii Sacerdotes, a quibus hanc artem forsitan didicerunt, ab hominibus capi nolebant.*

In tubo plumbeo aquaeductus long.
7 I. *ped. alt. unc.* V.

TI CLAVDIVS.CALLIS

In alio simili, sed long.
8 *unc.* XII. *alt. unc.* V.

TI CLAVDIVS.CA

9

7. & 8. *Huius pariter nominis Callistus Caesaris Claudii Libertorum potentissimus, qui in scaena quam exaedificaverat, columnas ampliores triginta posuit, de quo meminit Plin. lib. XXXVI. cap. 7.*

Ex iaspide, in cuius adversa parte Ibis avis sculpta est.

9

ϹΑΝΟΥΡ
ΚΗΡϹΑΔΡΕ
ϹΚΗΥϹΑΝ

Ex ectypis gemmae, in qua post literas iunctae dexterae.

10

Q. L. C.
SEPTVMIAE
PRISCAE
FIDES

10. SEPTVMIAE. *Ut* Optumus, Maxumus, Postumus. *Haec, & altera gemma superius allata num.* 3. ἐρωτικά, *seu* amatoria *monumenta sunt. Vide Propertium lib. III. Eleg.* 21.

In aenea Lucerna monolychno, in cuius ansula, quae lunam repraesentat, legitur.

11

ΑΡΤΕΜΙϹ. ΕΦΕϹΙΩΝ ΑϹΙΑϹ
ΑΥΡ ΡΟΛΦΑΝΟΥ ϹΜΙΡΝΑΙΩΝ

12 *Ex onyche.*



11. *Idest:* Diana Ephesiorum Asiae Aurelius Rolphani (filius) Smyrneorum. ϹΜΙΡΝΑΙΩΝ, *notandum* pro ϹΜΥΡΝΑΙΩΝ. *Aliam nostrae similem protulit Cl. V. Meneterius in Opere de Diana Ephesia & V. Cl. Causeus in Mus. Rom. Tab. XIII. p.* 99.

12. EVTHITES. *Praefert haec gemma, quemadmodum & alia superius allata num.* 2. *insignis Athletae nomen, ac symbola; caduceum,*

ceum, & palmam. Athletae Mercurio dicati in ludis caduceo utebantur, de quo Dio lib. 72. *Quare in Valeriani numo apud Cl. V. Vaillantium Numismat. Selectior. pag.* 110. *visitur urna cum caduceo, spica, & palmae ramo.*

13 *In aeneo sigillo.*

L. PISENTI
POLYCLITI

14 *In alio simili.*

M. AVR. F
ORTVNI

15 *In aeneo Sigillo.*

CANNVTIA
FAVSTINA

16 *In alio simili.*

T. AELI
EVNI

17 *In alio literis incisis, non prominentibus.*

AMANTI
VIVA ω


18 *In alio.*

VT F
VT F

13. PISENTI POLYCLITI. Id. PISENTII πολυκλύτου, vel πολυκλΐτου.

17. AMANTI VIVAω. forte Αμάντιε VIVAS.

18. VT F VT F. *Idest:* Utere Felix Utere Felix. *Bene ominata sigilla, & faustis acclamationibus concepta. De his luculenter Cl. V. Bonarrotius in Fragm. Vas. Vitr. Cap. XXIX. Fig.* 1. *p.* 208.



19 AEdificii vet. ichnographia. In Mus. Nobb. Gaddiorum Tab. marm. alt. P. I. u. XI. long. P. II. u. XII.

19. *Eximium hoc marmor, in quo Villae Suburbanae, ac Monumenti Ichnographia sculpta est, quum plurimi fieri, & admirationi esse viderem rerum antiquarum studiosis viris, heic minime praetermittendum esse duxi; atque a perito Architecto accurate delineari volui. Pertinet ad Libertos Tiberii Claudii Caesaris, & Octaviae eiusdem filiae, quam è Valeria Messalina, quincta uxore, suscepit, & Neroni privigno suo collocavit, ut ex Suetonio constat in Claudio c.* 27. . . . . MAS . AEDIFICI . *f.* SVMMAS AEDIFICII . *Utinam doctus aliquis vir hanc lacunam feliciter expleat!*

Ex Museo Andreinio sunt quae sequuntur.

In aenea Lucerna, in cuius orbe legitur

20

C. I. C
I.O.M.S

In carneola.

21

HER
MTIE

In alia carneola.

22

VEREC
VNDVS

Ex iaspide rubro.

23

ERYL
LAES

20. *Singularia huius Lucernae ita explicat Cl.V. Fortunius Licetus, qui delineatam exhibet lib. VI. cap.* 11. *pag.* 566. Caius Iulius Caesar Iovi Optimo Maximo Sacravit.

23. ERYLLAES. *Genitivus cum Latina, & Graeca inflexione. Exstat etiam in Cimeliarchio Andreinio gemma ex iaspide pereleganter sculpta, in qua obliquo vultu effigies visitur Bartholomaei Alviani casside, & thorace induti, cum vulnere in vultu; cum hac Epigraphe* BART ALVIANVS GENIO . SVO D D *cuius gesta descripsit Iacobus Nardius Historicus Florentinus Lib. II. anno* MCCCCLXXXXVIII.

In alio.

24

L N E

In sigillo qui plantae pedis figuram praefert.

25

ALBINI

In alio rotundo.

26

C VINATI

Dens aeneus antiquus



Votivum aeneum dentem, ab imo ad summum terebratum, in quatuor lateribus cum quatuor prominentibus tuberculis tradere doctorum curiositati volui. Puto appensum a voti reo in Templo alicuius Dei salutaris, fortassis AEsculapii (nam AEsculapii plures fuerunt) qui dentis evulsionem reperit. Vide Ciceronem *lib. 3. de Natura Deorum. Dens Neroni evulsus praesagium fuit imperii Domitiano, ut narrat Suetonius in eius Vita c. 5.* At in Achaia somniavit, initium sibi suisque felicitatis futurum, simul ac dens Neroni exemtus esset: evenitque ut sequenti die progressus in atrium Medicus dentem ei ostenderet recenter eidem exemtum.

In marmorea Tabella.

27

HELPIS . LIVIAE
AD VALETVDINAR

In alia.

28

TYCHE . LIVIAE
RCINATR

In alia in Eccl. S. Luciae Magnolorum, ubi S. Aureliae Martyris Corpus requiescit e Coemeterio Callisti.

29

AVRELIAE σ AGAPE

In Sodalitio suburbano S. Augustini, vernacule a Legnaia, *ubi S. Aurelii Martyris Corpus e Coemet. Callisti.*

30

AVRELIVS ☧

27. AD VALETVDINAR. *idest* Ad Valetudinarium. *Raritatis praerogativa decoratur hic titulus Helpidis Libertae Liviae Augustae ad Valetudinarium; cuius scilicet officium, & cura fuit, ut infirmi malam valetudinem bona permutarent. In numo Accoleiae Gentis apud Fulvium Ursinum, Virum doctissimum, legitur epigraphe Trium-Viri Valetudinarii. In Romano lapide apud Gruterum pag. DLXXVI. 1. cuiusdam Liberti Augusti* AB. AEGRIS CVBICVLARIORVM. *Philargurum, fortassis Liviae Libertum*, Ad Valedinarium *supra dedimus pag.* 136. *num.* 20.

28. TYCHE. *Fractam hanc tabulam ad Liviae Libertam pertinentem, ita integram legendam puto:* CALLITYCHE. LIVIAE SARCINATR. *id.* Sarcinatrix *eaque ipsa est, quam dedit Reinesius Cl. IX. n. LXXVII.*

29. AVRELIAE Ɔ AGAPE ... forte AGAPETE, ἀγαπητῇ, *dilectae*.

In arcula in Horto Paedagogii R. C.
Violantis Beatricis a Bavaria
M. Etr. Principis.

31


31. PROCVLA. πρόκλα. Saepe etiam per syncopen *Procla*, ut *Felicla*. *Extat in eodem Horto marmoreus non inelegans Sarcophagus, quem in secunda Inscriptionum Parte illustrabo; cuius notitiam acceptam refero Philippo Mariae Scalettio S. Th. D. Graecarum Latinarumque literarum studio ornatissimo.*

Binas

Binas etiam addimus Graecas Inscriptiones elegantissimas, Romae erutas, anno MDCCXXIV. quas Cl. V. Antonio Mariae Salvinio misit V. Cl. Franciscus Blanchinus Veronensis, Scientiarum omnium, Astronomicarumque Doctrinarum consultissimus.

32

ϹΑΤΕ ΠΑΝΤ ΕΜΟΝ ΓΟΕΡΟ
ΡΟΝ Ο ΠΑΡΙΟΝΤΕϹ. ϹΤΑΝΤΕϹ ΕΜΗϹ
ΓΟΝ ΠΡΟϹΘΕ ΛΥΓΡΗϹ ϹΠΟΔΙΗϹ
ΚΛΑΥϹΑΤΕ ΤΗΝ ΔΥϹΤΗΝΟΝ ΕΦΗ ΜΕΓΑΠΕΝ
ΕΧΟΥϹΙΝ. ΝΥΚΤΙ ΚΑΙ ΗΛΙΩ ΔΥϹΤΟΚΕΕϹ ΤΟΚΕ
ΗϹ ΖΥΓΟΝ ΟΥΚ ΕΙΔΟΝ ΤΟ ΓΑΜΗΛΙΟΝ ΟΥΔ ΥΜΕ
ΝΑΙΟΝ. ΗϹΕ ΤΙϹ ΟΙΝΟΧΑΡΗϹ ΠΡΟϹΘΕΝ ΕΜΩΝ
ΘΑΛΑΜΩΝ

Hanc, & sequentem Inscriptionem ita feliciter emendavit, restituit, & totidem versibus latine reddidit laudatus Antonius Maria Salvinius V. Cl. Literae, quae supplentur, maioribus indicantur.

ΚΛΑΥσατε πάντΕC ἐμὸν γοεροΝ ΜΟρον οἱ παριόντες,
ΣΤάντες ἐμῆς ΟΛΙγον πρόσθε λυγρῆς σποδιῆς.
Κλαύσατε τὴν δύστηνον. ἐφ' ᾗ μεγαπέιΘΟC ἔχουσιν,
Νυκτὶ καὶ Ἠελίῳ δυστόκεες τοκέΕC.
Ἧς ζυγὸν οὐκ εἶδον τὸ γαμήλιον. οὐδ' ὑμέναιον
Ἦσέ τις οἰνοχάρης πρόσθεν ἐμῶν θαλάμων.

Flete, Viatores, nostrum deflebile fatum,
Adstantes paullum funereo cineri.
Me miseram deflete. super qua plurima lugent,
Nocte dieque simul moestus uterque parens.
Non videre iugale iugum, neque concinuit quis
Vir vinosus Hymen ante manens thalamos. Flo-

Haec, & superior Graeca Inscriptio, extant in Museo laudati Cl. V. Blanchini.

33

ΦΛωΡΟC ΚΑΙΚΙΛΙΟΥ CΤΑΚΤΗC Θ ΑΜΑ ΔΕΥΡ ΥΠΟΚΕΙΤΑΙ
ΕΞ ΑΛΛΟΥ ΤΥΜΒΟΥ ΔΕΥΤΕΡΑ ΚΛΑΙΟΜΕΝΟC.
ΕΞ ΕΤΕωΝ ωΡΗC ΟΛΙΓΟΝ ΔΕΜΑC ΑΛΛΑ ΤΕΛΗΟΝ *sic*
ΟC :::::::::: ΤΗΡCΙΝ ΛΕΙΠωΝ ΗΛΙΚΙΗC ΕΛΕΟΝ
::::::: ΔΟΥΚ ΑΚΛΑΥΤΟΝ ΕΧωΝ ΤΑΦΟΝ.ΟΥΔΕ ΓΑΡ ΕΝΘΑ
ΦΕΙCΑΝΤΟ ΠΡΟΤΕΡωΝ ΜΝΗCΑΜΕΝΟΙ ΔΑΚΡΥωΝ
ΔΕΙΛΑΙΟ ΠΡΟΦΕωΝ ΚΕΙΝΑΙ ΧΕΡΕC ΑΙ CΥΝΕΛΕΞΑΝ
ΤΗΝ ΟΛΙΓΗΝ CΠΟΔΙΗΝ ΟΥΚ ΟΛΙΓΗC ΟΔΥΝΗC

Φλῶρος Καικιλίου Στάκτης θ' ἅμα δεῦρ' ὑποκειται
Ἐξ ἄλλου τύμβου δεύτερα κλαιόμενος.
Ἐξ' ἐτέων ὥρης. ὀλίγον δέμας ἀλλὰ τελΕΙον
Ὃς ΓΕΝΕ τῆρσιν λειπὼν (*l.* λιπὼν) ἡλικίης ἔλεον
ΔΕΥΤΕΡΑ δ' οὐκ ἄκλαυτον ἔχων τάφον. οὐδὲ γὰρ ἔνθα
Φείσαντο προτέρων μνησάμενοι δακρύων.
ΔειλαίωΝ Τροφέων κειναὶ χερὲς, αἳ συνέλεξαν
Τὴν ὀλίγην σποδίην οὐκ ὀλίγης ὀδύνης.

Florus Caecilii, & Stactes. iacet hocce sepulcro:
Ex alio huc latus. fletus & inde iterum.
Sexennis puer. at perfectus corpore parvo.
AEtatis damnum sensit uterque parens.
Non indefletus tumulus fuit hicce: prioris
Luctûs, parserunt haud lacrymis, memores.
Nutrices, vacuaeque manus legère. doloris
Haud parvi, exiguum, tam tenerum cinerem.

Bina

Binas quoque hic ponimus Inscriptiones, Florentiae extra Portam Romanam anno MDL. repertas a Nob. V. Iohanne Baptista Adimario, in AEde D. Hilarii in Agro Camporano, quae interciderunt; nobisque nuper amicus communicavit.

34




35



34. & 35. ZOII. *id.* ZOE. *Duo* II *pro* E, *ut supra observavimus.* hIC AD . QV . C . B . M . *idest*: Hic adquiescit Coniux bene merenti. *Sculpta mulierum ornatoria instrumenta; & in alio marmore ascia.* M.B.M. *i.* Matri bene merenti.

Exstant & hae marm. tabulae in praelaudato Museo Cl. V. Andreinii.

36



37

D . M
SEX . BEBIO . STOLONI
QVI. VIX . DIEB . IIII . H . X .
C. BEBIVS . HERMES . MIL . CL . PR . MIS.
ET . AVRELIA . PROBA . FIL . DVLCISS.

ADDENDA.

PAg. 11. *Inscr. n. VII. pro ultimo versu, reponendum* EX. ARG. P. XIS ∴ - V. *Eadem numeralia signa occurrunt in relata Tabula pag.* 459. *n.* 19. *quibus, ut arbitror, non convenit explicatio, quam supra dedimus.*

Pag. 68. *Inscr. n.* CLXXXVIII. *Christianam hanc lucernam edidit quoque & illustravit Vir Cl. Causeus in Rom. Museo Tab. III. Sect. IV. pag.* 91. & 92. & *in Praefatione.*

Pag. 138. *Inscr. n.* 29. MEMORIS. CVB. *legendum* Memoris Cubicularii. MEMOR *proprium cognomen est, non rarum in antiquis lapidibus.*

Pag. 145. *Inscr. n.* 54. *Pro secundo versu reponendum, ut habet marmor* - SVNT AVCTAES. &c.

Pag. 253. *Inscr. n.* 28. Actores *quoque sunt rei dominicae procuratores. Vide Pignorium de Servis pag.* 148. & 264.

Pag. 258. *v.* 11. *Galbae Imperatoris marmora, non vero numismata, rara admodum sunt.*

Pag. 259. *v.* 8. *ita reponendum, ut legitur in Pisano sarcophago, quem vidi.* C. BELLICVS NATALIS TEBONIANVS COS XV VIR FLAVIALIVM.

Pag. 312. *Inscr. n.* 53. *leg.* PARENTES. FECERVNT. *ita marmor, quod vidi.*

Pag. 321. *v.* 18. CEANARE, *lege* CAENARE.

Pag. 452. *Inscr.* 93. & 94. *de his Leop. del Migliore in libro, qui inscribitur:* Firenze illustrata, *pag.* 459.

APPROBATIONES.

ADmodum Rev. Lucas Iofeph Cerracchini Academicus, ac Theologus Florentinus, attente legat hunc Librum infcriptum: *Infcriptiones Antiquae collectae &c.* ab Adm. Rev. Antonio Francifco Gorio Presbytero Florentini Baptifterii, & Ecclefiae S. Iohannis; & fiquid contrarium Fidei, ac bonis moribus indignum invenerit, prælo dari non permittat. Datum ex Archiepifcopali Palatio die 12. Augufti 1723.

Horatius Mazzei Vicarius Generalis.

Illuftriffime, ac Reverendiffime Domine.

Incredibili animi mei iucunditate, ac attente præfens legi Volumen, cui titulus *Infcriptiones Antiquae collectae &c.* ab eruditiffimo Adm. R. Domino Antonio Francifco Gorio, atque ficuti eximiam, qua ab Authore in unum collectae fuere, admiratus fum diligentiam; ita quoque maiori cordis mei iucunditate perlegi Adnotationes, quibus illas, numquam fatis laudatus Illuftriffimus Abbas Antonius Maria Salvini Patricius Florentinus, ac in Univerfali Florentina Academia Graecarum Litterarum Publicus Profeffor nobiliores, & clariores reddidit. Idcirco quoad utrumque Authorem prelo dignum huiufmodi cenfeo librum, omnibus numeris abfolutum, publicæ confulens Eruditorum utilitati, quibus numquam in eo quid minimum Catholicæ obnoxium Fidei, morumque adverfum probitati, obviam fane fefe offeret; in quorum fidem fcripfi VIII. Kal. Septembr. MDCCXXIII.

Dominationis tuæ Illuftrifsimæ, ac Reverendiffimæ

Lucas Iofeph Cerracchini Academicus Flor. ac S. Th. D.

Attenta fupradicta relatione Imprimatur.

Horatius Mazzei Vicarius Generalis.

Ex commifsione Reverendifsimi Patris Inquifitoris Generalis Florentiæ Admod. R. D. S. Th. D. Angelus Maria Ricci videat

hunc

hunc Librum, cui titulus: *Inscriptiones Antiquae &c.* & referat, an Typis mandandus. Dat. in S. Off. Florentiae VI. Kal. Septembris 1723.

Mag. F. B. Bernardius Ord. Min. Conv.
Vic. Gen. S. Off. Flor.

Reverendissime Pater.

Librum hunc *Antiquarum Inscriptionum* ab eruditissimo Viro Antonio Francisco Gorio collectarum, nihil ab orthodoxa Fide, bonisque moribus absonum habere, sed maximo literatis, & φιλαρχαίοις Viris bono cessurum, si publici iuris fiat, Salvinianis praesertim doctissimis Notis adiectis, iudico. Ex Aedibus meis sexto Cal. Octobris MDCCXXIII.

Paternitatis tuae Reverendissimae

Obsequentissimus famulus Angelus Maria Riccius.

Stante suprascripta relatione imprimatur.

Mag. F. B. Bernardius Ord. Min. Conv.
Vic. Gen. S. Off. Flor.

Imprimatur.

Th. Bonarota Senator R. C. Aud.